

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VLRICHI HVTTENI

EQVITIS

OPERVM SVPPLEMENTVM.

EPISTOLÆ
OBSCVRORVM VIRORVM

CVM

INLVSTRANTIBVS ADVERSARIISQVE SCRIPTIS.

COLLEGIT RECENSVIT ADNOTAVIT

EDVARDVS BÖCKING

IVR. VTRIVSQ. ET PHILOS. D. AA. LL. M. IN VNIV. LITT. BONN. IVR. PROF. PVBL. ORD.
BORVSS. REGI AB INTIMIS DE IVRE CONSILIIS.



TOMVS PRIOR. TEXTVS.

LIPSIÆ

IN ÆDIBVS TEVBNERIANIS.

A. CIↃIↃCCCLXIIII.

M. 2185.

Digitized by Google

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

Digitized by Google

EPISTOLÆ

OBSCVRORVM VIRORVM.

IOANNIS PEPERICORNI

CONTRA EAS

DEFENSIO.

ORTVINI GRATII

LAMENTATIONES

OBSCVRORVM VIRORVM.

CVM

NONNVLLIS DIALOGIS COMMENTARIOLIS
EPISTVLIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONTINENTVR HOC VOLVMINE

EPISTOLÆ OBSCVRORVM VIRORVM. [VOLVMEN PRIMVM].

Pag.

1. Thomas Langschneyderius Ortvino Gratio. Lyptzick. . . . 3...5
Prandium Aristotelis. Magistrorum disputatio de verbis 'magister nostrandus' et 'noster magistrandus'.

2. Ioannes Pellifex Ortvino Gratio. Lyptzick. . . . . 5...7
Peccatum Iudæos Francofurtenses pro magistris nostris salutandi.

3. Bernhardus Plumilegus Ortvino Gratio. (Wittenpurck.) . . 7. 8
De rixa cum Georgio Sibuto propinationum leges contemnente.

4. Ioannes Cantrifusoris Ortvino Gratio. Wittenberg. 8. 9
De Georgio prædicatore sermonibus suis etiam magistros reprehendente vindicta sumitur, cum ex adulterio faciendo nudus ab illis fugatus contumeliose tractatur, hi autem mulierem Georgii amicam omnes deinceps stuprant.

5. Ioannes Straußfederius Ortvino Gratio. Moguntiæ. 9. 10
Nobilis quidam Reuchlini etiam in theologicis litteris doctrinam meritaque laudibus evehendo, illius autem adversarios despicatui habendo Petri Meyeri iram invidiamque suscitat. Ortvinus itaque ad theologiam carminibus etiam defendendam sollicitatur, adiectis piis de comburendo Reuchlini libro votis. De morte magistri Sotphi et de magistro Remigio, quomodo scriptor olim, cum huius discipulus esset, ab eo a studendi pigritia abmonitus est.

6. Nicolaus Caprimulgius Ortvino Gratio. Lyptzick. 10. 11
Quæritur utrum Græcis verbis titelli, i. e. accentus superscribendi, an cum Ortvino omittendi sint. is ad pia carmina scribenda excitatur.

7. Petrus Hafenmusius Ortvino Gratio. ex Nurenberga. . . . 11. 12
„An est necessarium ad æternam salutem quod scholares discunt grammaticam ex poetis sæcularibus". Opinio scriptoris de novo modo studendi et consilium Valentini de Geltersheim, quod ille secutus in ludibrium humanistarum venit. Ingenii Ortviniani admiratio. Nova de indulgentiis ordini prædicatorum concessis.

8. Franciscus Genselinus Ortvino Gratio. ex Friburga· . . . 12. 13
Alios pro Antireuchlinistis certare, alios Reuchlinistis favere, ab illa parte theologos præcipue, ab hac iuristas stare narratur, illosque summo gaudio Parisiense contra Reuchlinum iudicium suscepisse, quocum quia Heidelbergenses consensum suum non expresserunt, Colonienses infensum in eos animum lege academica lata fere durius manifestasse scriptor innuit, simulque carmen in laudem Pa-

Digitized by Google

Pag.

risiensis sententiæ a Coloniensibus, ut ei relatum fuerat, conpositum exhibet, Ortvinumque auctorem collaudat eiusque parti omnia fausta precatur.

9. Conradus de Zuiccavia Ortvino Gratio. ex Liptzick. . . . 14. 15
Lascivus rei venereæ amantissimus magister Ortvinum quod amicam verberasset reprehendit, eique quam amatorie ipse in officio amicæ suæ sit, ut nec evidentissimis suspitionibus contra eam locum det, enarrans nimium castitatem exposcentium rigorem esse professus fornicationis crimen diluit. Musarum res minus sibi cordi, at tamen sese quoque Antireuchlinistam humanistarumque adversarium esse adiecto epistolæ commentario in defensionem Alexandri Galli contra Buschium scripto prodit.

10. Ioannes Arnoldi Ortvino Gratio. (*Moguntiæ.*) 15. 16
Libellum [Hutteni] contra Ioa. Pfefferkorn publicatum transmittens de Reuchlinistarum multitudine audaciaque periculisque ab eis imminentibus queritur Ortvini quondam discipulus et rixam suam cum quodam illorum, Colonienses Parisiensesque mire fastidiente commissam narrans carmen in horum, Tungrensis præcipue et Altæplateæ, laudem adicit et de studiis suis refert.

11. Cornelius Fenestrificis Ortvino Gratio. (*Moguntiæ.*) . . . 16...18
Partes Coloniensium sese tueri Hochstratoque et Arnoldo de Tungris optime velle, Reuchlinum autem odisse, eumque et a quattuor universitatibus et a Parisiensibus condemnatum plane devictum iri quantum optet, scriptor latius perscribit, et de duobus Reuchlinistis in Parisienses Coloniensesque magistros miris modis invehentibus ac quomodo ipse contra eos tunicam domini Treverensem defenderit narrationem facit. de quibus non satis idoneis viris scriptor, ipse poeta, artis suæ specimen addit Coloniensesque magistros salutare iubet.

12. Hiltbrandus Mammaceus Ortvino. in Tubinga. 19. 20
De prædicatorum contra Reuchlinum causa sinistri rumores, et de Hochstrato a Romanensibus neque ad beneficium pauperum admisso. A papa, si contra theologos iudicaret, ad concilium, quod supra papam est, appellandum esse. Prædicatorum ordinis, aliis perosi, laus et Hochstraticæ contra parum idoneos hæretici Reuchlini patronos causæ commendatio.

13. Conradus de Zuiccavia Ortvino. ex Liptzik. . . . . 20...22
De adulteriis Ortvini Arnoldique in uxorem Pfefferkorni commissis et contra Ortvini fornicationis peccatum severe condemnantes litteras Conradi idem excusantis argumenta. De hastiludio festisque conviviis chorisque Lipsiæ actis.

14. Ioannes Krabacius Ortvino Gratio. ex Nurenberga. . . . 22. 23
Heckmannum Vindobonæ mortuum esse nuntiatur, in cuius laudem adposito quoque carmine sepulchro inscribendo narratur cuiusdam superbientis poetæ [Hutteni], artem versificatoriam docere volentis, cum Heckmanno rectore altercatio. Apud Norimbergenses quoque de causa fidei suspecti rumores inter Reuchlini fautores.

Digitized by Google

Pag.

15. Guilhelmus Scherscleifferius Ortvino. Franckfurdiæ. . . . 23. 24
Querulosa de Ortvini in litteris dandis neglegentia expostulatio et ut crebras det precatio. Pro prædicatoribus contra Reuchlinum huiusque speculum oculare pia vota.

16. Matthæus Mellilambius Ortvino Gratio. Maguntiæ. . . . 24. 25
Cum inimico Ortvini, hunc spurium, matrem eius meretricem, patrem presbyterum esse in volgus edente contentiose disputat scriptor.

17. Ioannes Hipp Ortvino Gratio. (*Lipsiæ.*) . . . . . 26...28
De Aesticampiano per magistros Lipsienses ab universitate relegato, frustra pro illo intercedente principe, et de Andreæ Delitiani magistrique Rotburgensis doctrina poeticoque ingenio. Expetit scriptor Ortvini librum contra Reuchlin, et ut ipse ab Ortvino carmine celebretur.

18. Petrus Negelinus Ortvino Gratio. in Treviris. 28. 29
Discipulus timide quondam præceptoris iudicio carmen in laudem s. Petri conpositum, musicis quoque modis cantandum transcriptum submittit, et quid de sententia Spirensi dicatur ac de Hochstrato, Romæ feliciter litem prosequente, indicat, Colonienses magistros ac theologos cum Pfefferkornio suo nomine salutans.

19. Stephanus Calvastrius Ortvino Gratio. ex Monasterio in Westphalia. 29. 30
„Carmen scriptum in morte magistri nostri Sotphi in bursa Kneck, qui olim composuit glosam notabilem" utrum Ortvini sit an non, itaque utrum bonum sit an habeat vitia, quæritur.

20. Ioannes Lucibularius Ortvino Gratio. ex Suollis. 31
Ortvini Daventriæ Coloniæque quondam discipulus, nunc misellus ludi magister imæque vocis cantor, ut ille commendaticias litteras ad collaboratoris munus optinendum dare velit, supplicibus precibus expetit.

21. Conradus de Zuiccavia Ortvino Gratio. ex Lyptzick. . . 31...33
Respondens ad Ortvini de huius in amore successibus Conradus quomodo ipse in Dorotheæ suæ consuetudinem venerit, quæ amoris experimentum crucem domui adpictam osculari iubens cepit, et de huius periculi exitu narrat, cantuque nocturno (quem serenatam appellare ab Hispanis didicimus) amicam celebrasse refert, consiliumque rei amatoriæ bene gerendæ ab Ortvino petit.

22. Gerhardus Schirruglius Ortvino Gratio. ex Moguntia. . . 33...35
Pænitet iuvenem non Coloniæ studia sua prosecutum esse, ubi inter devotos cives, diligentes magistros ac verecundos discipulos melius proficere potuisset, quam Moguntiæ, inter superbos petulantesque comissatores, quibus tunica domini Treverensis, tres reges Colonienss, reliquiæ beatæ virginis ac s. Michaelis cum indulgentiis prædicatorum ludibrio sunt, qui Reuchlinum laudant, theologos autem et Parisienses contemnunt, Thalmud damnatum librum esse negant, prædicatoribus atrocissima crimina obiciunt. itaque Gerardus Ortvinum de reditione consulit.

Digitized by Google

Pag.

23. Ioannes Vickelphius Ortvino Gratio. Madepurck. 35. 36
Ortvini quondam præceptor eum, ne in adulterii fornicationisque peccato perseveret seseque poetarum lectione corrumpi patiatur, amice monet; tum laudat Ortvinum contra Reuchlinum scribere, sed ne nimium Pepericorno fidat, cum furem proditoremque esse audierit, aliusque eiusdem nominis nefarius ludæus baptizatus Halis combustus esset, fraterno animo suadet.

24. Paulus Daubengigelius Ortvino Gratio. ex Augusta. . . . 36. 37
Fidum promissorem se scribere diligentiusque epistolarum mutuarum commercium expetere significat, Reuchlini Defensionem nuper publicatam transmittens, quam cum ipso auctore comburendam et ab Ortvino refutandam censet. Oculorum morbo laborans scriptor alchimistam vagabundum pro medico adhibet. res domesticæ satis lætæ sunt. exercitus imperialis contra Venetos per regionem Augustanam iter faciens describitur. varii libri ut sibi mittantur petit auctor.

25. Philippus Sculptoris Ortvino Gratio. (*Lipsiæ?*) . . . . . 37...39
Olim unum hic habuimus poetam, Samuel, nunc certe viginti habemus, eosque nobis, antiquorum viam euntibus molestissimos, doctorem sanctum et Alexandrum et authenticos auctores contemnentes. ita e. gr. vocabula 'seria, patritii, currus, ius, lucar, mantellus, mechanicus, mensorium, polyhistor, Polysenus' et similia recte exponentem scriptorem nihil scire quidam dixit, de qua iniuria 'ad privilegia universitatis Viennensis', ubi ille in magistrum promotus est, iste poeta citabitur. Theologos oderunt illi poetæ sæculares, quorum unus Triumphum Reuchlini conposuit, et iuvenes a bonis studiis et gradibus academicis petendis abstrahunt ad suas artes, ut de iuvene, qui Philomusi discipulus factus est, scriptor queritur.

26. Antonius Rubenstadius Ortvino Gratio. Franckfordiæ. . . 39. 40
Consulitur Ortvinus, 'utrum doctor in iure teneatur facere reverentiam magistro nostro, qui non incedit in habitu', qui habitus describitur et quomodo nuper quidam iurista Petrum Meyerum publice obviam factum non salutatum præterierit narratur. De causa contra Reuchlinum, iam ad paupertatem redactum, sibi rescribi vult Antonius.

27. Ioannes Stablerius Miltenpurgensis Ortvino Gratio. in Miltenpergk. 40. 41
Trecentos florenos ex indulgentiis venditis prædicatores coegerant; hiis furto ablatis utrum qui solverant, absoluti sint necne disputatur. Reuchlini amici de prædicatoribus rumores spargunt, eos indulgentiarum pretiis ad illum calumniandum iudicesque corrumpendos abuti. magistrorum Moguntinus conventus Speculi ocularis comburendi causa habitus; de Bartholomæi Zehner prædicatione cum Reuchlinistæ cuiusdam responsione illiusque excusatione.

28. Conradus Dollenkopffius Ortvino Gratio. Heidelbergæ. . . 41...43
Cum lætas olim de scriptoris ingenio Ortvinus spes fecisset, is de studiis suis theologicis, maxime vero poeticis et Ovidianarum metamorphosium refert, quadruplicemque nominum esse significationem.

Digitized by Google

Pag.

ita nuper quendam ex poetarum numero, qui 'non intelligunt allegorias et expositiones spirituales', quid essent Mavors, novem Musæ, Mercurius, ignorantem docuit. Ipse libro Thomæ de Walleis has artes se debere profitetur, qui quam docte 'concordantias inter sacram scripturam et fabulas poetales' scripsisset, exempla adferuntur de Phitone serpente, de Saturno, de Diana, de Iove ac Calistone, de Aglauro, de Europa, de Cadmo, de Actæone, de Baccho, de Piramo et Thisbe, de Vulcano. De Reuchlino, quid agat, ubi per Tubingenses auctor certior factus fuerit, sese scripturum significat.

29. Tilmannus Lumplin Ortvino Gratio. (*Tubingæ?*) 43. 44
Ortvinus quod contra Reuchlinum scribere non pergat, acriter reprehenditur, et contra defensorem Iudæorum, quem peccatorem recte Pepericornus increpat, ecclesiam famamque suam defendere provocatur.

30. Ortvino Gratio Ioannes Schnarholtzius. ex Basilea. . . . 45. 46
Adulatoria humilitate celebratissimum magistrum adit theologiæ candidatus, ut ei describat prædicationem nuper a quodam Parisiensi de ascensione domini iubilantibus apostolis beataque virgine facta, et de resurrectione in Hierusalem habita, sibique libros indicari vult, 'ubi ista materia habetur', ut emere possit.

31. Bartholomæo Colpio Willibrordus Niceti. (*Fuldæ?*) . . . 46...48
Laudatis Carmelitarum ordine eique concessis indulgentiis, pietate ac doctrina Colpii, bibliotheca variis libris instructissima, Tungari quoque, laudabilis viri, quamvis Reuchlinus eum spernat, et præcipue valde notabili libro, qui dicitur Combibilationes, quæstio proponitur, utrum Lolhardi et Beguttæ sæculares an clericales personæ sint, iisque matrimonia contrahere liceat necne; de qua re frustra tam libros quam sacerdotem Fuldensem se consuluisse dicit Willibrordus. sententiam dicendam si Bartholomæus nesciat, ex Ortvino divina gratia nihil ignorante petendam esse. Adicitur carmen heroicum de Combibilationibus.

32. Ortvino Gratio Gingolfus Lignipercussoris. ex Argentina. . 48. 49
Ortvini quondam discipulus non defatigatur exprimendo quantum stimuletur stimulis præceptori datis, ut a Buschio, Parisienses quoque et ipsos Lipsienses, qui tamen melius stimulare possunt, stimulante, et ut restimulet adhortatur; sese quoque Buschium carmine stimulasse et occasione data fortius stimulaturum esse.

33. Mammotrectus Buntemantellus Ortvino Gratio. ex Heydelbergo. . . . . 49...51
Post laudatum Ortvini poeticum ingenium sub fide confessionis scriptor aperit, quam insano amore erga Margaretham, campanatoris filiam, laboret, a qua cur similiter amari credat enarrat ac de medicamento Gyni, a doctore Brunello imperato, adcuratius refert, ab Ortvino autem amatorium remedium expetit.

34. Ortvinus Gratius Mammotrecto. ex Colonia e domo d. Ioannis Pfefferkorn. . . . . 51...53
Ortvinus apertam quidem Mammotrecti confessionem laudat, graviter autem reprehendit peccatum amandi Margaretham, contra quod sacra

Digitized by Google

Pag.

remedia adhibere suadet. exemplum ipse sese præbet, qui olim amicam Margaretha pulchriorem se deseruisse et uxorem factam non nisi semel submisisse, ebrium quidem, scribit. Iterum piacularibus ieiuniis precationibusque præceptis exemplum olim in lectionibus de Ovidii arte amandi prolatum memorat de Catharina Pistoris pomo nigromantico icta a baccalaureo Lipsensi, quem perdite amare cœpit, ita ut vel magistros 'baccalaureos' appellaret, neque carcere inediaque sanari potuerit, sed ad amatorem parochum factum confugit, ex quo quattuor pueros peperit — quod est scandalum in ecclesia. Ceterum probat Ortvinus medicamentum Gyni quod doctor Brunellus docuit.

35. Lyra Buntschuchmacherius Guillermo Hackineto. (*Parisiis?*) 53. 54
Epistolam Londini scriptam purissimæ Latinitatis optimique stili auctoremque summis laudibus scriptor eiusque amici efferunt, unus Crocus vituperare ausus ipse refellitur. Nova referuntur de Helvetiorum clade [Marinianensi] et de causa Hochstrati contra Reuchlinum, huic feliciori, novaque Speculi ocularis translatione; ipsum papam contra prædicatores esse, hiique ut album brillum in sua nigra cappa portare deberent constiturum esse; prædicatores autem pecuniis ex indulgentiis inpetrandis contra Reuchlinum pugnare, mortuum denique omnino damnare velle.

36. Eitelnarrabianus de Pesseneck Ortvino Gratio. ex Verona Agrippina. 55. 56
Wormatiæ cum ludæis de eorum lege disputans scriptor cum Pfefferkornium sententiæ suæ suffragantem allegaret, illi hunc in Moravia furtum fecisse eidemque patibulum erectum fuisse responderent, minacia eis verba dedit Pfefferkorniumque pientissimum catholicum meritoque hospitalarium mensuratoremque salis a Coloniensibus factum, uxoremque eius honestissimam feminam et circumcisum tantum virum, non burgimagistros aut magistros amantem strenue defendit. Hæc Pfefferkornio nuntianda esse, ut se defendat realiter contra tales Iudæos et Buschium.

37. Lupoldus Federfusius Ortvino Gratio. ex Erfurdia ex dracone. 56. 57
De quæstione quodlibetaria, utrum Iudæo, quando Christianus fit, præputium renascatur necne. Ortvinum, ut rem ex Pfefferkorni uxore exquirat, cohortatur Lupoldus.

38. Padormannus Fornacificis Ortvino Gratio. ex Witenburgo. 57...59
Præceptori quondam suo scriptor non parum ipse sibi placens de quodlibeto artificiosissime celebrato refert, in quo contra quendam poetam nimium sui æstimatorem magistri de nomine Gratii deducendo certant, utrum id a supernali gratia, an a Gracchis Romanis originem habeat. recensentur ab utraque parte stantes. Reuchlino Ortvinum de versu 'Flet Iovis alma parens' inmerito hæreseos accusanti dira precatur scriptor.

39. Nicolaus Luminatoris Ortvino. Coloniæ ex bursa Laurentii. 60
Gratias agit quod consilium de studiis Coloniæ faciendis dedit, ubi statim in beanio deponendo Nicolaus Buschium a quodam 'matris domini' nomine lepidissime salutatum, cum is subtile dictum

Digitized by Google

Pag.

non intellegeret, responsum dare audivit, matrem domini sĭ pulchrior, quam ipse est, non fuisset, certe non admodum pulchram fuisse. Itaque bonæ spei plenus Nicolaus ad studia bursalia sese præparat.

40. Herbordus Mistladerius Ortvino. ex Suollis. 60. 61
De Ortvino anxie sollicitatus Herbordus illum, ut tandem scribere velit, adiurat, ne diutius timere debeat de illius valetudine, capitis forte dolore vel alvei infirmitate, ex qua quondam a Pfefferkornia purgatus est ac contra quam remedia docentur.

41. Vilipatius de Antverpia Ortvino Gratio. ex Franckfurdia apud Oderam. 61. 62
Hochstratus de Ortvini infirmitate dicendo Vilipatium anima deficere facit, qui resuscitatus contra mamillarum inflationes ex magicis artibus a mulieribus incantatricibus excitatas sancta remedia carmenque docet. Reuchlinum vicisse dubitat scriptor, Pfefferkornio cum uxore suo nomine salutes dicere iubet.

APPENDEX EPISTOLARVM.

42. (1.) Antonius N. Ortvino Gratio. in Heydelberga. . . . . 63...65
Argentorati medicamentorum causa morans de Erasmo Roterodamo egregiaque hominis dŏctrina audit scriptor, qui an ille 'etiam aliquid sciret in medicina vel non' exploraturus ad cenam cum Erasmo sese invitari curat. Considentium taciturnitatem Antonius recitato Vergiliano 'Conticuere omnes' abrumpit; tum Erasmus multa de rebus theologicis miris verbis præfatus est, cenæ autem dominus de ente et essentia primum, tum de poetis disputavit, quod Antonio ansam dedit probandi Iulii Cæsaris commentarios a Suetonio scriptos esse, quo argumento victus Erasmus conticuit, Antoniusque sibi persuasit non ita magni faciendum esse Erasmum, quippe qui pulchrum quidem Latinum dicere sciat, speculativarum autem scientiarum parum expertus sit.

43. (2.) Gallus Linitextoris Gundelfingensis Ortvino Gratio. in Eberburck. . . . . 65. sqq.
Gratias Gallus de litteris solatium adferentibus agit, simul vero inridet Ortvini opinionem de infirmitatibus non nisi ex nimio labore orientibus, quasi vinum ingurgitare, ut Heidelbergæ nuper ipse Gallus debuit, labor non esset. Addit epistolæ suæ ex Epistolari magistrorum Lipsensium Ortvino cum discipulis domi perlegendam epistolam, quam

44. (3.) *Magister Curio Matthiæ Falckenbergensi ex Lipsig* 66. 67
scripsit de iucundo ante quinquaginta annos Lipsiæ acto conmilitio, de epulis nuper principi nuptias celebranti paratis, unde sibi dulcissimi vini ferculorumque delicatissimorum bonam partem 'destillatam' clam abstulit; de vita domestica adhuc scortantis Matthiæ; de discipulis bursæ Henrici commendandis, cuius 'regula bursalis' describitur.

45. (4.) Arnoldus de Thungaris Ortvino Gratio. (Coloniæ) ex bursa Montis. 67. 68

Digitized by Google

Pag.

Incommoda adversæ valetudinis vexationumque accusat, quas ex suis contra Reuchlinum scriptis undique sentiat, in primis ab iis qui Pfefferkornum defensionem suo nomine edidisse, cum 'nos tamen scripta omnia fecerimus', mirentur. Deinde, cum ancillam Quentelianam ex Ortvino prægnantem esse audivisset, huius scorti habendi societatem ineundam offert.

46. (5.) Ioannes Currificis Ambachensis Ortvino Gratio. Heidelberg. . . . . 69...72
Quomodo studiis operam det et de doctis viris Heidelbergæ theologiam docentibus, in primis de doctissimo quodam prædicatore, quem Quacculatorem et Ioannem cum destructo capite vocant, et de discipulo eius præceptorem fere superante, qui mire quæstiones et sophismata exponit atque utrum deus sit in prædicamentis et de rollationibus similibusque disputat, prosaice et, ut sibi visus est, metrice narrat. poetas Heidelbergenses multo minus quam Ortvinum, studiosorumque mores ac vitam multo minus quam Coloniensium sibi placere scribit. Denique Arnoldum Tungrensem consultari vult, num licitum sit talis de indulgentiis ludere.

47. (6.) Wendelinus Pannitonsoris Ortvino Gratio. ex Straßberg. 72...74
In posterum taciturnitatis crimen sese evitaturum promittens Ortvino ut a prædicatorum partibus stanti refert Wendelinus de quodam suo conviva, qui mire Latine loquens catalogum prævaricatorum i. e. prædicatorum sese publicaturum esse dixit, quo de variis illorum malis facinoribus ageret, de Bernensi scelere, de prædicatore Moguntiæ per vim stuprum facere conante, de monachis Argentoratensibus mulieres pro monachis apud se habentibus; et cum ipse W. prædicatores defenderet, ne ut templarii occiderentur, ille de Wigando Wirt, Bernensis sceleris capite Wesaliique calumniatore et vero sub Pfefferkorni nomine editi libri '*Sturmglock*' auctore, dura verba replicavit. quo facto Wendelinus iratus abiit.

48. (7.) Iacobus de Altaplatea Ortvino Gratio. Romæ. . . . 74...77
Desiderium iucundissime Coloniæ peractæ vitæ cum desperatione de tristi suæ contra Reuchlinum causæ condicione Romana suaque egestate et sollicitudine, ne dum ipse abesset, hæreses in Germania crescerent et Erasmus theologiam corrumperet, coniunctum male cruciat Hochstratum, qui in deambulationibus cum Petro Meyero per campum Floræ consuetis curtisanorum contemptui et ludibrio se haberi queritur ac de quibusdam 'epitaphiis Hochstrati', quæ illi quasi casu excidissent proiecerant, quid, cum ipse adhuc in vivis esset, ea sibi velle putet, ex Ortvino quærit. De Pfefferkornio 'mammaluca facto' rumorem falsum esse sperat scriptor.

[49. (8.) Ioannes Tolletanus Richardo Kalberstadensi. ex Brabantia a. 1537. . . . . 77...79
Narratio sordida de monacho cui scortum, quod per triduum in monasterio apud se habuerat, negata mercede tunicam cum cucullo abstulit, quæ ut sibi restitueretur ille frustra magistratum adiit. is contra ad cohercendam monachorum luxuriam ac disciplinam publi-

Digitized by Google

Pag.

cam curandam illos publice prodire vetat et sub cura esse iubet. (Effeti et a genuinis Epp. O. V. aberrantis ingenii partus.)

Reuchlini effigies. 80

DEFENSIO IOANNIS PEPERICORNI CONTRA FAMOSAS ET CRIMINALES OBSCVRORVM VIRORVM EPISTOLAS. etc. 81. sqq.

Epistola Pepericorni ad Leonem PP. X. et Cardinales. Coloniæ a. 1516. m. Iulio. 83. 84

Eiusdem ad Hermannum principem electorem ep. Coloniæ a. 1516. 84...88

Mandatum Imperatoris secundum. Rofereit d. 10. Nov. 1509. 88...90

Pepericorni narratio de negotio a se Francofurti acto. . . 90...92

Commissio ab Imperatore Pepericorno data. Füssen [Faucibus] d. 6. Iul. a. (1510.). 92

Pepericornus Reuchlinianam consultationem non inlicite se publicasse exponit. 93

Consultatio utriusque facultatis Coloniensis, additis ad Imperatorem litteris Pepericornum commendantibus. Coloniæ d. 13. Nov. a. 1510. . . . . . 94. 95

Universitatis Moguntinæ Consultatio utriusque facultatis, addita Consultatione facultatis iuridicæ et ad Imperatorem Pepericornum commendante epistola. Moguntiæ d. 31. Oct. a. 1510. . . . . . 95...99

Consultationem utriusque facultatis Erphordiensis superioribus conformem esse. 99

Heidelbergenses consultarunt aliarum universitatum doctores simul esse convocandos. 99

Consultatio Iacobi Hochstraten. Coloniæ d. 9. Oct. a. 1510. . 99...101

Consultatio Victoris de Karben hic omissa. 101

Consultatio Ioannis Reuchlin cur hic omissa, et de ea Pepericorni cum archiepiscopo Mogunt. conversatio. . . . 101...103

Archiepiscopi Moguntini Urielis ad Cæsarem epistola d. 29. Oct. a. 1510. per Pepericornum missa. 103. 104

Baldungi, Angeli et Gregorii consultatio. . . . . . 104...107

Impugnatur exceptio Colonienses Reuchlini Teutonica scripta parum intellexisse. 107

Maximiliani Cæsaris ad archiepiscopum Moguntinum responsum d. in Friburg. 13. Ian. a. (1511.). 108

Pepericornus cur Manuale speculum ediderit. 108. 109

Archiepiscopi Moguntini ad Cæsarem litteræ d. 23. Apr. a. 1511. 109. 110

De Speculo oculari et de Pepericorno a Iudæis ludibrio habito. 110. 111

Notæ Pepericorni. . . . . . 112...115

Reuchlini ad Arnoldum de Tungaris epistula d. 28. Oct. a. 1511. 115...117

Digitized by Google

Pag.

Pepericorni censura huius epistulæ. . . . . . 117...124
Universitatis Coloniensis Christiana instructio ad Ioannem Reuchlin. d. 2. Ian. a. 1512. . . . . . 125. 126
Reuchlinus non recantat sed Claram ocularis speculi declarationem edit. 127
Cæsaris mandatum contra speculum oculare d. Coloniæ d. 7. Oct. (a. 1512.) 127. 128
Reuchlinus defensionem suam denuo emittit. 128
Petri Meyeri ad Arnoldum de Tungari epistula d. Franckfordiæ d. 10. Febr. a. 1512. 129
Maximiliani Cæsaris alterum mandatum contra Reuchlini libros. d. Confluentiæ d. 9. Iul. (a. 1513.) 129. 130
Notæ Pepericorni et Reuchlinianæ epistolæ ad Colonienses theologos d. 27. Ian. a. 1513. pars. . . . . . 130...132
Reuchlini libri ab universitatibus examinantur et condemnantur. 133
Sententia Lovaniensis facultatis Theologiæ contra Speculum oculare. d. 28. Iul. a. 1513. . . . . . 133. 134
Sententia facultatis theologicæ Coloniensis contra Speculum oculare. d. 16. Aug. a. 1513. . . . . . 134. 135
Sententia facultatis theologicæ Erphordensis contra Speculum oculare. d. 3. Sept. a. 1513. . . . . . 136. 137
Sententia facultatis theologicæ Moguntinæ contra Speculum Oculare. 137. 138
Spreta commissione Spirensis hæreticæ pravitatis magister Speculum oculare Coloniæ comburendum condemnat ignique tradit d. 10. Febr. a. 1514. . . . . . 138. 139
Spirenses contra pro Speculo oculari sententiam dicunt, quam cum trium universitatium sententiis Colonienses Parisiensi universitati examinandam mittunt. 139. 140
Sententia Parisiensium doctorum condemnativa Ocularis speculi. d. 2. Aug. a. 1514. . . . . . 140. 141
Quibus iudicialibus actis omnibus Romam missis Reuchlinus intra XL dies ut conpareat citatur. Exceptiones ab ipso oppositas Pepericornus notis refutare studet. . . . . 141...148
Litteræ regis Franciæ [Ludovici XII.] ad summum pontificem contra libros Ioannis Reuchlin. 149
Litteræ Karoli Hispaniarum regis ad summum pontificem de supprimendis Reuchlini libris d. Middelburgi d. 16. Mai. a. 1515. . . . . . 149. 150
Litteræ universitatis Lovaniensis ad Papam contra libros Reuchlini. d. 23. Mai (a. 1515.) . . . . . 150...152

Digitized by Google

Pag.

Litteræ Adriani Florentii de Traiecto ad Cardinalem s. crucis de Reuchlini libris delendis. d. 16. Mai. a. 1515. . 152

Nota Pepericorni. Consummatio historiæ. Protestatio. Summarium totius negotii. . . . . . 153...159

De Epistolis Obscurorum virorum. . . . . . 159...162

Pepericorni exclamationes et Expurgatio infamiæ, et Figura veritatis Reuchlinum semper fuisse reum originarium. 162...166

Responsio ad argumentum contendentium Reuchlinum non composuisse Epistolas Obscurorum Virorum. . . . . 166...168

Contra eos qui dicunt Pepericornum non esse dignum cum quo Reuchlinus staret iuri. . . . . . 168...170

De capitalibus quibusdam mendaciis Reuchlini. 170. 171

Quædam prophetia et de novo prædicante. 171. 172

Quare Iudæi non efficiantur Christiani. 172

De prædicatione a Pepericorno Francofurti habita. . . . 172

De quadam epistola nefandissima Reuchlini. 173

Quod hæc Pepericorni Defensio non sit famosa. 173

Conclusio totius libri. 174. 175

Lima totius operis. Eyn duytsche Protestatio. 175. 176

Doctor iohanns Reuchlins tütſch miſſiue warumb die Juden ſo lang im ellend ſind. 1505. . . . . 177...179

Reuchlini ep. ad Questembergum d. 12. Aug. a. 1515. (ex Reuchlini præf. ad S. Athanas. in psalm.) 179. 180

EPISTOLARVM OBSCVRORVM VIRORVM VOLVMEN ALTERVM.

Exempli primæ editionis inscriptio. 183

Exempli secundæ editionis inscriptio. 184

1. Iohannes Labia Ortvino Gratio. in Curia Romana. . . . 185...187
Convivalis disputatio cur Magister Ortvinus epistolis ad se missis Obscurorum Virorum nomen dederit, sive a nomine proprio Obscurorum, sive obscuritatem mystice interpretatus, sive propter humilitatem contrariam Reuchlini inmodestiæ, qui 'Epistolare amicorum suorum intitulavit „Epistolæ Clarorum Virorum". Ipse Ortvinus veram nominis rationem rescribere rogatur.

2. Iohannes Grapp Ortvino. in urbe Roma. . . . . 187...189
Mittit suo quondam præceptori exemplum artis poeticæ 'Carmen metricum in despectum Reuchlini et Reuchlinistarum'.

3. Stephanus Romedelantis Ortvino Gratio. Treveris. . . . 189...191
De Thomæ Murneri, varii ingenii hominis, Reuchlini partibus faventis theologis Coloniensibus sociisque infensi dictis, imprimis Pfefferkorni insignem nequitiam maleficiaque exprobrantibus, contra quæ Stephanus eius honestatem, generis nobilitatem, fidem ac pro religione Christiana zelum audacter defendit.

Digitized by Google

Pag.

4. Iohannes Pileatoris Ortvino Gratio. Romæ. 191. 192
Ortvino quamvis litteras non danti scriptor nova de causa fidei eiusque dubia, theologis difficili, Reuchlinistis autem læta condicione scribit et pia sua pro sacra theologia contra poetas et iuristas vota cum suspicione ipsum papam Reuchlini partibus favere nuntiat.

5. Iohannes de Werdea Ortvino Gratio. Romæ. 192. 193
Ortvinum de causæ fidei ancipiti periculosoque statu anxium consolatur ad priorem audaciam adhortans ac mutabilitatem inconstantiamque papalium iudiciorum papæque legibus soluti liberrimum arbitrium demonstrans. Ceterum optimam causam esse fidei causam atque Hochstratum auctoritate plurimum valentes curiales epulis vinoque datis ad suas partes traxisse.

6. Cornelius Storati Ortvino. Augustæ. 194
Excusat se quod dum Romæ morabatur, Ortvini desiderium litterarum de causa fidei quam exactissime referentium explere non potuisset; itaque nunc ex patria scribit Romæ causam non bene stetisse, Hochstratum antea largitionibus potentem nunc ad extremum inopiæ redactum a curtisanis neglegi. Ortvinum igitur curare debere, ut causam fidei defendenti pecuniam vel ex indulgentiis divenditis receptam Fratres mittant.

7. Albertus Acuficis Ortvino Gratio. Hallis in Saxonia. . . 195. 196
De causa fidei hominum iudicia theologorum parti omnino adversa esse, sese autem defendere scribit auctor. Duorum Coloniensium magistrorum convicia tum omnibus Reuchlini adversariis tum Pepericorno dicta, qui cum cognomine scelerato Iudæo baptizato Halis combusto conparatur, latius perscribit. Illum et theologos invicem sese instigasse in librorum Iudaicorum combustionem, ut Iudæis pecuniam extorquerent, idque inpedienti Reuchlino calumnias struere, Latinos libros a theologis conpositos sub Pepericorni, famosi hominis, nomine edi. alios Arnoldum Tungrensem, falsarium, alios Ortvinum, presbyteri filium concubinarium adulterumque, alios Vigandum Wirt, infamem prædicatorem, auctores habere. Ita in odium hominum prædicatorum causam venisse, ut vel caseos emendicantibus, ut a Reuchlino eos peterent, responsum daretur.

8. Matthæus Finck Ortvino Gratio. Romæ. . . . . 196...198
Baccalaureus sorte sua, 'bona stantia Romæ', plane contentus, ne ingratus præceptori promissas litteras denegare videatur, lætas scribit de ventris infirmitate, de Papa Florentiæ invitis curtisanis morante oculisque laborante, de Rege Franciæ bellum contra imperatorem parante. Bellum autem a se deprecatur, ut sibi alicuius beneficii ecclesiastici venatio prospere succedat. Ortvino, si quam litem habeat, 'sollicitatorem' sese offerens de Hochstrato refert eum novos Speculi ocularis hæreticales articulos collegisse, Florentiæque diligenter victoriam sine dubio sperandam moliri.

9. Philippus Schlauraff Ortvino Gratio. ex Bruneck in Flandria. 198...203
Mittit carmen quod compilavit rithmice, non attendens quantitates

Digitized by Google

Pag.

et pedes, de ambulatione sua per Almaniam, quando fuit cursor et visitavit universitates, habens mandatum a theologis quod deberet seminare favorem eorum contra Reuchlin, et quomodo fuit ibi tribulatus a poetis'. Carmen: Versus 1...5. Invocatio Christi contra poetas, 6...12. in Saxonia (Sibutum, Balth. de Facha, Phil. Engentinum), 13...15. Rostochii (Buschium), 16. Gryphiæ, 17...23. Francofurti ad Viadrum (Trebellium, duos Osthenios), 24...36. in Austria (Collimitium, contra quem Heckmannus scriptori auxilium tulit, Vadianum Pepericorno iratum, Cuspinianum), 37. 38. Ingolstadii (Philomusum), 39...47. Norimbergæ (Pirckheimerum), 48...58, Lipsiæ (Crocum, Mosellanum), 59...68. Erfordiæ (Aperbacchum, Eob. Hessum, Crot. Rubianum), 69...71. in Buchonia (Mut. Rufum), 72...76. in Misnia (Aesticampianum, Spalatinum), 77...80. in nemore Saxonico (Sturnum), 80...83. in Franconia (Huttenum), 84...99. in Suevia, Augustæ (Peutingerum), Stutgardiæ (Reuchlinum), Tubingæ (Melanchthonem, Bebelium, Ioa. Brassicanum, Paul. Vereandrum, contra quos theologus Franciscus Schlauraffo subvenit), 100...110. Argentorati (Gerbellium, Brantum, Schurerium), 111...123. Sletstadii (Wimphelingum, Spiegelium, Kirherum, Sapidum, Storckium, Phrygionem, Beat. Rhenanum), 124...131. Hagenoæ (Angstum, Setzerium), 132...141. Friburgi (Zasium, Amorbacchum), 142...150. Basileæ (Erasmum, hæreticos in domo Frobenii, Glareanum), 151...156. Wormatiæ (Theobaldum *Fettich*), 157...167. Moguntiæ, ubi Bartholomæum Decimatorem hospitem habuit (Carbachium, Huttichium, Weidmannum, Ioa. Königstein), 168...174. in navi secundum Rhenum vehenti (Murnerum), 175...185. Coloniæ (Buschium, Cæsarium, Nuenarium).

10. Bartholomæus Kuckuk Ortvino. [Romæ] 203. 204
De causa fidei nondum decisa cum Martino Groningo, scriptori valde displicente homine, cui novæ Speculi ocularis Latinæ versionis faciendæ munus delatum est, ille rixatur eumque maledictam bestiam increpat Martinus. quam iniuriam ita vindicare vult Bartholomæus, ut Colonienses professores suum quondam civem, cum nunc pro Reuchlino contra universitatem stet, periurii accusare suadeat. Pepericorni defensionem sibi mitti enixe rogat.

11. Iodocus Sartoris Ortvino Gratio. Olmuntz in Moravia. . 205. 206
Novum annum faustum ominans sibi bene esse, utpote cottidie oranti, et cum admiratione vidisse Ortvini librum [Prænotamenta] contra Reuchlinum refert, et impense desiderat Ortvini Commentum super Arnoldi Tungrensis Articulos et propositiones, de quo mira omnia sperat, quamvis Ortvinus Thomista sit. Adicit carmen elegiacum contra Iuristam qui Reuchlinum defenderat, pluraque, nisi nuntius nimium festinasset, sese missurum fuisse significat.

12. Wilhelmus Lamp Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . . . 206...210
Itineris Romani descriptio. Statim Moguntiæ in hospitio coronæ Coloniensis magister a Reuchlinistis, validis viris armatis, probe carminatur. Wormatiæ assessores cameræ imperialis mirabilia

Digitized by Google

Pag.

contra theologos prædicant, dicunturque Pepericornum propter Campanam tormentalem ab eo scriptam in ius vocasse; in primis autem Theobaldum Fettich spreto iuramento Coloniensi universitati olim præstito theologos fastidisse. Wormatiam egressis viri armati metu iniecto duos florenos extorquent. Cum inter pluvias nivesque Augustam Vindelicorum peterent, Wilhelmi socium frigentem itineris suscepti pænitet, in ipso tamen hospitio nocturnis choreis indulget verbisque impudicis peccat, Landsbergæ autem cum ancilla rem ipsam facit. Tum per Schongaviam equis luto fere submersis ad Oenipontum perveniunt, ubi forte imperator cum aulicis moratur, quorum unus acerrima in curtisanos verba facit. Deinde per Pyrenæum sive Brennum montem nivosum, ubi inter frigora foci Coloniensis desiderio capti de re venerea sive frigidos sive calidos faciat inter se disputant Wilhelmus luxuriosusque eius socius. Tridentum proficiscuntur. ibi Wilhelmus quoque meretriceos sumpsit amplexus, sed peccati pœnam horas de beata virgine orando luit. Veronam tendentibus bellici apparatus militesque obvii, Veneti Brixiam opsidebant. Mantuæ Vergilii Baptistæque carmelitæ recordantur; Bononiæ, morantibus ibi Papa Franciæque rege, sacra operantur, et in Hochstratum incidentibus post litteras Coloniensium ipsi traditas is apud regem contra Reuchlinum sese moliri suæque parti theologos Parisienses regiumque confessorem favere aperit. Per Florentiam denique, Senam, Monteflasconem, ubi vino lacrima Christi dicto sese delectarunt, Romam perveniunt, ubi maximam novitatis gratiam elephantus apud scriptorem sibi meruit.

13. Thomas Klorbius Ortvino. Confluentiæ. 210. 211
De quodam doctissimo Magistro nostro Ortvinum parum recte scripsisse illum esse membrum decem universitatum, cum 'membra' scribere deberet.

14. Otho Hemerlin Ortvino Gratio. Vratislaviæ. . . . . 211...213
Gratias agit de Pepericorni Defensione contra famosas sibi missa, quam valde admiratur ac contra quendam plebanum Reuchlinistam, qui Pepericornum inlitteratum famosumque theologorum invidiæ rixandique studii instrumentum esse contendit, defendere conatur: Pepericornum spiritu sancto illuminatum causamque fidei tam facilem esse, ut vel uxor illius Reuchlinum vincere posset; prædicationem ab illo habitam pontificalem non fuisse, sed simplicem populi instructionem; libros autem ipsius iustas Reuchlinianæ iniustitiæ ultiones continere. Reuchlinista vero Pepericornum Hochstratumque una furca suspendi cupit Reuchlinoque bene dicit.

15. Petrus Steynhart Ortvino Gratio. Romæ. . . . . 213...215
Nova de rebus bellicis causaque fidei scribere volentem non patitur ira, quam quidam socius denegando Vocabularium iuris dono promissum ei movit. Iuris studio operam sese navare, et in primis Casibus longis super Institutis delectari scribit, largamque sibi, cum pauper sit, ex illo messem sperare.

16. Iohannes Pileatoris Ortvino Gratio. Romæ. 215. 216

Digitized by Google

Pag.

Pluribus quam diversæ regiones civitatesque diversarum rerum, quibus maxime abundant, copiam habent, salutibus poetice præmissis, ut insignem suum erga Ortvinum amorem significet, mittit huic rosarium mirabile et amuletum adversus serpentum venena antidotum, quod s. Paulus olim pio hospiti xenium dedit. Reuchlino infausta, fausta theologis precans causam Hochstrati bene stare refert.

17. Fredericus Glantz Ortvino Gratio. Monasterii. 216. 217
De rixa sua cum quodam cantore cerevisiam ei propinasse adfirmante.

18. Simon Worst Ortvino Gratio. Antverpiæ. 217. 218
De Pepericorni Defensione altercationes. Illum auctorem esse multi, ut Latine plane indoctum, negant, male, quia Pfefferkorn ubique quæ adnotatu digna audit in pugillaria refert, ipse sacrarum scripturarum satis gnarus. præterea a filio Laurentio mire ingenioso adulescente in componendis libellis maximopere adiuvatur. Itaque Reuchlinus in æternum ingemiscat quod Manuale speculum Pepericorni esse negavit. Male Reuchlinistis precans Pepericorno eiusque uxori sese commendat scriptor.

19. Cunradus Unckebunck. Romanæ Curiæ. 219
Graviter queritur parentes sibi egenti mittere pecuniam nullam, petitque præter pecuniam cretam sibi mitti ad syllogismos faciendos, et corrigias. Ipse veronicam sanctam dono mittens Valentino de Geltersheim, egregio suo quondam logices professori, salutes dicit.

20. Marquardus Fotzenhut Ortvino Gratio. in urbe Roma. . 219. 220
Hochstrati causæ multi cardinales favent, præcipue s. Crucis (Bernardinus Caravajal), ut olim illum contra Petrum Ravennatem iuvit idem partium Parisiensium studiosus. Præterea lautis dapibus curiales ad se adlicit Hochstratus. De rumore Hermannum Nuenarium episcopum Coloniensem factum esse scriptor falsum esse sperat, cum ille poeta Reuchlino et Erasmo etiam optime velit, Huttenusque eidem Reuchlini causam maxime commendantes litteras dederit.

21. Iohannes Holcot Ortvino Gratio. Margburgk. 221
Sero Ortvinianas litteras mutato domicilio se accepisse, non per neglegentiam nunc tandem respondere adfirmat auctor, suadetque ne Gratius Defensionem contra famosas sub Pepericorni nomine edat, quia Reuchlinus ex stilo verum auctorem cogniturus est.

22. Iodocus Klynge Ortvino Gratio. Perlin in Marchia. . . 221...223
Sodalitatis cum Ortvino Daventriæ habitæ recordatur, cum pisces, quos amas sive Plotzgen nominant, a patre allatos cum hoc comederet. denique dolorem suum quod causa Coloniensium post librorum hæreticalium combustionem anceps hæreat, bonis votis additis declarat.

23. Bertholdus Hackstro Ortvino Gratio. in Romana Curia. . 223. 224
Iam duos menses Romæ moratus ad id usque tempus patronum nondum se invenisse queritur: nam cuidam auditori rotæ, cum

Digitized by Google

Pag.

plane serviles agasonisque operas exigeret, sese elocare nequivisse, utpote qui magister Coloniensis sit. De curtisanorum superbia et graduum academicorum Germanicorum apud eos contemptu. Magister quid sit quattuor modis explicatur.

24. Philippus Mesue Ortvino Gratio. Rostock. 224. 225
De causa fidei Rostochiensibus narranti Speculum oculare Coloniæ combustum esse, Ecbertus de Harlem Reuchlinianas partes defendit sententias universitatum parvi pendens. Parisiensia Rostochiensiaque de non recipiendis alterius utrius universitatis magistris statuta.

25. Adolfus Klingesor Ortvino Gratio. Franckfordiæ ad Oderam. 225. 226
Curas propter causam fidei aversurus quomodo ipse cum quodam quondam Coloniensi de Pepericorni fide ac fœtore Iudaico disputaverit et de virginitate Arnoldi de Tungari, enarrat.

26. Henricus Schaffsmulius Ortvino Gratio. ex urbe Roma. . 226. 227
Consultatio de eo qui ieiunii die ovum cum pullo comedit, an et quale peccatum commiserit, an pulli nondum exclusi carnibus conparandi sint aut vermibus qui sunt in caseis leguminibusve. Hochstrati iam bene nummati causam prospere succedere.

27. Wilhelmus Storch Ortvino Gratio. Romæ. . . . . 227...229
Queritur exoptatissimum Ortvini librum contra Reuchlin sibi non mitti, quo curiales pudore suffundere posset, et carmen de Hochstrati adventu compositum mittit.

28. Bernhardi Gelff Ortvino Gratio. in Curia Romana. . . 229...235
Amicitiæ cum Ortvino contrahendæ causa, quem Epistolas O. V. edidisse opinatur hic theologorum fautor Pepericornianæque defensionis admirator ac defensor, mittit decem Articulos a Reuchlinistis tanquam hæreticos et crimen læsæ maiestatis continentes collectos cum suis responsionibus.

29. Ecbertus Ungenant Ortvino Gratio. Lovaniæ. 236
Valentino de Geltersheim debitos duos florenos se soluturum negat, cum neque ille promissis stetisset lautum cibum se daturum esse si prospęram operam daret Ecbertus, ut Coloniam venientes novi discipuli captarentur ut bursæ Valentini sodales fierent.

30. Balthasar Sclauch Ortvino Gratio. in Vienna. 236. 237
Stupens gaudioque exsultans Pepericorni Defensionem ipsum eius auctorem, amicum suum, admiratur, ac ne theologi inter se certent, utrum Speculum oculare comburendum an ad patibulum suspendendum sit, sed ut concordes sint enixe suadet. Iam Vindobonæ Reuchlinistarum numerum ita crescere lamentatur, ut eam universitatem, cuius rector est Vadianus, cuius socii sunt Tannstetter, Cuspinianus, Resch, Lazius et alii multi, relinquere cogitet; sed solatio scriptori est Heckmanni societas.

31. Albertus Strunck Ortvino Gratio. Romæ. 238
Veniam petit quod non sæpius litteras det, sed nimium Romæ calorem, nimiumque laborem impendendum esse siquis secundum omnes artis regulas epistolas scribere velit.

Digitized by Google

Pag.

32. Henrichus Cribelinioniacius Ortvino. Romanæ Curiæ. . . 238...240
Malæ fortunæ hoc anno res theologorum esse: ipse scriptor adversam iterum sententiam expertus est, Petro Meyero contra canonicos Reuchlino faventes parum bene succedit, neque bene Hochstrato in causa fidei, de qua Imperator litteras pro Reuchlino ad papam dedit. Rumor etiam est Erfordienses suam pro Hochstrato sententiam revocaturos esse, qui tamen disputandi arte excellit maxime, quamvis forte gravioribus negotiis occupatus in biblicis Hieronymoque parum versatus sit. O si theologi vincerent, ut iuristæ præ metu illorum, dei iudicum, ne verbum quidem amplius dicere auderent.

33. Petri Lapp Ortvino Gratio. in Halberstat. 240. 241
Optat excellentissimos omnes, de quibus scripsit Ortvinus, doctores Colonienses (magistros nostros Hochstratum, Arnoldum, Remigium, Valentinum, Petrum, et licentiatum Rutgerum multosque alios, inter quos etiam Pfeffercornum, quamvis laicum et indoctum, tamen rerum intelligentissimum), Moguntinenses (Zehnerum Bertramumque) ac Francofurtensem mirabilem prædicatorem Meyerum subicere sibi iuristas poetasque sæculares, ne his libros edere liceret, theologicos omnino nullos, alios autem non nisi a magistris nostris adprobatos; inprobati comburerentur; et ne novam latinitatem in theologiam introducerent, ut fecerunt Reuchlin et quidam Proverbia Erasmi vocatus. Græcæ autem et Hebraicæ litteræ non solum inutiles sed et nocentes sunt.

34. Iohannes Schnerckius Ortvino Gratio. Ulmæ. . . . . 241...243
Præmissa salutatione poetica, sed ex improviso et antiquo more licito, quali a magistro quodam Parisiensi universa biblia, versibus composita, refert se certiorem esse factum Reuchlinum oculis laborare. sciscitanti de Reuchlino baccalaureum, qui hunc visitaverat, respondisse, apud eum se vidisse mire scriptum librum, Plutarchum in Græco, et alium libellum sub scamno iacentem, Pepericorni Defensionem, cuius refutandi operæ temporisque pretium esse negabat Reuchlinus; quem itaque oculorum infirmitate quo minus multum legere aut scribere posset prohibitum denuo ac confidentius scriptis suis ut theologi petant, scriptor exhortatur.

35. Wilhelmus Lamp Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . . . 243. 244
Post multa de amore suo erga Ortvinum verba refert de servili condicione sua apud quendam notarium rotæ, et de studio suo poetico, et quomodo contra quendam qui (grammaticum) Diomedem laudabat, disputaverit de (Thracis) Diomedis equis humana carne vescentibus, Alexandrumque grammaticum defenderit, in cuius laudem scriptor a se conpositum epigramma adicit.

36. Iohannes Arnoldi Ortvino Gratio. Romæ. 245
Nitide apparatis verbis Ortvino ad epistolarum commercium habendum sese commendat sibique gratulatur suam quoque ad Ortvinum olim datam epistolam ab hoc inter Epistolas O. V. receptam esse, unde æternam sibi nominis gloriam pollicetur.

Digitized by Google

Pag.

37. Georgius Bleck Ortvino Gratio. Parrhisius. 246. 247
Pepericorni Defensio per totam Parisiam valde laudatur, ipsumque Pepericornum propter diligentiam causæ fidei adhibitam scriptor Parisiensibus theologis commendat, cuius promovendæ gratiæ uxorem liberosque ille reliquisset; uxori autem theologos prædicatoresque solatio esse. Tamen novus episcopus Moguntinensis cum suis consiliariis Reuchlino favet, Pepericornique defensionem accipere negavit. Parisienses quidem theologi Pepericorni, viri integerrimi de tribu Nephthalim oriundi, librum avide legerunt, sed est etiam quidam Græcista qui illum Cæsaris sollicitatorem esse fuisseve neget, atque imperatorem ad papam pro Reuchlino epistolam scripsisse narret. Fabrum quoque Stapulensem pro Reuchlino scripsisse. Maiorem vero Parisiensium partem favere theologis et odisse iuristas.

38. Demetrius Phalerius Ortvino Gratio. Basileæ. 247. 248
Non solum Basileensis universitas sed tota Helvetia contra prædicatores est. Insuper Basileæ est quidam theologus, 'ut ipse se nominat', dictus Erasmus Roterodamus, summa auctoritate florens, idem qui Proverbia edidit, quamvis habeamus Salomonis; is Reuchlinum maximopere laudat theologisque adversas litteras impressas Romam misit. Advenit etiam Glareanus homo valde audax theologis infestus, qui de nequitiis prædicatorum, maxime Bernensibus, librum se compositurum esse dicit. quod nisi tam terribilis esset iste, scriptor dissuaderet. exoptat itaque sententiam secundum theologos Romæ pronuntiatum iri.

39. Chunradus Stryldriot Ortvino Gratio. Romæ. 248. 249
Queritur Romæ sese morari debere, ubi nulla, ut in Germania, vitæ facilitas, ubi siquis 'semel in die est ebrius, vocant eum porcum', ubi nulla coitionis opportunitas propter meretricum avaritiam, mulierumque, quamvis vestibus coloribusque exornatarum, deformitatem. dicunt etiam æstivum coitum valetudinem infirmare: itaque in patriam redire cupit scriptor, recordatus amorum societatis Daventriæ olim cum Ortvino habitæ. hunc iam cum Pepericorni uxore rem habere, nolentis quidem et invidi, atque ancillam Quentelianam prægnantem fecisse comperiens scriptor consideratius agere suadet, suum patriæ desiderium repetens.

40. Iohannes Crapp Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . . . 249...251
Suam 'epistolam carminalem' (II. 2.) gratam Ortvino fuisse sibi gratatur, sed huius invitationi, ut 'semper ita scriberet', cum carminum faciendorum promptitudo suum tempus habeat, satisfacere posse negat. Nova captanti scribit de tribus nunc Romæ causas suas agentibus excellentibus theologis, de Hochstrato causam fidei, de Petro Meyero contra canonicos Francofurtenses, de Caspare Campodunensi causam sacri olei contra monachos defendentibus. Versibus ex improviso factis scriptor Ortvino sese commendat.

41. Simon Pocoporius Ortvino Gratio. Lubeck. 251
Versum psalmi 'Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata

Digitized by Google

Pag.

est et non potero ad eum' in Ortvinum, inertem quondam suum discipulum, Orationum auctorem, transfert Simon.

42. Achatius Lampirius Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . . 252. 258
Docet ritum carmenque nigromanticum, quo mulieres ad perditum amorem incantari possint.

43. Otho Flerßklirdrius Ortvino Gratio. Herbipoli. . . . . 253...255
Ortvino theologia nunc florente insignique magistrorum nostrorum auctoritate glorianti lamentabundus aliter in patria sua rem sese habere respondet, ibi religiosos in despectu, sæculares autem fere in respectu esse, indigne. In primis de doctore Iohanne Reyß queritur scriptor, quod propriam viam teneat, religiosos sanctosque patres parum veneretur, non ex regulis artis prædicationes habeat, nec prædicatores contra Reuchlinum adiuvet, indulgentiasque tanquam inutiles respuat, soli evangelio ille fidens.

44. Petrus de Wormatia Ortvino Gratio. Romæ. 255. 256
Mittit Latinum Homerum, quem didicit tractare de 'viris qui vocantur Græci, qui bellaverunt cum aliis viris qui vocantur Troiani' per decem annos 'ita quod totus campus sanguinavit', et de ingenti clamore atque inmenso lapide equoque loquente. dubitat autem de veritate et num ille liber 'multum autenticus' sit, quare sibi rescribi petit.

45. Iohannes Gerilambius Ortvino Gratio. Erfordiæ. . . . 256. 257
Experiundæ amicitiæ causa recommendat Ortvino adulescentem sibi cognatum artium studio 'in via antiquorum', Erfordiæ neglecta, navaturum, et quamvis ipse Albertista, tamen puerum sodalem Thomisticæ bursæ fieri non vetat, cum præsertim utriusque viæ non ita magna diversitas sit, sed omni modo Antiquum fieri vult, et in bursa victum habere ac disciplina severius regi. Bursales disputationes frequentet, sed Cæsarii aliorumque poetarum lectiones ne visitet. De Buschio Colonia expulso gratus fuit scriptori nuntius. Erfordiæ duo poetæ, Eobanus Hessus et Petreius Aperbacchus, inimici scriptoris, contra hunc defendunt Reuchlinum, ipse vero eos Pepericorni Defensionis obtentu refutat.

46. Cunradus Unckebunck Ortvino Gratio. Romæ. . . . . 257...259
Ortvinum, cum neque salutes dicat scriptori, neque huius litteris respondeat, neque exaudiat salutes sibi missas, et os et oculos et aures habere, sed neque loqui, neque videre, neque audire, et tamen scriptor blande litteras ut pote sibi gratissimas illum dare petit. Lectiones Ortvini parum frequentari, Buschium autem et Cæsarium auditores ad se adlicere ægre audivit: fore enim ut novi poetæ omnes destruant universitates. o quantum mutantur tempora ab illis quæ quondam, ut 'ab uno antiquo magistro Lipsensi audivit', universitatium florentissima fuerunt, cum scholastici libri usu recepti pro canonicis haberentur, cum magistri summa observatione colerentur, cum quaternis per singulos annos promotionibus magna studiosorum copia expensarum factarum fructus perciperet. contra nunc audiunt Vergilium et Plinium et

Digitized by Google

Pag.

alios novos auctores, nec post quinque studiorum annos promoventur; itaque parentes inutiles studiorum expensas denegant, studiosorumque numerus ubique misere decrescit. Ergo poetarum, qui pauci sunt, interitus a deo exorandus est, ne tot universitates pereant.

47. Benedictus de Scocia Ortvino Gratio. Sundis [?Suollis.] . 259...261
Respondet cur prædicatores grossiori voce quam ceteri religiosi cantent; tum utrum s. Thomas an s. Dominicus sanctior sit disputat. deinde ad quæstionem de Pepericorni in fide Christiana constantia narratione de decano Coloniensi quomodo is exemplis de cane cum lepore et de catto cum mure sumptis naturam expelli non posse demonstravit, et de alio qui lapidem bullienti aqua liquefaciendum iusserat, Iudæum numquam fide sua abiecta vere Christianum fieri ostendit. denique propria nomina plurali numero et carere et non carere exponit.

48. Iohannes Kalp Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . . . 261. 262
Nova semper captanti Ortvino scriptor suis ipse negotiis satis occupatus, ne in posterum iterum iterumque ille sciscitaretur, de mirabili animali, Elephas dicto, rescribit, quod papa in magno honore habuit, sed quod infirmum factum medici nec pretiosissimis medicamentis catharticis servare potuerunt, sed mortuum est, 'et papa multum dolet super Elephas'. Tum de pace inter Galliæ Hispaniæque reges inita, dubia quidem, sed de qua non curat scriptor, quippe qui in patriam reversurus rusticum sacerdotium sibi exoptat, cuius lepidam imaginem quasi bucolicon sive idyllium adumbrat.

49. Philippus Sartoris de Erfordia Ortvino Gratio. ex Roma. 263
De Erasmo Roterodamo, eius ad papam epistula Reuchlinum commendante et Novo testamento, hæreseos a magistro s. palatii accusando, et de Moria, quam Parisienses comburere volunt. Hochstrati causa ridet, quamvis Ioannes Wick et Martinus Gröning multum adversentur, quorum illum minis, hunc largitionibus a partibus Reuchlini fore ut abstrahat Hochstratus spem suam scriptor declarat.

50. Adolfus Clingesor Ortvino Gratio. · Franckfordiæ apud Oderam. 264...266
Contra Lichtenbergeri Pepericorniana Defensione repetitam vaticinationem, quam scriptor cuidam adversario Berolinati ostenderat, is aliam ex Sophonia pro Reuchlino facientem profert, quæ theologorum stultitiam ac ruditatem, vere doctorum virorum, ut Erasmi, Reuchlini, Mutiani, aliorum, de ecclesia bene merita comprobet. tum ipsum Lichtenbergerum contra theologos Colonienses facere ostendit. Itaque Colonienses ut contra istum male Christianum pugnent stimulat bonus prædicator.

51. Iohannes Helferich, Latine Iuppiter, Ortvino. Romanæ Curiæ. 267. 268
Iovis nomen sibi a Sibuto inditum esse, de quo eiusque octogenaria fere uxore refertur. Tum de pessima huius sæculi condicione increbrescentique hæreticorum multitudine, inter quos Reuchlinus, Erasmus, Bilibaldus nescio quis, Iluttenus, Buschius, Wim-

Digitized by Google

Pag.

phelingus, Brantus nominatim recensentur. et a religioso quodam se accepisse scriptor refert Antichristum iam natum, sed adhuc parvum esse, itemque Carthusiano cuidam mundi interitum cælesti voce revelatum esse; Bononiæ etiam quendam civem spiritum habere, qui vocatur Rilla et miraculosas res vaticinatus est.

52. Henrichus Schluntz Ortvino Gratio. in Nurmberga. . . 268. 269
Mittit 'Rationale divinorum', quo remuneretur ab Ortvino sibi missam Pepericorni Defensionem, non quasi non magnam librorum copiam Ortvinus haberet; immo memoria repetit hunc olim Coloniæ flabello pulveres a libris variis decutientem dixisse id docti esse, 'quia qui honorat libros, honorat etiam scientias'.

53. Iohannes Schluntzick Ortvino Gratio. Romanæ Curiæ. . 269...271
A neglegentiæ in epistolico commercio commissæ crimine scriptor sese excusat: quam diligentissime enim scripserat Ortvino, et præcipue quomodo inter Florentiam Romamque Hochstrato misere pedibus incedenti obviam factus cumque eo collocutus esset. tum refert de periculo causæ fidei ab Ioanne Wick imminente, qui Questenbergio Reuchlini amico auctore huius causam defendendam suscepit, quod alii omnes præ metu Hochstraticæ persecutionis recusaverant. nunc vix unum ex decem favere theologis et nuper 18 vota pro Reuchlino, 7 tantum pro theologis dicta esse. Itaque vitæ illius Wick insidias struendas suadet scriptor.

54. Wilhelmus Bricot Ortvino Gratio. Wormaciæ. 271. 272
Cum nova semper sibi scribi petat Ortvinus, Bricotus Roma nuntiatam esse refert Matthæi Fincki mortem, cui ipse epitaphium composuit. Quod Parisienses oculare speculum 'citra tamen auctoris ipsius notam' ad ignem condemnaverunt, quomodo fieri potuerit, cum auctoris maior quam operis culpa sit, explicari rogat. item quod Lovanienses condemnationem illam 'multum spiritualis iucunditatis sibi attulisse' scripserunt, inprudenter factum esse vituperat. Pepericorno Reuchlinus et filii eius i. e. Philocapniones iniuriam fecerunt, contra quam ille vere se defendit, quamvis idem a puerili ætate in nequitiis et criminibus sese exercitatum ipse fassus sit. nunc enim regeneratus manebit Christiānus usque ad finem sæculi. Præterea irascitur eis scriptor qui Ortvinum presbyteri filium esse dicant, cum tamen litteras legitimationis habeat, eumque ad diligentiam causæ fidei adhibendam exhortatur.

55. Sylvester Gricius Ortvino Gratio. Maguntiæ. . . . . 272...274
Iuratus facultatis suæ defensor quinam Moguntiæ theologorum, contra quinam Reuchlini fautores sint denuntiat ac breviter describit. Inter hos præcipue sunt commensales in hospitio coronæ, Philippus Keilbach, Ulrichus de Hutten, qui est valde bestialis prædicatorum inimicus multosque in curia episcopi amicos habet, nunc autem 'abivit ad fiendum doctor et in uno anno non fuit hic'; tum fratres de Bock, qui talis in indulgentias, quas Hochstratus in iudicio Moguntiæ contra speculum oculare habito dederat, in conspectu theologorum cum aliis luserunt; deinde Hut-

Digitized by Google

Pag.

tichius, Weydmannus, Eucharius, Carbachius, Brumannus, alii. Contra theologis favent Adularius Schwan, Henricus Han, Matthias de Falckenberg, Wigandus de Solms, qui omnes singulis hebdomadibus apud Decimatorem, theologicæ partis caput, convenientes iudicii contra Reuchlinum exercendi imaginem agunt.

56. Gilbertus Porretonius Ortvino Gratio. Ingelstadt. . . . 274. 275
Theologus nunc etiam in iure studens suæque eruditionis valde securus quid significent Latus clavus, Epistographum, Abaces, Corinthia vasa, Balnea, Prothyrum, Obsonatores, Hypocaustum, Gallus gallinaceus, Diæta, Chorus, Centumviri, Patricii, Ortvino quærenti rescribit.

57. Galienus Padebornensis Ortvino Gratio. Bremen. . . . 275. 276
Terrore percussus a Coloniensibus prædicatores, si causa fidei caderent, novam fidem prædicare contraque papam et ecclesiam rebellare constituisse accepit; sperat autem has non nisi minas esse, ad patientiam exhortans, ne in omnium Christianorum inimicitiam incidant theologi.

58. Irus Perlirus Ortvino Gratio. Liptzick. 276. 277
Ortvini contra Reuchlinum scripta Lipsiæ ab antiquis quidem laudantur, sed a iunioribus vituperantur, qui, cum illi quoque Speculum oculare condemnaturi essent, Reuchlini innocentiam defenderunt. Undique Lipsiam confluunt poetæ, universitati exitiales futuri, et nuper Græce docentes Mosellanus et Crocus. ita magistri olim florentes desolantur, studiosorum mores corrumpuntur, gradus academici contemnuntur, ita ut dispensationes, quarum tres causæ exponuntur, iniqua necessitas magistros premat. quorum malorum exemplum exhibet altercatio scriptoris cum discipulo in Italiam, ubi Germanorum baccalaureatus magisteriaque flocci fiunt, abire minanti.

59. Iohannes Cocleariligneus Ortvino Gratio. Franckfordiæ. . 278. 279
Ad nundinas venientes mercatores scriptor, ut ei iniunxerat Ortvinus, de poetarum iuristarumque pro Reuchlino contra theologos coniuratione scrutatus accepit Murnerum illius quasi caput, socios esse Buschium et Comitem de Neuenar cum multis amicis et nobilibus. item sunt ex illis 'Bilibaldus nescio quis', minas terribiles iacens, Eobanus Hessus et Aperbacchus, Crocus, Vadianus, Caspar Ursinus, Melanchthon, Wimphelingus, Beatus Rhenanus et Gerbellius, qui litteras scribunt ad Huttenum Bononiæ studentem. 'Erasmus autem est homo pro se', sed nunquam erit amicus theologorum, sed Reuchlinum etiam scribens ad papam defendit. Alii Euricium quoque Cordum, et Cuspinianum ac Peutingerum inter Coloniensium inimicos recensent, quorum tamen pessimus Mutianus esse dicitur.

60. Wernherus Stompff Ortvino Gratio. Liptzick. 279. 280
Timore ut olim baccalaureandus reiectionem timens trepidavit accepta Ortvini de tristi fidei causæ statu accepta; nam periculum est ne isti iuristæ et poetæ totam facultatem artistarum et theologorum

Digitized by Google

Pag.

destruant: ita Lipsiæ quoque superbe se iactant, ut quidam diceret baccalaureum iuris honoris gradu superiorem esse magistro artium, cui tamen scriptor contradixit. nunc autem ne Ortvinus de causa fidei desperet suadet, eum valere iubens 'tam diu donec Pfefferkorn manet Christianus'.

61. Petrus Charitatis Ortvino. (ad Harzonem, Halberstadii.) . 280...282
De duabus zechis et de disputatione scriptoris cum Petro monacho, unde Gratii nomen veniat, utrum a gratia an a Gracchis; quod utrumque quidam mire Latine interloquens negat, ab avunculo Gratio Halberstatensi carnifice nomen deducens. cui fortiter resistit Petrus; ille tamen in eo persistit, nec spurium Ortvinum dispensatione legitimum, nec ludæum Pepericornum baptismate Christianum factos esse. itaque huius nebulonis argumenta ut refutare Ortvinus doceat Petrus rogat.

62. Magister Gratius Magistro Ortvino. ex Halberstat. . . . 282...284
Carnifex Halberstadiensis frater matris Ortvini, quæ spurios semper habere meliorem fortunam comperiens sponte sacerdoti se submiserat, sibi gratatur de tam celebri nepote, scriptis pro fide contra Reuchlinum poetasque famosissimo, amicitiaque aliorum Reuchlini adversariorum, in primis Hochstrati Arnoldique Tungrensis, nec non Pepericorni claro: vere lux mundi splendidior Bernensi coruscaret si hii quattuorviri uno rogo comburerentur. Item gaudet avunculus quod Ortvinus nuper vetulæ cuidam vim inlaturus fuit, quippe quod etiam ad suum artificium pertineat et 'vos theologos' deceat; illum autem Coloniensem poetam, qui Porquini nomine Ortvinum conviciatus est, patibulo affigere desiderat. Generis claritudinis memorem nepotem famam per omnem terrarum orbem diffundere avunculus hortatur.

ALTERIVS EXEMPLARIS ACCESSIO.

Stephanus Calvastrius Ortvino Gratio. [Est prioris voluminis epist. 19.] (29)

63. [1.] Ioannes de Schwinfordia Ortvino Gratio. Snerßheim. . 284...288
Respondet Ortvino de victoria a Reuchlino relata silentioque ei inposito nuntianti, se non intellegere quomodo Reuchlinus a theologis et Pepericorno victus dici possit, cum iam præter quattuor solitas facultates novam quamdam condiderint in perniciem artisticæ, corruptionem studiosorum, damnum magistrorum. Tum fusius de causa inter Wimphelingum, quem contra Trithemium religiosis ordinibus debitam auctoritatem et prærogativa libello de integritate detraxisse opinabantur, et Paulum Langium agitata disseritur; quattuor cucullatorum species distinguuntur, Wimphelingi discipuli enumerantur, s. Hieronymum, ipsum monachum, contra monachos fuisse negatur, tres monachorum species lepide definiuntur. De Langii libro Christum apostolosque cœnobitas fuisse probante Schwinfordiensis valde rustice quomodo cum Wimphelingiano quodam disputasset, verba facit. Murnerum item de Christo monacho prædicationem habuisse, sed Wimphelingianum quendam contra Christi monachatum versus, qui repetuntur, fe-

Digitized by Google

Pag.

cisse; at qui credere nolit, hæreticum esse. Adiciuntur ipsius scriptoris versus Langiano libro præponendi.

64. [2.] Volwinius de Monteflascon Ortvino Gratiano. ex Spira. 288...290
Cum Ortvino sæcularem latinitatem se nescire ac spernere professus docet Græcam litteraturam nihil nisi mendacium hæresimque esse. Tum de colloquio inter commensales diversissimarum regionum de Reuchlini causa nuper habito refert, unum Ortvino multa metuenda minatum esse, alterum theologos Colonienses ipsos hæreseos accusandos esse dixisse, quod iulicite beneficia cumulantes pessimis moribus viverent; in eos iure, ut olim Maguntiæ in Wesaliensem factum est, inquiri deberet. Hanc communem pro Reuchlino opinionem esse questus scriptor versibus Ortvino suo sese commendat.

65. [3.] Ortvino Gratiano Bartholus Kutz. ex Ruprechtsow. . 291. 292
Magicis diabolicisque artibus condiscendis in primis necessaria in Ortvino multa bene concurrere, quod interdum infirmus ac insanus, quodque spurius et, de quo tamen dubitat scriptor, quod monachus esset: nam monachos præcipua diaboli instrumenta esse, ut Pauli Langii exemplo demonstrat, quem Ortvini similem esse iudicat. Huic itaque nigromanticum præceptum ita ut nisi quis illegitimus sit, legere nequeat, id est sine atramento scribit, enixe rogans ne cum aliis communicet.

66. [4.] Abraam Isaac de stirpe Aminadab Ortvino Gratio. Romæ in refectorio Capitolii. . . . . 292...294
Colonia relicta diebus canicularibus Romam petens misere siti laboravit. Romæ primum per 8 menses cuiusdam cardinalis famulus operas pro quodam beneficio curato locaverat, quod litteris sollemnibus concessum munus cum adire vellet, sese deceptum vidit vivente adhuc parocho cui successurus erat. Itaque iratus quidem recessit sed non nimium tristatus, nam parvi reditus fuit illud munus, scriptor autem bene fructuosum sibi maluit; Romam autem redire bellici tumultus prohibebant, itaque in valle ad Wimpinam aliquamdiu moratus est ibique ludum Trentuno et artificia venerea multa didicit, quæ Ortvino quoque apud Pepericorni uxorem valde utilia forent. Et cum forte in symposio de Reuchlini causa colloquerentur, ac scriptor eum propter paupertatem succubiturum esse prædicatoribus, caseis maiora quam alii homines possent pecunia pollentibus, significaret, unus ex consessoribus spurcis verbis sororem suam nuper a quodam monacho vi attemptatam esse exponit, quod aliis de nequitiis, luxuria, salacitate monachorum plura proferendi ansam dedit.

67. [5.] Nollerius Stech de Calabria Ortvino. ? . . . . 294...296
Ex peregrinatione Sinaitica reversus uni amico superstiti Ortvino totam miseriam suam monasticam patefacit luxuriose vivendi cupidus Frater: propter Hochstraticas largitiones monasteriorum priores parcius vina diurna dimetiri; amorum bona mendicanti sibi a feminis denegari. invidet igitur aliis ordinibus, spiritus sancti præcipue, lautius viventibus, malitque Hochstratum in id

Digitized by Google

Pag.

intendere ut commodiores ordinis regulæ edicerentur, quam causam. de qua desperandum videtur scriptori, agere. De magistro Amphoraticio eiusque prædicatione a. 1516. habita non nulla adiciuntur.

68. [6.] Ioannes Textoris Petro Schwinkoncio. ex Argentina. . 296...298
De Erasmo Rot. optime sese iudicare posse affirmat scriptor, quippe qui 'antiquos poetas' ex ungue noverit ipseque Floristam composuerit ac Reuchlini speculum Cabalamque examinaverit: nihili autem Erasmum, monachorum inimicum, se facere; bene quidem Latine scire eum, multosque libros, inter quos Navem stultiferam commentariumque super Hieronymum, edidisse, de hoc autem ab Hochstrato aliisque magistris nostris quæstionem institui, ut Erasmum hæreseos accusarent omnesque eius libros condemnarent. Quasi facetias nova non nulla ad infamiam monasteriorum clericorumque Argentoratensium et Murneri pertinentia perscribuntur.

69. [7.] Marcolphus Sculteti Ioanni Bimperlenbumpun. ex Schletstat. 298. 299
Aegre Reuchlinum sibi apud suos magnam gloriam de arte cabalistica libro peperisse accepit scriptor, ipse quid sit Gabala, vocabulum in vocabulariis non explicatum, nesciens. ipsum librum magistri nostri iudicio suo subactum errorum plenum, cum eum non intellegerent, comburere decreverunt. continet etiam ille liber multa dicta Pythagoræ, nigromantici, item hebræos græcosque locos multos, quos quia ipsi magistri non curant hæc vana, sed maiora, Pepericorno diiudicandos permiserunt. Proximis nundinis Francofurtensibus cum Ortvino, cui novos libros examinandos coemere mandatum est, plura coram conferemus. Argentoratensis prædicator doctor Iesus dictus monasterio se subtraxit, unde iam male audit carminibusque in publicum sparsis, quale unum adiectum est, sugillatur.

70. [8.] Maleolus in Paradiso Magistro Ortvino. ex Heydelberga apud claudicantem Lipsium. 299. 300
Inauditis calumniis vexationibusque ab Ortvino aliisque Coloniensibus Reuchlinum adfligi audiens primum unde tam subtilis malitiæ artes callerent miratus est scriptor, donec de malo Iudæo Pepericorno cogitaret. omnia itaque mala malis inprecatur, sed addito consilio de recuperando per simulatas cærimonias pias exemplo huius epistolæ, siquod furtim factum in publicum prodiisset.
Epigramma quo Bernæ typis exscriptum esse hoc opus indicatur.

EX OBSCVRORVM VIRORVM SALIBVS CRIBRATVS DIALOGVS,
NON MINVS ERVDITIONIS QVAM MACARONICES AMPLECTENS . IN QVO INTRODVCVNTVR COLONIENSES THEOLOGI TRES, ORTVINVS, GINGOLPHVS, LVPOLDVS, TRES ITEM CELEBRES VIRI, IOANNES REVCHLIN, DES. ERASMVS, IACOBVS FABER, DE REBVS A SE RECENTER FACTIS DISCEPTANTES. . . . . 301...316

Digitized by Google

Pag.

COMMENTVM SEV LECTVRA MAGISTRI NOSTRI SCHLVNTZ IN VNIVERSITATE ERDFVRDENSI. 317. 318

[PROCESSVS] CONTRA SENTIMENTVM PARRHISIENSE. („Nos præsidens Scubulorum" etc.) . . . . . 318...822

[ORTVINI GRATII] LAMENTATIONES OBSCVRORVM VIRORVM. . . 323

Inscriptiones priorum exemplorum. 325. 326

Hermanni Nuenarii comitis epistula cum hendecasyllabis (pro præfatione). . . . . 326...329

Ortvinus Gratius lectori. Editoris adnotatio de duabus ab ipso Ortvino factis editionibus. 330

Apollo Delphicus Doctori Gryllo. 331

LAMENTATIONES OBSCVRORVM VIRORVM [VETERES].

1. *Simon Lutzbubularius Ioanni Peltzflickerio.* 332. 333
2. *Ioannes Peltzflickerius Simoni Lutzbubulario.* 333
3. *Ioannes Pellifex Bernhardo Plumilegio.* 333. 334
4. *Bernhardus Plumilegius Ioanni Pellifici.* 334
5. *Ioannes Pellifex Bernhardo Plumilegio.* 335
6. *Bernhardus Plumilegius Ioanni Pellifici cum Leonis PP. X. brevi dat. Rom. d. 15. Mart. a. 1517.* . . . . 335...337
7. *Ioannes Strausfederius Nicolao Caprimulgio.* 337. 338
8. *Nicolaus Caprimulgius Ioanni Straußfederio.* 338
9. *Petrus Haphenmusius Francisco Genselino Schelmoni.* . 338. 339
10. *Franciscus Genselinus Schelmo Haphenmusio Philocapnioni cum Erasmi ad Cæsarium epistola.* 339. 340
11. *Ioannes Arnoldinus Liricen Pultrono Fenestrificis totique Obscurorum cohorti.* 340. 341
12. *Pultronus Cultrifex Ioanni Arnoldino.* 341. 342
13. *Conradus de Zuiccavia Doctori Grillo.* 342
14. *Doctor Grillus Conrado Zuiccaviensi.* 243. 244
15. *Ioannes Pellifex suo Capnioni Thalmudistæ.* 344
16. *Capnion Phorcensis Ioanni Peltzflickerio.* 345
17. *Hiltbrandus Mammaceus Conrado Zuiccaviensi.* 345
18. *M. Conradus de Zuiccavia Hiltbrando Mammacio.* . . 346
19. *Guilhelmus Capniolambius Matthæo Mellilambio.* . . . 346
20. *Matthæus Mellilambius Guilhelmo Capniolambio.* . . . 346. 347
21. *Petrus Negelinus Stephano Calvastrio.* 347
22. *Stephanus Calvastrius Metrifex Petro Negelino.* . . . 347
23. *Schelmo Schelmonis Genselino Genseliano et Marcolphi ex sorore nepoti.* 347. 348
24. *Genselinus Schelmoni suo.* 348
25. *Pultronus Sycophanta Murcidæ Liripipiano.* 348
26. *Liripipianus Pultrono suo.* 349

Digitized by Google

Pag.

27. *Petrus Olfontianus Nicolao Haversack.* 349
28. *Nicolaus Haversack Petro Olfontiano.* 350
29. *Olfontianus Haversackio.* 350
30. *Ioannes Crabacius Guilhelmo Zuickano Dialogum Mercurii et Ollilambii mittit.* . . . . . 351...355
31. *Stephanus Calvastrius Ioanni Lucibulario.* 355
32. *Ioannes Lucibularius Stephano Calvastrio.* 356
33. *Pultronus Murcida Titivillo Cornicularío.* 356
34. *Titivillus Pultrono.* 356. 357
35. *Gerhardus Schirruglius Ioanni Wickelphio.* 357
36. *Wickelphius suo Schirruglio cum Brevi Sixti PP. IV. dat. Rom. d. 18. Mart. a. 1479.* 357. 358
37. *Daubengigelius suo Simpriano.* 358. 359
38. *Simprianus Daubengigelio suo.* 359
39. *Antonius Rubenstadius Stalberio Horlepompiano.* . . . 359. 360
40. *Stalberius Rubenstadio.* 360
41. *Doctor Grillus Stalberio Rubenstadio.* 360. 361
42. *Mammotrectus Buntemantellus Eyntelrabiano Philopompo.* 361
43. *Eyntelrabianus Buntemantello.* 361. 362
44. *Trullus Pomivendulus Flacco Murilegiano.* 362
(45.) *Zacharias Lucensis omnibus obscuris.* 362. 363

LAMENTATIONES NOVÆ OBSCVRORVM REVCHLINISTARVM.

1. *Simon Lutzbubularius Gogo ac Magogo.* 364
2. *Gog et Magog Obscuris Reuchlinistis.* 364. 365
3. *Doctor Grytz omnesque Obscuri Reuchlinistæ Gogo et Magogo.* 365
4. *Gog et Magog Doctori Grytz omnibusque Obscuris.* . . 366
5. *Nicolaus Loripes Coridoni Lusco.* 366. 367
6. *Coridon Luscus Nicolao Loripedi.* 367. 368
7. *Nicolaus Calumniator Lucio Catilinæ iuniori.* 368
8. *Lucius Catilina Iunior Nicolao Calumniatori.* 368. 369
9. *Pluto Phlegethonteus Sinoni Ululario.* 369
10. *Sinon Ululárius Plutoni Stygio.* 370
11. *Henricus Haversack Ioanni Smoerpot.* 370. 371
12. *Ioannes Smoerpot Daventriensis Henrico Haversack.* . . 371
13. *Simon Drullensis Matthiæ Rupho.* 371
14. *Mathias Ruphus Simoni Drullensi.* 372
15. *Castrimannus Echtnobiensis Doctori Grytz.* 372
16. *Doctor Grytz Castrimanno Echtnobiensi.* 373. 374
17. *Ioannes Grap Arnulpho Codriano.* 374. 375
18. *Codrianus Ioanni Grap.* 375

Digitized by Google

Pag.

19. *Adrianus Sinkensis Simeoni Lulliano.* . . . . . 375...378
20. *Simeon Lullianus Adriano Sinkensi.* 378
21. *Pigmalion insanus Henrico Iuniori.* 378. 379
22. *Henricus iunior Pigmalioni suo.* 379
23. *Ioachim Carbunculanus Ioanni Buffelino.* 379. 380
24. *Ioannes Buffelinus Ioachimo suo.* 380. 381
25. *Antipho Castronius Ioanni Corvino cum epistola Peperi-corni ad Leonem PP. X.* . . . . . 381...383
26. *Ioannes Corvinus Antiphoni suo.* 384
27. *Ioannes Iambicus Bartholomæo Sapphico.* 384
28. *Bartholomæus Sapphicus Iambico suo.* 385
29. *Machaon Gurgulio Philippo Ligurario.* 385
30. *Ligurarius suo Gurgulioni.* 385. 386
31. *Andreas Castrimergius Oswaldo Flockano.* 386
32. *Flockanus suo Castrimergio.* 386
33. *Loerkantius Scharpeneck Mententulo Cosso.* 387
34. *Mententulus Loerkantio suo.* 387
35. *Malachias Lyricus Cæsario Vederwiß.* 387. 388
36. *Cæsarius Malachiæ suo.* 388. 389
37. *Coridon Pedicularius Malachiæ Lyrico et Cæsario Vederwiß.* 389. 390
38. *Georgius Subbunculator Agrippæ Stygiano.* 390
39. *Agrippa Stygianus Subbunculatori suo.* 391
40. *Nuntiantur Obscuris nova. Sclabbertus Kuckuick toti Obscurorum cohorti.* 391. 392

Ioannis Murmellii elegia in laudem Arnoldi Tungerensis. . 392
Querimonia fidei ad obscuros Reuchlinistas. 392

(41.) *Ortvini Gratii epistola protreptica.* 393. 394
Ortvini Gratii epistola apologetica. . . . . . 296...409
Sapphicum Ortvini Gratii contra Obscuros. 409. 410
Eiusdem epiodium ad Gherardi Zutphaniensis sepulchrum dependens. 410. 411
Eiusdem in perfidos Iudæos epigramma. 411. 412
Aliud in Iudæos ad dei laudem. 412
Ortvini Gratii carmen sepulchrale elegiacum in memoriam Ioannis Wanger. 412. 413
Ortvinus ad lectorem. Errores Obscurorum Virorum. . . . 414...416
Ortwini Gratii d. Ioanni Inghewinkel epistola dat. Colon. d. 1. Oct. a. 1518. . . . . . 416...418
Iacobi Hochstrati dedicatio Apologiæ ad papam et imperatorem. . 419...427
Reuchlini ad Hermannum com. de Nuenar ep. dat. Stutg. d. 21. Mart. 1518. 427...429

Digitized by Google

Pag.

Ex Hochstrati Apologia secunda. . . . . . 429...438

Franz von Sickingen Eroberung vnd verkundung. . . . . 438...446

Quattuor Reuchlini ad Pirckheimerum epistolæ datæ a. 1520. . . 440...443

Martini Buceri ad Beatum Rhenanum epistola (inedita) dat. Spiris d. 15. Mart. a. 1520. . . . . 443...446

Prædicatorum synodi Francof. ad Leonem PP. X. supplicatio dat. d. 10. Mai. a. 1520. . . . . . 446. 447

Reuchlini ad Pirckh. epist. dat. Anglopoli d. 31. Mai. a. 1520. . . 448

De Pepericorni novissimo libello Ein mitleydliche clag. d. 21. Mart. a. 1521. 449

ORATIO FVNEBRIS IN LAVDEM IOANNIS CERDONIS SIVE VADEMECVM CVM TARDESVRGERII ET DORMISECVRE EPISTOLIS. cum præmonito editoris. . . . . 451...460

HOCHSTRATVS OVANS DIALOGVS FESTIVISSIMVS. cum editoris præfatione. . . . . 461...488

TRACTATVLVS QVIDAM SOLENNIS DE ARTE ET MODO INQVIRENDI QVOSCVNQVE HÆRETICOS. cum editoris præfatione. . 489...499

Duo de monachis carmina, ex Querela fidei. 500

PASQVILLVS MARRANVS EXVL. . . . . 501...510

Tractatus metricus de Wimariensi disputatione, in Augustinum Alveldium. . . . . 510...514

EPISTOLARVM OBSCVRORVM VIRORVM VOLVMEN TERTIVM.

Præfatio editoris. 516

1. Vullupius Timanoetus Marceno Anoretino. 517
2. Marcenus Aneretimus Vullupio Timanereto. 518. 519
3. Ioannes Cochlearius ad Casparum Stomabus. . . . . 519...521
4. Lambonius Forestus Citrino Schnabelio. elegia. . . . . 521...523
5. Arnoldus Schurkam Bartholomæo Lecker. 523. 524
6. Comestor Pugnantius Cornelio Moroso. . . . . 524...526
7. Cornelius Morosus Comestori Pugnantio. 526. 527
8. Antus Cantus Hornantius Inflanto Baccio. 527. 528
9. Ioannes Kanocknyx Bartvico Animalio. 528. 529
10. 'Tympana horrendum per plateas Parnassi resonabant. . . . 529. 530
11. Petrus Zepfelius [Alexio de Menitz]. 530. 531
12. Petrus Zepffel iuveno Alexius de Menitz. 531. 532
13. Balthasar Schlaug Ortvino Gratio. 533
14. M. Zepfelius ad quendam Priorem. 534

EMENDANDA, ... 535. 536

quorum quintus versus sic scribendus erat:
Pag. 61. *vers.* 23. cecidi in terram (*pro* cedidi in teram)

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLAE OBSCVRORVM VIRORVM

AD VENERABILEM VIRVM

MAGISTRVM ORTVINVM GRATIVM DAVENTRIENSEM

COLONIÆ AGRIPPINÆ BONAS LITTERAS DOCENTEM

VARIIS ET LOCIS ET TEMPORIBVS MISSÆ

AC DEMVM IN VOLVMEN COACTÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

1.

Thomas Langschneyderius
baccalaurius theologię formatus
quamvis indignus
salutem dicit
superexcellenti necnon scientificissimo viro
domino Ortvino Gratio Daventriensi
poetę, oratori, et philosopho, necnon theologo, et plus si vellet.

Quoniam (ut dicit Aristoteles) dubitare de singulis non est inutile, et quia legitur in Ecclesiaste: 'proposui in animo meo quęrere et investigare de omnibus quę sunt sub sole': igitur ego proposui mihi movere unam quęstionem in qua dubium habeo ad dominationem vestram. Sed prius protestor per deum sanctum, quod non volo tentare dominationem seu venerabilitatem vestram: sed ego cupio cordialiter et affectuose quod instruatis me super dubium illud. Quia scriptum est in evangelio: 'noli tentare dominum deum tuum', quia, ut dicit Salomon: 'a deo est omnis sapientia'; sed vos dedistis mihi omnem scientiam quam ego habeo, et omnis scientia bona est origo sapientię: ergo vos estis mihi quodammodo deus, quia dedistis mihi initium sapientię, loquendo poetice. Est autem illa quęstio sic introducta: Dudum fuit hic prandium Aristotelis, et doctores, licenciati, necnon magistri fuerunt in magna lętitia, et ego fui etiam ibi; et bibimus pro primo ferculo tres haustus de malvatico, et pro prima vice imposuimus semellas recentes, et fecimus offam, et deinde habuimus sex fercula de carnibus, et gallinis, et caponibus, et unum de piscibus; et procedendo de uno ferculo in aliud, semper bibimus vinum Kotzborgense, Rhenense, et cerevisiam Embeccensem, necnon Thurgensem et Neuburgensem; et magistri fuerunt bene contenti, et dixerunt quod domini magistri novelli bene expediverunt se, et cum magno honore. Tunc magistri hilarificati inceperunt loqui artificialiter de magnis quęstionibus: Et unus quęsivit, utrum dicendum 'magister nostrandus' vel 'noster magistrandus', pro persona apta nata ad fiendum doctor in theologia, sicut pronunc est in Colonia mellifluus pater frater Theodericus de Ganda, ordinis

---

5 Sal. d. *1...3.* 10 Eccl'ſs. *1...3.* 26 cereuiſeã *3.* 27 domini] d. *1...3.* 29 . Et *1...3.* 32 Theodoric9 *3.*

Digitized by Google

Carmelitarum venerandissimus legatus almę universitatis Coloniensis, providissimus artista, philosophus, argumentator, et theologus supereminens. Et statim respondit magister Warmsemmel lausmannus meus, qui est Scotista subtilissimus, et magister XVIII annorum, et fuit tempore suo pro gradu magisterii bis reiicitus, et ter impeditus, et tamen stetit ulterius quoad fuit promotus pro honore universitatis, et intelligit bene facta sua, et habet multos discipulos, parvos et magnos, senes cum iunioribus, et cum magna maturitate dixit, et tenuit quod dicendum est 'nostermagistrandus', quod sit una dictio: quia 'magistrare' significat 'magistrum facere', et 'baccalauriare' 'baccalaurium facere', et 'doctorare' 'doctorem facere.' et hinc veniunt isti termini 'magistrandus, baccalauriandus, et doctorandus'. Sed quia doctores in sacra theologia non dicuntur doctores, sed propter humilitatem et etiam sanctitatem, et propter differentiam nominantur seu appellantur magistri nostri, quia stant in fide catholica in loco domini nostri Iesu Christi qui est fons vitę; sed Christus fuit nostrorum omnium magister: ergo ipsi appellantur magistri nostri, quia habent nos instruere in via veritatis, et deus est veritas, quapropter merito vocantur magistri nostri, quia omnes nos scilicet Christiani debemus et tenemur audire prędicationem eorum, et nullus debet dicere contra eos, ex quo sunt omnium nostrum magistri. Sed 'nostro -tras -trare' non est in usu, et neque legitur in vocabulario Exquo, neque in Catholicon, neque in Breviloquo, neque in Gemmagemmarum, qui tamen habet multos terminos: Ergo debemus dicere 'noster magistrandus', et non 'magister nostrandus'. Tunc magister Andreas Delitzsch, qui est multum subtilis et pro parte est poeta, et pro parte est artista, medicus et iurista, et iam legit ordinarie Ovidium in metamorphosi, et exponit omnes fabulas allegorice et litteraliter, et ego fui auditor eius, quia exponit multum fundamentaliter, et etiam legit in domo sua Quintilianum et Iuvencum, et ipse tenuit oppositum magistro Warmsemmel, et dixit quod debemus dicere 'magisternostrandus'. Quia sicut est differentia inter 'magister noster', et 'noster magister', ita etiam est differentia inter 'magister nostrandus', et 'noster magistrandus': Quia 'magisternoster' dicitur doctor in theologia, et est una dictio, sed 'noster magister' sunt duę dictiones, et sumitur pro unoquoque magistro in quacunque scientia liberali, seu mechanica manuali, seu capitali. Et non obstat quod 'nostro -tras -trare' non est in usu, qui possumus fingere nova vocabula, et ipse allegavit super hoc Horatium: tunc magistri multum admiraverunt eius subtilitatem, et unus portavit ei unum cantharum cerevisię Neubergensis, et ipse dixit: 'ego volo expectare, sed

---

[2] ſupemines *3.* [8] noſter magiſtrādꝰ *2.* [26] metam̃ *1...3.* [29] warmsemel *1.2.* [29.30] mgr̃ noſtrādus *2.* [32] mgr̃ nr̃ *1.* mgr̃ noſter *2.* magr̃ nr̃ *3.* [35] quiꝫ *1.2.* ꝙ *3.* (*non* quia) [38] Neuburgenſis *3.*

Digitized by Google

parcatis mihi', et tetigit birretum, et risit hilariter, et portavit magistro Warmsemel, et dixit: 'Ecce domine magister, ne putetis quod sum inimicus vester', et bibit in uno anhelitu; et magister Warmsemel respondit ei fortiter pro honore Slesitarum. Et magistri omnes fuerunt lęti, et postea fuit pulsatum ad vesperas. Quapropter rogo excellentiam vestram quod velitis mihi exponere mentem vestram, quia vos estis multum profundus: et ego dixi protunc, 'magister Ortvinus debet mihi bene scribere veritatem, quia fuit pręceptor meus in Daventria, quando fui tertiarius'. Etiam debetis me certificare quomodo stat in guerra inter vos et doctorem Ioannem Reuchlin. Quia intellexi quod iste ribaldus (quamvis sit doctor et iurista) nondum vult revocare verba sua. Et mittatis etiam adhuc semel mihi librum magistri nostri Arnoldi de Thungaris, quem articulatim composuit, quia est multum subtilis, et tractat de multis profunditatibus in theologia. Valete, et non habeatis pro malo, quod scribo vobis ita socialiter, quia vos dixistis mihi olim quod amatis me sicut frater, et vultis me promovere in omnibus, etiam si debeatis mihi concedere magnam pecuniam. Datum in Lyptzick.

2.

Magister Ioannes Pellifex

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio,

Salutem amicabilem et servitutem incredibilem. Venerabilis domine magister. quia, ut dicit Aristoteles in prędicamentis, de singulis dubitare non est inutile: quapropter est una res quę facit mihi magnam conscientiam. Nuper fui in missa Franckfurdensi. tunc ivi cum uno baccalaurio per plateam ad forum, et obviaverunt nobis duo viri qui apparuerunt satis honesti, quantum ad aspectum, et habuerunt nigras tunicas, et magna caputia cum liripipiis. Et deus est testis meus quod putavi quod sunt duo magistri nostri: et feci ipsis reverentiam, deponendo birretum: tunc ille baccalaurius stimulavit me, et dixit: 'Amore dei quid facitis? isti sunt Iudęi, et vos deponitis birretum vestrum ante eos': tunc ego ita fui perterritus, ut si vidissem unum diabolum. Et dixi: 'domine baccalaurie, parcat mihi dominus dęus, quia feci ignoranter. Sed quid putatis, utrum sit magnum peccatum?' Et primo dixit quod videtur sibi, quod est peccatum mortale, quia comprehenditur sub idolatria, et est contra primum pręceptum ex decem pręceptis, quod est 'unum crede deum'. Quia quando

---

[2] warmſemel *una* m *hic 1...3. et sic paullo post iterum.* [10] Iohannē *3.* [20] S. D. *1...3.* [21] Magistro] M. *1...3.* [22] : quia *2.* Ariſtot' *1. 3.* Ariſtote. *2.* [35] quia] quid *2.* [36] quod] qb̄ *2.* (*ut sæpe* b̄ *pro* d)

Digitized by Google

aliquis facit honorem Iudęo, vel pagano quasi esset Christianus, tunc facit contra Christianitatem, et apparet esse met Iudęus, vel paganus, et tunc Iudęi et pagani dicunt: 'Ecce nos sumus de via meliori, quia Christiani faciunt nobis reverentiam; et nisi essemus de via meliori, non facerent nobis reverentiam'; et sic fortificantur in sua fide, et despiciunt fidem Christianam, et non permittunt se baptizare. Tunc ego respondi: 'Est bene verum, quando aliquis facit scienter; sed ego feci cum ignorantia; et ignorantia excusat peccatum. Quia si scivissem quod fuissent Iudęi, et fecissem eis honorem, tunc fuissem dignus ad comburendum, quia esset hęresis. Sed neque verbo, neque opere, sicut scit deus, aliquid novi, quia putavi quod essent magistri nostri'. Tunc ipse dixit, quod tamen est adhuc peccatum, et dixit: 'Ego etiam semel ivi per ecclesiam, ubi stat unus Iudęus ligneus ante salvatorem, et habet malleum in manu; et ego putavi quod est sanctus Petrus, et haberet clavem in manu, et flexi genua, et deposui birretum. tunc vidi quod est Iudęus, et etiam pęnituit me: tamen in confessione cum confitebar in monasterio prędicatorum, dixit mihi confessor meus quod est peccatum mortale, quia debemus respicere; et dixit quod non posset me absolvere, nisi haberet potestatem episcopalem, quia esset casus episcopalis. et dixit quod si libenter fecissem, et non ignoranter, tunc fuisset casus papalis. Et sic fui absolutus, quia habuit potestatem episcopalem. Et per deum ego credo, quod si vultis salvare conscientiam vestram, oportet facere confessionem officiali consistorii. Et ignorantia non potest excusare illud peccatum, quia deberetis respicere: et Iudęi habent semper unum gilvum circulum ante in pallio, quem deberetis vidisse, sicut et ego vidi: ergo est ignorantia crassa et non valet ad absolutionem peccati'. Sic pro tunc dixit mihi ille baccalaurius. Sed quia vos estis profundus theologus, rogo vos devote necnon humiliter, quatinus dignemini mihi solvere prędictam quęstionem, et scribere an est peccatum mortale an veniale, simplex casus an episcopalis an papalis. Et etiam scribatis mihi an videtur vobis quod cives in Franckfordia recte faciunt, quod habent illam consuetudinem, quod permittunt Iudęos incedere in habitu magistrorum nostrorum: mihi videtur quod non est rectum et est magnum scandalum, quod non est differentia inter Iudęos et magistros nostros; etiam est una derisio sacrosanctę Theologię. Et serenissimus dominus imperator nullo modo deberet pati, quod unus Iudęus qui est sicut canis, et est inimicus Christi, debet incedere sicut doctor sacrę theologię. Etiam mitto vobis unum dictamen magistri Bernardi Plumilegi, vulgariter Federleser, quod misit mihi ex Wittenpurck. Vos enim novistis eum, quia fuit olim vester constans in Daventria; et

---

1 eſſ 1. 5. Et 1...3. 15. Tũc 1...3. 16. T 1...3. 19. Et 1...3. 25. Ergo 1...3. 26 ptũc 2. 28 quatinus 2. 35 pati om. 1...3. 38 Berñ. 1...3. wittenburg. 2. 39. Et 1...3.

Digitized by Google

dixit mihi quod fecistis ei bonam societatem, et ipse adhuc est bonus socius et commendat vos laudabiliter: et sic valete in nomine domini. Datum Lyptzick.

3.

Magister Bernhardus Plumilegus
Magistro Ortvino Gratio
salutem dicit plurimam.

'Mus miser est antro qui solum clauditur uno'. Sic etiam possum dicere de me cum supportatione, venerabilis vir, quia essem pauper si haberem tantum unum amicum, et quando ille unus superdaret me, tunc non haberem alium, qui me tractaret amicabiliter. Sicut nunc quidam poeta hic qui vocatur Georius Sibutus, et est unus ex poetis sęcularibus, et legit publice in poetria, et est alias bonus socius. Sed sicut vos scitis, isti poetę quando non sunt etiam theologi sicut vos, semper volunt reprehendere alios, et parvipendunt Theologos. Et semel in una zeccha in domo sua, quando bibimus cerevisiam Turgensem, et sedimus usque ad tertiam horam, et ego fui modicum ebrius, quia illa cerevisia ascendit mihi in caput, tunc fuit ibi unus qui alias non stetit bene mecum, et ego apportavi ei unum medium cantarum, et ipse accepit; sed postea non voluit mihi simile facere; et ter cavisavi eum, et non voluit mihi respondere, et sedit cum silentio et nihil dixit: tunc ego cogitavi: 'Ecce iste alias spernit te, et est superbus, et semper vult te confundere'. Et fui commotus in ira mea, et accepi cantarum et percussi ei ad caput. Tunc ille poeta fuit iratus super me, et dixit quod fecissem rumorem in domo sua, et dixit quod deberem exire de domo sua in nomine diaboli. Tunc ego respondi: 'Quid tunc est, si estis inimicus meus? ego bene habui ita malos inimicos sicut vos estis, et tamen mansi prę eis. Quid tunc est etiam si estis poeta? Ego habeo etiam poetas qui sunt amici mei et sunt bene ita boni sicut vos; ego bene merdarem in vestram poetriam. Quid creditis? putatis quod ego sum stultus, vel quod sum natus super arborem sicut poma?' Tunc vocavit me asinum, et dixit quod ego nunquam vidi unum poetam. Et ego dixi: 'tu met es asinus in cute tua; ego vidi bene plures poetas quam tu'; et dixi de vobis et de magistro nostro Sotphi in bursa Kneck, qui composuit glosam notabilem, et de domino Rutgero licentiato Theologię in bursa Montis; et sic exivi domum suam, et adhuc sumus inimici. Quapropter rogo vos valde cordialiter quatenus

---

[5] Magister] M. *1...3.* Bernardus *2.* [7] S.D.P. *1...3.* [11] qnidā *2.* [17] . Et *1...3.* [18] ibi] hic *2.* [19] . Sed *1...3.* [20] . Et *1...3.* [21] . Ecce *1...3.* [26] . Ego *1. 2.* : Ego *3.* [28] . Ego *1. 3.* , Ego *2.*

Digitized by Google

velletis mihi semel scribere unum dictamen, tunc ego volo huic poetę et aliis ostendere, et volo gloriari quod estis amicus meus, et estis bene melior poeta quam ille. Et prȩcipue scribite mihi quid facit dominus Ioannes Pfefferkorn, an adhuc habet inimicitiam cum doctore Reuchlin, et an vos adhuc defenditis eum sicut fecistis, et mittite mihi unam novitatem. Valete in Christo.

4.

Magister Ioannes Cantrifusoris Magistro Ortvino Gratio

Salutem cordialem. Venerabilis domine magister, quoniamquidem sȩpe tractavimus tales levitates ad invicem, et quia non est cura vobis si aliquis dixerit vobis unam fantasiam sicut ego nunc intendo, propterea non timui quod tollatis in malam partem quod scribam vobis nunc unam cavillationem, quia vos etiam facitis taliter. Et vos ridebitis, ego scio, quia est mirabile factum. Fuit hic nuper quidam de ordine prędicatorum, et fuit satis profundus in Theologia, et fuit speculativus, et habuit etiam multos fautores. Ipse vocatur dominus Georgius; et primum fuit Hallis, deinde venit huc, et prędicavit bene per dimidium annum, in sermone suo reprehendens omnes homines, etiam principem et suos vasallos. Sed in collatione fuit socialis et lętę mentis, et bibit cum sociis ad dimidios et ad totos; sed semper quando de sero bibit nobiscum, tunc de mane prędicavit de nobis, dicens: 'Ita sedent magistri in hac universitate cum suis sociis per totam noctem bibentes, ludentes, et tractantes levitatem; et ipsi deberent eos de talibus emendare, tunc ipsi incipiunt'. et sȩpe fecit mihi verecundiam. Et fui iratus super eum, et cogitavi quomodo possem me vindicare; et non potui imaginare quomodo facerem. Et semel dixit mihi unus, quomodo de nocte iret ille prędicator ad unam mulierem, et supponeret eam, et dormiret cum ea. Et ego audiens talia, semel accepi aliquos socios qui stant in Collegio, et circa horam decimam ivimus ad illam domum, et per vim intravimus; tunc ille monachus volens fugere, non habuit tempus ut tolleret vestimenta sua, et saltavit nudus ex fenestra, et ego risi ita quod statim perminxissem me, et clamavi: 'Domine prędicator, tollatis pontificalia vestra', et socii exterius proiecerunt eum in merdam et in aquam; sed ego compescui eos, et dixi quod haberent discretionem; verumtamen adiuvi eos quod omnes supposuimus illam mulierem: et ita vindicavi me de illo monacho, et postea id non amplius prędicavit de me. Sed non debetis

---

[3] dominus] D. *1...3.* [2] et *omis. 2.*

[8] M. *1...3.* [9] M. *1...3.* [11] . Et *1...3.* [17] . Et *1...3.* [20] . Sed *1...3.* [23] . Et *1...3.* [25] . Et non *1...3.* [33] . Sed *1...3.* [34] : verūtamē *1...3.*

Digitized by Google

aliis dicere, propterea quod fratres prędicatores nunc sunt pro vobis contra doctorem Reuchlin, et defendunt ecclesiam et fidem catholicam contra illos poetas sęculares: ego vellem quod iste monachus fuisset de alio ordine, quia ille ordo est valde mirificus inter omnes. Vos etiam debetis mihi aliquid risibile significare, et non irascimini mihi. Valete. Ex Wittenberg.

5.

Ioannes Straufsfederius
Ortvino Gratio

Salutem maximam et multas bonas noctes sicut sunt stellę in cęlo, et pisces in mari. Et debetis scire quod ego sum sanus, et etiam mater mea. Et vellem libenter etiam taliter audire de vobis, quia ego cogito cottidie ad minus semel de vestra dominatione. Sed cum licentia audite unum magnum miraculum, quod fecit hic unus nobilista: diabolus confundat eum in ęternum: quia scandalizavit dominum magistrum nostrum Petrum Meyer in mensa, ubi fuerunt multi domini et nobilistę, et non habuit unam guttam verecundię, sed fuit ita prętensus quod ego miror. Ipse dixit: 'Ecce doctor Ioannes Reuchlin est doctior quam vos', et dedit ei unum knipp. Tunc magister noster Petrus dixit: 'Ego mitterem solvere collum meum an hoc est verum. Sancta Maria, doctor Reuchlin est in theologia sicut unus puer, et unus puer plus scit in theologia quam doctor Reuchlin; Sancta Maria, credatis mihi, quia ego habeo experientiam: tamen ipse nihil scit in libris Sententiarum; Sancta Maria, ista materia est subtilis, et homines non possunt ita capere sicut grammaticam et poetriam. Ego vellem etiam bene poeta esse, et scirem etiam componere metra, quia audivi in Lyptzick Sulpitium de quantitatibus syllabarum. Sed quid est? Ipse deberet mihi proponere unam quęstionem in theologia, et deberet arguere pro et contra'. Et ipse probavit per multas rationes, quod nemo scit perfecte theologiam, nisi per spiritum sanctum. Et spiritussanctus infundit illam artem. Et poetria est cibus diaboli, sicut dicit Hieronymus in suo epistolari. Tunc ille bufo dixit quod non est verum, et quod doctor Reuchlin etiam habet spiritumsanctum, et quod est sufficiens in theologia, quia composuit unum librum satis theologicalem, et nescio quomodo vocatur, et nominavit magistrum nostrum Petrum unam bestiam. Et dixit quod magister noster Hochstratus est frater casearius. Et commensales riserunt. Sed ego dixi quod est scandalum, quod unus simplex socius debet esse ita irreverentialis coram uno magistro nostro. Et doctor Petrus fuit ita iratus, quod surrexit

7 Strauffederius 2. 17 knip. 2. 20 . Sancta 1...3. 21 . Tamen 1...3. 22 . Sancta 1...3. 26 ſpm̃ſanctū. 2.

Digitized by Google

de mensa, et allegavit evangelium dicens: 'Samaritanus es, et diabolum habes'. Et ego dixi: 'Capias tibi hoc', et fui valde gavisus, quod ita realiter expedivit illum trufatorem. Vos debetis procedere in factis vestris, et debetis defendere theologiam, sicut fecistis antea, et non debetis aliquem respicere, sive sit nobilis sive rusticus, quia vos estis sufficiens. Si scirem ita facere carmina sicut vos, ego non curarem unum principem, etiam si vellet me interficere. Sed alias sum inimicus iuristarum, quia vadunt in rubeis caligis, et in mardaris schubis, et non faciunt debitam reverentiam magistris, et magistris nostris. Ego etiam peto vos humiliter necnon affectualiter, quatenus significaveritis mihi quomodo stat in Parrhisia cum Speculo oculari. Deus tribuat quod alma mater universitas Parrhisiensis velit tenere vobiscum, et comburere illum hęreticum librum, quia habet multa scandala, sicut scripsit magister noster Tungarus. Ego audivi quod magister noster Sotphi, in bursa Kneck, qui composuit glosam notabilem super quattuor partes Alexandri, est mortuus. Sed spero quod non est verum, quia fuit excellens vir, et fuit profundus grammaticus, et fuit bene melior quam isti novi grammatici poetales. Salutare etiam dignemini mihi magistrum Remigium, quia olim fuit pręceptor meus singularissimus, et sępe dedit mihi bonas vexas, quando dixit mihi: 'Tu es sicut auca, et non vis studere quod fias magnus argumentator'. Et ego dixi: 'Eximie domine magister noster, ego volo me emendare in posterum': tunc aliquando dimisit me, aliquando dedit mihi bonam diciplinam; et protunc ego fui ita discretus, quod libenter accepi correctiones pro negligentiis meis. Sed nihil amplius habeo vobis scribere, pręter quod velitis vivere centum annos. Et valete in requie. Datum Moguntię.

6.

Nicolaus Caprimulgius
Baccalaurius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem plurimam cum magna reverentia erga vestram dignitatem, sicut debeo scribens ad vestram magistralitatem. Venerabilis domine magister, sciatis quod est una notabilis quęstio quam peto seu rogo determinari a vestra magistralitate. Est hic unus gręcus qui resumit grammaticam Urbani, et quando scribit gręcum, tunc semper ponit titellos superius. Quapropter ego dixi nuper: 'tamen magister Ortvinus Daventrię etiam practicavit grammaticam gręcam, et etiam est sufficiens ita bene sicut ille, et nunquam

---

[2] . Et *1...3*. [22] . Et *1...3*.
[29] M. Ortuino Gra. *1...3*. [21] Sal. *1. 3*.

Digitized by Google

scripsit ita titellos; et ego credo quod ita bene intelligit facta sua sicut ille, et adhuc posset corrigere istum grecum'; sed alii non voluerunt credere, et socii mei ac constantes petiverunt quod vellem scribere ad dominationem vestram, quod notificaretis mihi quomodo est, an debemus ponere titellos, an non. Si non debemus ponere, tunc per deum realiter volumus vexare illum grecum, et volumus facere quod debet paucos auditores habere. Ego bene vidi de vobis Colonie in domo Henrici Quentel, quando fuistis corrector et debuistis corrigere grecum, tunc abscidistis omnes titellos qui fuerunt supra litteris, et dixistis 'Quid debent ille stultitie?' Et ita iam consideravi quod vos habetis aliquam rationem: alias non fecissetis. Vos estis mirabilis homo, et deus dedit vobis magnam gratiam quod scitis aliquid in omni scibili. Quapropter debetis etiam laudare dominum deum in vestris metris, et beatam virginem, et omnes sanctos dei. Sed non habueritis mihi pro molestia quod impedio vestram dominationem cum istis questionibus, quia facio talia causa informationis. Valete. Ex Lyptzick.

7.

Magister Petrus Hafenmusius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem innumerabilem. Venerabilis domine magister, si haberem pecunias et substantiam magnam, tunc vellem dare vobis unam notabilem propinam, credatis mihi firmiter, quod solvatis mihi istam questionem quam propono. Sed quia pronunc non habeo oves et boves, universa insuper et pecora campi, sed sum pauper, propterea non possum vobis appreciare pro vestra doctrina; sed promitto vobis, quod postquam sum beneficiatus, sicut iam insteti pro una Vicaria, tunc volo semel unum honorem specialem facere vobis. Et scribatis mihi an est necessarium ad eternam salutem, quod scholares discunt grammaticam ex poetis secularibus, sicut est Virgilius, Tullius, Plinius, et alii? Videtur mihi quod non est bonus modus studendi: Quia, ut scribit Aristoteles primo methaphisice: 'Multa mentiuntur poete'; sed qui mentiuntur, peccant, et qui fundant studium suum super mendaciis, fundant illud super peccatis; Et quicquid fundatum est super peccatis, non est bonum; sed est contra deum, quia deus est inimicus peccatis; Sed in poetria sunt mendacia; et ergo qui incipiunt suam doctrinam in poetria, non possunt proficere in bonitate; quia mala radix habet super se malam herbam, et mala arbor profert malum fructum, secundum evangelium,

---

9 lris *1. 3.* 10 . Et *1...3.*
18 M. *1...3.* 19 M. *1...3.* 30 . Quia *1...3.* 32 . Et *1...3.* 33 . Sed *1...3.*

Digitized by Google

ubi dicit salvator: 'Non est arbor bona quę facit fructum malum'. Etiam bene adhuc memoro illam doctrinam, quam dedit mihi semel magister noster Valentinus de Gelterßheim in bursa Montis, quando fui suus discipulus, et volui audire Salustium. Et dixit: 'quare vis audire Salustium, tu dischole?' Tunc ego respondi, quod magister Ioannes de Vratislavia dixit, quod discimus bona dictamina facere ex talibus poetis, Tunc ipse dixit: 'est fantasia, sed tu debes bene advertere in partibus Alexandri, et epistolis Caroli, quę practicantur in aula grammaticorum; ego nunquam audivi Salustium, et tamen scio dictamina facere metrice et prosaice'. Et sic magister noster Valentinus fecit quod ego nunquam studui in poetria. Et isti humanistę nunc vexant me cum suo novo latino, et annihilant illos veteres libros, Alexandrum, Remigium, Ioannem de Garlandia, Cornutum, Composita verborum, Epistolare magistri Pauli Niavis, et dicunt ita magna mendacia quod ego facio crucem pro me quando audio. sicut nuper unus dixit, quod est in quadam provincia una aqua, quę habet arenam auream et vocatur Tagus: et ego fistulavi occulte, quia non est possibile. ego scio bene quod etiam estis poeta, sed non scio unde habetis illam artem. ipsi dicunt quod quando vultis, tunc facitis plura metra in una hora; sed credo quod intellectus vester est ita illuminatus per gratiam spiritussancti desuper quod scitis illa et alia, quia semper fuistis bonus Theologus, et reprehenditis illos gentiles. Libenter vellem vobis scribere unam novitatem si scirem; sed non audivi aliquid quam quod fratres ac domini de ordine prędicatorum habent hic magnas indulgentias, et absolvunt a pena et a culpa, quando aliquis est confessus et contritus, et habent super hoc litteras papales. Etiam scribite mihi aliquid, quia ego sum vester tanquam famulus. Valete ex Nurenberga.

8.

Franciscus Genselinus
Magistro Ortvino Gratio

Salutem quam mille talenta non possunt ęquivalere in sua gravitate. Venerabilis domine magister, scitote quod hic est magnus sermo de vobis, et theologi valde laudant vos quod non respexistis aliquem, et scripsistis pro defensione fidei contra doctorem Reuchlin. Sed aliqui socii qui non habent intelligentiam, et etiam iuristę qui non sunt illuminati in fide christiana, spernunt vos, et loquuntur multa contra vos, sed non possunt prevalere, quia facultas theologica tenet vobiscum. Et nuper quando venerunt huc isti libri, qui vocantur acta Parrhisiensium, tunc fere omnes magistri emerunt

[3] Gelterfheim *2*. [8] . Ego *1...3*.
[20] M. *1...3*,

Digitized by Google

et gavisi sunt maxime: ego protunc etiam emi, et misi ad Heidelbergam ut ibi viderent. Et credo quod ubi viderunt, tunc penituit Heidelbergenses quod non etiam concluserunt cum alma universitate Coloniensi contra doctorem Reuchlin. et propterea audio quod universitas Coloniensis fecit unum statutum quod nunquam in eternum volunt promovere unum qui complevit pro gradu baccalaureatus vel magisterii in Heidelberga: et est bene factum, quia sic debent discere quid est universitas Coloniensis, et alia vice debent tenere cum ea. ego vellem quod sic facerent aliis, sed credo quod alie universitates non sciverunt, et igitur parcitis eis propter ignorantiam. Etiam quidam socius dedit mihi pulchra carmina que debetis intimasse in universitate Coloniensi, que ostendi Magistris, et Magistris nostris, et fuerunt multum commendata. Et misi illa ad multas civitates pro vestra gloria, quia faveo vobis. Et sunt ista, ut sciatis quid puto:

Qui vult legere hereticas pravitates
Et cum hoc discere bonas latinitates,
Ille debet emere Parrhisiensium acta
Et scripta de Parrhisia nuper facta,
Quomodo Reuchlin in fide erravit,
Sicut magister noster Tungarus doctrinaliter probavit.
Illa vult magister Ortvinus legere
Gratis, in hac alma universitate,
Et cum hoc textum ubique glosare
Necnon quedam notabilia in margine notare,
Et vult arguere pro et contra,
Sicut fecerunt Theologi in Parrhisia,
Quando speculum oculare examinaverunt
Et Reuchlin magistraliter damnaverunt,
Ut sciunt fratres Carmelite
Et alii qui vocantur Iacobite.

Ego miror quomodo potestis ita speculari talia: vos estis valde artificialis in compositionibus vestris, et habetis magnam dulcedinem, ita quod semper ego rideo pre letitia, quando lego aliquid quod vos composuistis, et opto semper quod velitis diu vivere quod laus vestra crescat sicut fecit usque huc, quia vestra scripta sunt valde utilia. Deus vos conservet et vivificet vos, et non tradat vos in manus inimicorum vestrorum; et sicut dicit Psalmista: 'Tribuat vobis dominus secundum cor vestrum, et omne consilium vestrum confirmet'. Et vos etiam scribatis mihi de factis vestris, quia libenter audio, et video quid facitis seu agitis: et sic Valete. ex Friburga.

---

[1] Hedelbergam *3.* [2] Hedelbergeñ. *3.* [6] Heydelberga *2.3.* [7] . quia *1.* [8] : fed *3.* [9] . Et *1...3.* [30] ita *omis. 3.* [32] leticia *3.* [35] . Et *1.3.* , Et *2.*

Digitized by Google

9.

Magister Conradus de Zuiccavia
salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio.

Quia legitur Ecclesiastes .XI. 'Lętare iuvenis in adolescentia tua'. Quapropter ego nunc sum lętę mentis, et debetis scire quod bene succedit mihi in amore, et habeo multum supponere. Quia dicit Ezechiel: 'Nunc fornicabitur in fornicatione sua'. Et quare non deberem aliquando purgare renes? tamen non sum angelus, sed homo, et omnis homo errat. vos etiam aliquando supponitis, quamvis estis Theologus, quia non potestis semper solus dormire, secundum illud Ecclesiastę III. 'Si dormierint duo simul, fovebuntur mutuo: unus autem quomodo calefiet?' Quando scribitis mihi quid facit vestra amasia? Nuper dixit mihi unus quod quando ipse fuit Colonię, tunc fuistis in rixa cum ipsa et percussistis eam, quia fortassis non fecit secundum opinionem vestram. et ego miror quare potestis ita pulchram mulierem percutere: ego flerem si viderem: potius debetis dicere quod non faciat amplius, tunc ipsa emendaret se, et de nocte esset vobis amicabilior. Tamen quando legistis nobis Ovidium, dixistis nobis quod nullo modo debemus percutere mulieres, et allegastis ad hoc etiam sacram scripturam. Ego sum contentus quod amica mea est hilaris et non irascitur mecum; quando venio ad eam, tunc etiam facio talia, et sumus in lętitia, et bibimus cerevisiam et vinum, quia vinum lętificat cor hominis, sed tristitia exiccat ossa. aliquando sum iratus super eam, tunc dat mihi osculum, et fit pax, et postea dicit: 'domine magister, estote lętę mentis'. Nuper volui ire ad eam, tunc vidi exire quendam iuvenem mercatorem qui habuit apertas caligas, et sudavit in fronte, et credidissem quod supposuisset eam, et fui quodammodo iratus; sed ipsa iuravit quod non tetigisset eam ille mercator, sed voluisset ei vendere linteum ad faciendas camisias; tunc ego dixi 'est bonum, sed quando etiam datis mihi unam camisiam?' tunc rogavit me quod deberem ei concedere duos florenos quod posset solvere illum linum, tunc etiam vellet mihi dare unam camisiam. et pro tunc non habui pecuniam, sed petii unum socium qui concessit mihi et dedi ei. Ego laudo quod aliquis semper est lętus. Et medici dicunt etiam quod sanum est quando aliquis est lętus. Quidam magister noster hic semper irascitur et nunquam est lętus, et propterea semper est infirmus. ipse semper reprehendit me et dicit, quod non debeo amare mulieres, quia sunt diaboli, et perdificant homines, et sunt immundę, et nulla mulier est pura; et quando aliquis est cum muliere, tunc est sicut cum diabolo, quia permittunt nulli requiem. tunc ego dixi

---

[2] M. *1...3.* [3] S.D. *1...3.* [4] M. Ortuino Gra. *1...3.* [5] Eccēs *1...3.* [21] illb̄ *2.* Ecci. *1...3.* [28] , tūc *1. 2.* [31] ꝑtūc *2. 3.*

Digitized by Google

'parcatis mihi, domine magister noster, vestra mater etiam fuit mulier', et abivi. Ipse etiam nuper prędicavit, quod sacerdotes nullo modo deberent habere concubinas secum, et dixit quod episcopi peccant mortaliter quando accipiunt decimam lactis et permittunt ancillas esse cum presbyteris, quia deberent eas totaliter expellere. Sed sit a vel b, nos debemus esse aliquando lęti, et etiam possumus dormire cum mulieribus, quando nemo videt: postea tamen facimus confessionem: et deus est misericors, et debemus sperare veniam. Ego mitto vobis hic quędam scripta pro defensione Alexandri Galli grammatici antiqui et sufficientis, quamvis poetę moderni volunt eum reprehendere; sed non sciunt quid loquuntur, quia Alexander est optimus, ut olim dixistis mihi quando stetimus Daventrię. Quidam magister hic dedit mihi, sed nescio ubi accepit. ego vellem quod faceretis imprimere, tunc maxime faceretis iratos illos poetas, quia ille auctor realiter vexat eos; sed est ita poetaliter compositum quod ego non intelligo, quia ille qui composuit est etiam bonus poeta; sed cum hoc est Theologus, et non tenet cum sęcularibus poetis sicut est doctor Reuchlin, Buschius et alii. Statim quando fuit mihi data illa materia, tunc dixi, quod vellem vobis mittere quod legeretis. Si habetis aliquid novum, tunc etiam mittatis mihi. Valete in charitate non ficta. ex Liptzick.

10.

Ioannes Arnoldi

salutem dicit plurimam

Magistro Ortvino Gratio.

Quoniam quoniamquidem igitur vos concupiscitis semper habere unam novitatem, secundum quod dicit Aristoteles: 'Omnes homines natura scire desiderant': quare igitur ego Ioannes Arnoldi vester discipulus, et humilis subditus mitto dominationi seu honorabilitati vestrę hic unum libellum quem composuit quidam ribaldus et scandalizavit dominum Ioannem Pfefferkorn in Colonia, virum proculdubio integerrimum, et ego fui valde iratus, sed non potui prohibere, quod non imprimeret, quia iste socius habet hic multos fautores, etiam nobiles, et vadunt armati sicut bufones, cum longis gladiis in plateis. sed tamen ego dixi quod non est rectum, quia debetis notare quod istę poetę sęculares adhuc facient multas guerras, cum suis metris, si magistri nostri non habebunt advertentiam, et non citabunt eos per magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten ad curiam romanam. Et ego timeo quod erit unum magnum disturbium in fide catholica. Rogo igitur

---

4 . q; *1.* 5 aliq̃ndo esse *2.* 13 . Quia *1. 2.* . Q; *3.* 16 Bufcius *2.* 22 S. D. P. *1...3.* 23 M. *1...3.* 26 . Quare *1...3.* 30 . q; *1. 3.* 33 iſte *1...3.* *consulto, puto.*

Digitized by Google

vos quod velitis componere unum librum contra istum scandalizatorem, et realiter vexarę eum. tunc postea non erit ita audax quod velit stimulare magistros nostros, quia ipse est simplex socius, et neque est promotus neque qualificatus in iure vel in artibus, quamvis stetit in Bononia, ubi etiam sunt multi poetę seculares, non zelosi et in fide illuminati. Ipse nuper sedit in mensa et dixit quod magistri nostri in Colonia et Parrhisia faciunt iniuriam doctori Reuchlin, et ego tenui ei oppositum; tunc vexavit me multis malis verbis et scandalosis, quod fui ita iratus quod surrexi de mensa, et protestavi coram omnes de iniuriis, et non potui comedere unam buccellam. Vos debetis mihi dare consilium in supradicta causa, quia etiam pro parte estis iurista. Ego compilavi aliqua metra quę mitto vobis hic.

Choriambicum, Hexametrum, Sapphicum, Iambicum, Asclepiadicum, Endecasyllabum, Elegiacum, Dicolon, Distrophum.

Qui est bonus catholicus, debet sentire cum Parrhisiensibus,
Quia illud gymnasium, est mater omnium universitatum.
Deinde Colonia sancta, quę est in fide christiana tanta,
Quod nullus debet contradicere, vel merito penam luere,
Sicut Reuchlin doctor, qui est speculi ocularis auctor,
Quem magister noster Tungarus, probavit quod est hęreticus,
Necnon magister de Alta platea, qui fecit comburere eius dictamina.

Si haberem unum argumentum, ego vellem componere unum librum contra istum trufatorem, et probare quod de facto est excommunicatus. Non habeo plus tempus ad scribendum, quia oportet me ire ad lectionem, quia unus magister legit replicationes super veterem artem valde subtiliter compositas, et ego audio eas pro completione. Valete super omnes socios et amicos meos qui sunt hic et ubique, et in omnibus locis et honestis.

11.

Cornelius Fenestrificis

salutem dicit plurimam

Magistro Ortvino Gratio,

Salutes tot quot habet cęlum stellas et mare arenas. Venerande domine magister, ego habeo hic multas rixas et guerras a malis viris qui pręsumunt esse docti, et tamen non didicerunt logicam, quę est scientia scientiarum. Ego legi nuper unam missam ad prędicatores de Spiritusancto quod deus

[1] fcandalifatorē: *2.*
[30] S.D.P. *1...3.* [31] M. *1...3.*

Digitized by Google

velit mihi dare suam gratiam, et bonam memoriam in syllogismis ad disputandum cum illis qui sciunt tantum latinisare, et dictamina componere. Etiam imposui unam collectam in illa missa pro magistro nostro Iacobo de Hochstrat, et magistro nostro Arnoldo de Tungaris, summo regente in bursa Laurentii, quod possunt in disputatione Theologica ad metam redargutionis ducere quendam doctorem in iure qui vocatur Ioannes Reuchlin, etiam est poeta secularis et presumptuosus, et tenet oppositum contra quattuor universitates, pro Iudeis, et facit propositiones scandalosas et offensivas piarum aurium, ut probavit Ioannes Pfefferkorn, et magister noster Tungarus; sed non est fundatus in Theologia speculativa, nec qualificatus in Aristotele, aut Petro Hispano. Ideo magistri nostri in Parrhisia damnaverunt eum ad ignem vel reclamationem. Ego vidi litteram et sigillum domini Decani sacrosanctę facultatis Theologicę Parrhisiensis. unus magistrorum nostrorum valde profundus in sacra Theologia, et illuminatus in fide, qui est membrum quattuor universitatum, et qui habet plus quam centum scribentes super libros sententiarum, in quibus se fundat, dixit manifeste quod predictus doctor Ioannes Reuchlin non potest evadere, et quod etiam Papa non audet dare sententiam contra talem solennissimam universitatem, quia ipse non est Theologus, et beatum Thomam contra gentiles non intelligit, quamvis dicunt quod est doctus videlicet in poesi. Ostendit mihi magister noster qui est plebanus ad sanctum Martinum epistolam, in qua illa universitas sorori suę universitati Coloniensi valde amicabiliter promittit auxilium suum realiter cum effectu. Et tamen isti latinisatores presumunt tenere oppositum. Ego sedi nuper Maguntię in corona hospicio, ubi tribulaverunt me valde indiscrete duo trufatores, et vocaverunt magistros nostros in Parrhisia et Colonia fantasticos et stultos. et dixerunt quod ipsorum libri super sententias essent fantasię; similiter processus, copulata, reparationes omnium bursarum dixerunt quod essent vanitates. Tunc fui ita iratus quod non scivi respondere. cum hoc etiam vexaverunt me, quod feci passagium ad Treverim ad videndum tunicam domini, quia dixerunt quod fortassis non esset tunica domini. et probaverunt sic per Cornutum syllogismum: 'Quicquid est laceratum, non debet ostendi pro tunica domini: sed illa est talis: ergo etc'. Tunc ego concessi maiorem, sed negavi minorem. tunc probaverunt sic: 'Beatus Hieronymus dicit: „Vetusto oriens collisus errore tunicam domini inconsutilem desuper contextam per totum, minutatim discerpsit per frusta".' Et ego respondi, quod sanctus Hieronymus non est de stilo evangelii, nec immodicite ex apostolis; et sic surrexi de mensa et reliqui illos trufatores. Vos debetis scire quod tam irreventialiter loquuntur de magistris nostris, et doctoribus illuminatis in fide, quod certe de facto

---

18 . Et *1...3.* 22 fororij *1...3.* 30 diſcripſit p fruſtra *3.* fruſtra *etiam 2.*

Digitized by Google

possunt esse excommunicati a papa. Si scirent curtisani, ipsi citarent eos ad curiam romanam, et impetrarent eorum beneficia, vel saltem tribularent eos cum expensis. Quis unquam audivit, quod simplices socii, in nulla facultate promoti vel qualificati, deberent vexare tam eximios viros, in omni profecto scibili profundissimos, ut sunt magistri nostri? sed ipsi superbiunt propter sua metra. Ego etiam scio facere metra et dictamina, quia legi etiam novum latinum idioma magistri Laurentii Corvini, et grammaticam Brassicani, et Valerium Maximum, et alios poetas. Et compilavi nuper in via eundo unum dictamen metricum contra istos hoc modo:

Sunt Maguntię in publica Corona,
In qua nuper dormivi in propria persona,
Duo indiscreti bufones
In magistros nostros irreverentiales nebulones,
Qui audent reprehendere magistros in Theologia,
Quamvis ipsi non sunt promoti in Philosophia;
Nec sciunt in scholis formaliter disputare,
Et ex una conclusione multa corollaria formare;
Ut docet fundamentaliter doctor subtilis:
Qui contemnit eum est multum vilis:
Ut concludunt quodlibeta doctoris irrefragabilis,
Qui est in scientiis non expugnabilis:
Et non sciunt quid est doctor Seraphicus,
Sine quo nullus fit bonus Phisicus:
Et qui veraciter scribit, doctor sanctus,
In Aristotele et Porphyrio tantus,
Quod solus recte exponit quinque universalia,
Quę dicuntur etiam quinque prędicabilia:
O quam breve continuat libros prędicamentales
Et summat Aristotelis sententias morales.
Quę omnia non intelligunt poetę:
Ideo loquuntur ita indiscrete,
Ut isti duo pręsumptuosi trufatores,
Qui vocant magistros nostros osores;
Sed magister noster de Hochstrat debet eos citare,
Tunc non amplius audebunt illuminatos vexare.

Valete et salutate mihi cum magna reverentia dominos meos magistrum nostrum Arnoldum de Tungaris, et magistrum nostrum Remigium, et magistrum nostrum Valentinum de Gelterßheim, et dominum Iacobum de Ganda ordinis prędicatorum poetam subtilissimum, et alios.

21 quotlibeta *1...3.* 26 Prophyrio *3.* 39 Gelterſheim *2.*

Digitized by Google

12.

Magister Hiltbrandus Mammaccus
salutem dicit
Magistro Ortvino.

Amicissime domine Ortvine, non possum iam scribere eleganter epistolam secundum precepta que scribuntur in modo epistolandi, quia hoc tempus non permittit, sed oportet breviter et statim manifestare paucis verbis quid est, quia habeo expedire casum unum vobiscum, qui est mirabilis, et est talis res. Vos debetis intelligere quod hic est terribilis fama, et omnes dicunt quod in curia romana causa magistrorum nostrorum male stat, quia dicunt quod Papa vult autentizare sententiam que ante annum lata est in Spira pro doctore Reuchlin. quando audivi tunc ita timui quod non potui aliquod verbum dicere, et fui sicut mutus, et per duas noctes non dormivi. Quia amici Reuchlin gaudent et vadunt ubique seminantes istam famam: et ego non crederem nisi vidissem unam litteram unius magistri nostri de ordine predicatorum, in qua scripsit cum magna tristitia illam novitatem. Et cum hoc scripsit quod Papa permisit quod Speculum oculare debet in curia romana imprimi, et mercatores debent vendere, et omnis homo debet legere. Et magister noster Hochstratus voluit exire curiam romanam et voluit iurare paupertatem, tunc iudices non voluerunt eum dimittere. Sed dixerunt quod debet expectare finem, et quod non potest iurare paupertatem, quia intravit Urbem Romam cum tribus equis, et in curia romana habuit commensales, et exposuit magnas pecunias, et propinavit Cardinalibus, et Episcopis, et auditoribus consistorii multa munera, et propterea non debet iurare paupertatem. O sancta Maria, quid volumus nunc facere, si Theologia ita spernitur, quod unus iurista debet prevalere omnes Theologos? Ego credo quod Papa non est bonus christianus, qui si esset bonus christianus, tunc esset impossibile quod non teneret cum Theologis. Sed etiam si Papa dat sententiam contra Theologos, tunc videtur mihi quod debet fieri appellatio ad concilium, quia concilium est supra Papam, et in concilio Theologi habent prevalentiam super alias facultates: tunc spero quod dominus dabit benignitatem et respiciet famulos suos Theologos, et non permittit quod inimicus noster supergaudeat nos, et dabit nobis gratiam spiritussancti quod possumus superare fallimoniam istorum hereticorum. Quidam iurista nuper dixit hic quod est fatatum, quod ordo predicatorum debet perire, et quod ex illo ordine debent venire maxima scandala in fidem Christi, sicut non audita sunt prius: et dixit ubi legit illam prophetiam. Sed absit quod

---

[2] M. *1...3.* [3] S.D. *1...3.* [4] M. *1...3.* [5] ſcḃm *2.* [11] autentifare *2.* [13] aliqḃ *2.* [21] expetare *3.* [22] romanā *3.* [31] conſilium *tum* concilium *1...3.* [33] pmittit *1...3.*

Digitized by Google

hoc sit verum. Quia ille ordo est utilis, et si ille ordo non esset, tunc nescio quomodo staret theologia, quia semper prędicatores sunt profundiores in theologia, quam minores vel Augustinenses, et tenent viam doctoris sancti, qui tamen nunquam erravit. Et etiam ipsi habuerunt multos sanctos in suo ordine, et sunt audaces in disputatione contra hęreticos. Ego miror quare magister noster Iacobus de Hochstraten non potest iurare paupertatem; tamen est de ordine mendicantium qui manifeste sunt pauperes. Si non timerem excommunicationem, ego vellem dicere quod papa erraret ibi. Et non credo quod hoc est verum, quod ipse exposuit sic pecunias, et dedit propinas, quia est vir valde zelosus; et credo quod isti iuristę et alii fingunt talia, et doctor Reuchlin scit ipsis ita blandiri, quia etiam audivi quod multę civitates, et multi principes, ac domini scripserunt pro eo. Et est ratio, quia non sunt in theologia instructi, et non intelligunt factum: alias permitterent istum hęreticum habere diabolum, quia est contra fidem, etiam si totus mundus diceret contrarium. Vos debetis ista statim manifestare magistris nostris in Colonia, quod sciunt capere consilium. Et scribatis mihi quid volunt facere. Et valete in Christo. Datum in Tubinga.

13.

Magister Conradus de Zuiccavia

salutem dicit

Magistro Ortvino.

Sicut scripsistis mihi quod non amplius curatis illas levitates, et non amplius vultis amare mulieres, vel supponere, nisi in mense semel, aut bis, ego miror quod talia scribitis. Tamen ego scio contrarium. Est hic unus socius qui nuper venit ex Colonia, et bene est vobis notus, et fuit etiam semper ibi vobiscum. Ipse dicit quod supponitis uxorem Ioannis Pfefferkorn: et dixit mihi veraciter, et iuravit, et ego credo etiam. Quia vos estis valde amicabilis, et etiam scitis dare bona verba. Et cum hoc scitis perfecte artem amandi ex Ovidio. Etiam dixit mihi quidam mercator, quod dicunt Colonię quod magister noster Arnoldus de Tungaris etiam supponit eam; sed hoc non verum, quia ego scio veraciter quod ipse adhuc est virgo, et quod nunquam tetigit unam mulierem. Sed etiam si fecisset, vel faceret sicut non credo, tamen non esset propterea ita malus, quia humanum est errare. Vos multum scribitis mihi de isto peccato, quod non est maius peccatum in mundo, et allegatis multas scri-

---

12 dñe *3*.

20 M. *1...3*. 21 S.D. *1...3*. 22 M. *1...3*. 32 *malis* non est verum.

Digitized by Google

pturas. Ego scio bene quod non est bonum: sed tamen etiam in sacra scriptura reperitur, quod aliqui sic peccaverunt, et tamen fuerunt salvati. Sicut Samson qui dormivit cum una meretrice, et tamen postea spiritus domini irruit in eum. Et possum contra vos arguere sic: 'Quisquis non est malevolus, recipit spiritumsanctum: sed Samson non est malevolus: ergo recipit spiritumsanctum'. Maiorem probo, quia scriptum est: 'In malevolam animam non introibit spiritus sapientię; sed spiritussanctus est spiritus sapientię: ergo. Minor patet, quia si illud peccatum fornicationis esset ita malum, tunc spiritus domini non irruisset in Samson, sicut patet in libro Iudicum. Etiam legitur de Salomone, quod habuit trecentas reginas, et concubinarum non fuit numerus; et ipse fuit maximus fornicator usque ad mortem suam: et tamen doctores communiter concludunt quod est salvatus. Quid nunc videtur vobis? Ego non sum fortior quam Samson, et non sum sapientior Salomone, et ergo oportet aliquando habere unam lętitiam. Quia, ut dicunt medici, hoc valet contra melancoliam. Ah quid dicitis de istis seriosis patribus? tamen dicit Ecclesiastes: 'Et deprehendi nihil esse melius quam lętari hominem in opere suo'. Quapropter ego dico cum Salomone ad amicam meam: 'Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa mea; vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui. Quam pulchrę sunt mammę tuę, soror mea, sponsa mea. Pulcriora sunt ubera tua vino', et cetera. Per deum, valde iucundum est amare mulieres, secundum illud carmen Samuelis poetę:

Disce, bone clerice, virgines amare,
Quia sciunt dulcia oscula prędstare,
Iuventutem floridam tuam conservare.

'Quia amor est charitas, et deus est charitas, ergo amor non mala res': solvatis mihi illud argumentum. Etiam dicit Salomon: 'Si dederit homo omnem substantiam domus suę pro dilectione, quasi nihil despiciet eam'. Sed permittamus ista, et veniamus ad alia. Rogastis me quod deberem vobis nova significare: ergo sciatis quod iam in carnisprivio fuit hic magna lętitia. Et fuit hastiludium, et princeps met equitavit in foro, et habuit pulchrum equum, et pulchrum andallum desuper, in quo fuit picta una mulier cum magno ornatu, et iuxta ipsam sedit quidam iuvenis in crispis crinibus, qui organizavit ei secundum psalmistam: 'Iuvenes et virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini'. Et quando princeps venit in civitatem, tunc universitas intronisavit eum cum magna processione, et cives braxaverunt multam cerevisiam, et propinaverunt dulcia cibaria, et bene dapiverunt principem et omnes curiales. et postea cho-

---

15 leticiă. *3.* 17 letare *3.* 20 pulche *2.* 21 . Purcriora *2.* . Pulchriora *3.* 22 ſcbm *2.* illb *2.* 28 ſnbam *2.* dilecttione *2.* 31 leticia. *2. 3.* 34 ſcbm *2.* 37 popinauerūt *1.* popinauerunt *3.*

Digitized by Google

rizaverunt, et ego steti in uno conspicello quod potui videre. Non scio plura, quam quod opto vobis omnia bona: et Valete in nomine domini. ex Liptzick.

14.

Magister Ioannes Krabacius salutem dicit Magistro Ortvino Gratio.

Excellens vir, secundum quod fui ante duos annos vobiscum in Colonia, et vos dixistis mihi quod semper deberem vobis scribere ubicunque essem, sic iam notifico vobis quod audivi de morte unius excellentissimi Theologi, qui vocatur magister noster Heckman de Franconia, qui fuit unus principalis vir, et tempore meo fuit ibi rector, et fuit profundus argumentator in via Scoti, et fuit inimicus omnium poetarum secularium, et fuit vir zelosus et libenter celebravit missas; et quando tenuit rectoratum Viennę, tunc servavit supposita in magno rigore, et fuit laudabilis. Semel venit unus socius ex Moravia, quando ego fui Viennę, qui debet esse poeta et scripsit etiam metra, et voluit legere artem metrificandi, et non fuit intitulatus. Tunc ipse magister noster Heckman prohibuit ei, et ipse fuit ita prętensus quod non voluit curare mandatum eius; tunc rector prohibuit suppositis quod non deberent visitare eius lectionem; tunc ille ribaldus accessit rectorem et dixit ei multa superba dicta, et tibisavit eum: tunc ipse misit pro famulis civitatis et voluit eum incarcerare, quia fuit magnum scandalum quod simplex socius deberet tibisare unum rectorem universitatis qui est magister noster; et cum hoc ego audio quod ille socius neque est baccalaurius neque magister, nec est aliquo modo qualificatus seu graduatus, et incessit sicut bellator, vel qui vult ambulare ad bellum, et habuit pileum et longum cultrum in latere. sed per deum ipse fuisset incarceratus si non habuisset notos in civitate. Ego doleo maxime si est verum quod ille vir est defunctus, quia fecit mihi multa bona quando fui Viennę; et propterea feci ei epitaphium tale:

Qui iacet in tumulis, fuit inimicus poetis,
Et voluit eos expellere, quando voluerunt hic practicare,
Sicut nuper unus socius, qui non fuit intitulatus,
Veniens ex Moravia, et docens facere metra:
Quem voluit incarcerare, propter suum tibisare:
Sed quia nunc est mortuus, in Vienna sepultus,
Dicatis bis vel ter, pro eo Pater noster.

---

5 M. *1...3.* 6 S.D. *1...3.* 7 M. *1...3.* 8 fcbm qb *2.* 12.13 *p*fuudus *3.* notus *2.* 33 non *omis. 3.* 35 Qnem *2.*

Digitized by Google

Fuit hic nuncius qui portavit nova quę sunt mala si sunt vera, quod causa vestra non bene stat in curia romana; sed ego non credo, quia isti nuncii dicunt etiam multa mendacia. poetę bene murmurant hic contra vos, et dicunt quod volunt defendere doctorem Reuchlin cum suis carminibus; sed quia vos etiam estis poeta quando vultis, credo quod bene manebitis prę ipsis. Tamen debetis mihi scribere quomodo stat negocium. si tunc possum adiuvare vos, tunc habebitis me fidelem socium et adiutorem. Valete ex Nurenberga.

15.

Guilhelmus Scherscleifferius
salutem dicit
Magistro Ortvino.

Valde miror, venerabilis vir, quare mihi non scribitis, et tamen scribitis aliis qui non scribunt vobis ita sępe sicut ego scribo vobis. Si estis inimicus meus quod non vultis mihi amplius scribere, tunc scribatis mihi tamen quare non vultis mihi amplius scribere, ut sciam quare mihi non scribitis, cum ego semper scribo vobis, sicut etiam nunc scribo vobis, quamvis scio quod non eritis mihi rescribere. Verumtamen oro vos prę-cordialiter quod velitis mihi tamen scribere, et quando semel scripsistis mihi, tunc ego volo vobis decies scribere, quia libenter scribo amicis meis, et volo me exercitare in scribendo, ita quod possum eleganter dictamina et epistolas scribere. ego non possum cogitare quid est in causa quod non scribitis mihi. Et conquestus sum nuper quando hic fuerunt aliqui Colonienses, et interrogavi: 'Quid facit tamen magister Ortvinus, quod non scribit mihi? ipse non scripsit mihi in duobus annis; dicatis tamen ei quod scribat mihi, quia libentius vellem suas litteras legere, quam mel comedere; et ipse fuit olim amicus principalis'. Et interrogavi etiam quomodo transit vobis in illa lite cum doctore Reuchlin. Tunc dixerunt quod ille iurista scit vos circumducere cum sua arte. Tunc optavi quod dominus deus velit dare vobis suam gratiam quod eritis victor. si vultis mihi scribere, tunc etiam debetis mihi de illo scribere, quia vellem libenter scire. Isti iuristę vadunt hic et dicunt: 'Doctor Reuchlin habet bonum negocium, et Theologi in Colonia fecerunt ei iniuriam'. Et per deum ego timeo quod ecclesia potest in scandalum venire, si ille liber Speculum oculare non comburitur, quia habet multas propositiones irreverentiales, et contra fidem catholicam. Et si non cogitur ille iurista ad revocationem, tunc alii etiam tentabunt sic scribere in Theologia, quamvis non sciunt, et neque studuerunt

---

[11] S. D. *1...3.* [12] M. *1...3.* [27] *Expectaveris* mihi *post* ipse *aut* meus *post* olim.

Digitized by Google

in via Thomę, neque in via Alberti neque Scoti; et etiam non sunt illuminati in fide per gratiam spiritussancti. Quia unusquisque debet manere in facultate sua, et non debet mittere falcem in messem alterius. quia sutor est sutor et sartor est sartor, et faber est faber. Et non staret bene si unus sartor vellet facere calceos vel stamulta. Vos debetis audacter defendere vos et sacram Theologiam, et etiam ego orabo deum pro vobis, quod velit vobis tribuere gratiam suam, et illuminare vestrum intellectum, sicut fecit antiquis patribus, ne diabolus prevaleat cum suis servitoribus contra iustitiam. Sed scribite mihi tamen propter deum quomodo statis: vos facitis mihi magnam angustiam et non indigetis. Sed pro nunc commendo vos domino deo. Valete in Christo. Datum Franckfurdię.

16.

Mattheus Mellilambius

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio.

Quoniamquidem semper fui amicus vestrę dominationis et procuravi vestrum bonum: ergo etiam nunc volo vos in vestris adversitatibus cavisare, et volo in vestra fortuna esse lętus, et in infortunio tristis: quia vos estis amicus meus, et cum amicis debemus esse lęti quando lętantur, et contristari quando tristantur, ut scribit Tullius, quamvis est gentilis et poęta. Igitur manifesto vobis quod hic habetis unum inimicum valde malitiosum, qui dicit multa vituperia contra dominationem vestram; et presupponit multa extollens se in superbia sua, et dicit coram omnibus quod estis spurius, et mater vestra est meretrix, et pater vester presbyter. Tunc ego steti pro vobis, et dixi: 'domine baccalaurie, vel qualiter estis qualificatus, vos estis adhuc iuvenis et non deberetis vituperare magistros. Quia, ut scriptum habetur in evangelio: „Non est discipulus super magistrum". sed vod estis adhuc discipulus, et dominus Ortvinus est magister octo vel decem annorum; et ergo non estis sufficiens ad vituperandum unum magistrum vel virum in tali dignitate constitutum; alias etiam invenietis aliquem qui vituperabit vos, etiam si essetis adhuc ita superbus. vos debetis habere verecundiam, et non facere talia'. Tunc ipse dixit: 'ego loquor veritatem, et scio probare dicta mea et non volo vos respicere, quia Ortvinus est spurius, et quidam lansmannus suus dixit mihi pro vero, quia novit eius parentes, et etiam ego volo scribere hoc doctori Reuchlin, quia adhuc non scit. Sed quare velletis me vituperare? vos nihil scitis de me'. Tunc ego dixi: 'Ecce, domini socii, iste pretendit se

---

14 S.D. *1...3.* 15 M. *1...3.* Gra. *1...3.* 28 . Sz *1.2.* . Sed *3.*

Digitized by Google

esse sanctum, quia dicit quod non potest vituperari et quod nihil mali fecit, sicut ille phariseus qui dixit quod ieiunaret bis in sabbato'. Tunc ipse fuit iratus et dixit: 'Ego non dico quod non peccavi, quia hoc esset contra psalmistam qui dicit: „Omnis homo mendax", et exponit glosa „id est peccator". sed dixi quod non debetis seu potestis me vituperare quantum ad generationem de patre et matre. Sed Ortvinus est spurius et non est legitimus: ergo est vituperabilis, et ego volo eum vituperare in eternum'. Tunc ego dixi: 'non faciatis, quia dominus Ortvinus est excellens vir et potest se defendere'. ipse vero dixit adhuc plura scandala de matre vestra, quod sacerdotes et monachi et equestres et rustici in campo et in stabulo, et alibi supposuerunt eam. Et ego habui ita magnam verecundiam quod non creditis. sed non possum vos defendere, quia non vidi patrem vestrum et matrem: quamvis credo firmiter quod sunt honesti et probi. Sed scribatis mihi quomodo est: tunc ego volo seminare vestram laudem hic. Etiam dixi sibi: 'vos non debetis talia dicere, quia ponamus casum quod magister Ortvinus sit spurius, tamen fortassis est legitimatus; et si est legitimatus, tunc non est amplius spurius, quia summus pontifex habet potestatem ligandi et solvendi, et potest unum spurium facere legitimum, et econtra. Sed ego volo probare ex evangelio, quod estis dignus vituperari. Quia scriptum est: „qua mensura mensuraveritis, eadem mensurabitur et vobis". sed vos mensuratis mensura vituperationis: ergo etiam sic debet mensurari vobis. Etiam probo per aliud: quia dicitur a domino nostro Iesu Christo: „Nolite iudicare ne iudicemini": sed vos iudicatis alios et vituperatis eos: ergo etiam debetis iudicari et vituperari'. Tunc ipse dixit quod mea argumenta sunt frascarie et non habent effectum. et fuit ita contumax quod dixit, etiam si papa fecisset unum filium extra matrimonium, et postea legitimaret eum, quod tamen coram deo non esset legitimus, sed ipse vellet eum tenere pro spurio. Ego credo quod diabolus est in istis ribaldis quod ita vituperant vos. quapropter scribatis mihi quod possum vestrum honorem defendere: quia esset scandalum quod doctor Reuchlin sciret de vobis quod essetis spurius. sed dato quod sitis, tamen ille non potest sufficienter probare, et si videtur vobis bonum, tunc volumus citare ipsum ad curiam romanam, et cogere quod debet facere revocationem, sicut sciunt iuristę concludere; et possumus eum facere irregularem, et per procuratorem possumus tribulare eum, et accipere eius beneficia si incurrerit irregularitatem, quia habet unum canonicatum hic Maguntię, et unam parrochiam alibi. et non habeatis mihi pro malo quod scribam vobis quid audivi, quia puto optime. Et valete in domino deo qui custodiat omnes vias vestras. Datum Maguntię.

---

5 . Sed *1...3.* 7 legittim' *2.* 26 . Etiā ſi *1.*

Digitized by Google

17.

Magister Ioannes Hipp
salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio.

'Lętamini in domino et exultate iusti, et gloriamini omnes recti corde', Psalm. XXXI. Sed ne habeatis molestiam dicentes: 'quid putat iste cum sua allegatione?' debetis legere unam novitatem cum lętitia, quia hilarabit vestram dominationem mirabiliter; et volo scribere cum brevibus verbis. fuit hic unus poeta qui vocatur Ioannes Esticampianus, et ipse fuit satis prętensus, et parvipendit sępe magistros artium, et annihilavit eos in sua lectione, et dixit quod non sunt sufficientes, et quod unus poeta valet decem magistros, et quod poetę in processione deberent prącedere magistros et licentiatos. Et ipse legit Plinium, et alios poetas, et dixit quod magistri artium non sunt magistri in septem artibus liberalibus, sed potius in septem peccatis mortalibus, et non habent bonum fundamentum, quia non didicerunt poetriam, sed tantum sciunt Petrum Hispanum, et Parva loicalia; et habuit multos auditores et domicellos. et dixit, quod nihil est cum Schotistis et Thomistis, et emisit blasphemias contra doctorem sanctum. Tunc magistri expectaverunt suum tempus ut vindicarent se cum adiutorio dei. et deus voluit quod ipse semel fecit unam orationem, et scandalizavit magistros, doctores, et licentiatos, et baccalaurios, et laudavit suam facultatem, et vituperavit sacram Theologiam. Et fuit magna verecundia inter dominos de facultate. Et collegerunt magistri et doctores concilium et dixerunt: 'Quid facimus? quia hic homo multa mira facit: si dimittimus eum sic, omnes credent quod est doctior nobis. Ne forte veniant moderni et dicant quod sunt de meliori via quam antiqui, et vilificabitur nostra universitas, et fiet in scandalum'. Et dixit magister Andreas Delitzsch, qui est etiam alias bonus poeta, quod videtur sibi, quod Esticampianus est in universitate tanquam quinta rota in curru, quia impedit alias facultates, quod supposita non possunt bene in eis qualificari. Et alii magistri iuraverunt quod est ita. et summa summarum ipsi concluserunt quod vellent relegare vel excludere istum poetam, etiam si deberent in perpetuum habere inimicitiam. Et citaverunt eum ad rectorem et monuerunt eum in valvis ecclesię; et ipse comparuit et habuit unum iuristam secum, et prętendit se defendere, et habuit etiam alios socios qui steterunt cum eo. Et magistri dixerunt quod deberent abire, quia alias essent periuri, quia starent contra universitatem. Et magistri fuerunt fortes in bello, et permanserunt con-

---

[2] M. *1...3.* [3] S.D. *1...3.* [4] M. *1...3.* [5] rcti *2.* [7] leticia *3.* [10] anhilauit *3.* [15] pctis *2.* [17] logicalia *2.* domicillos *2.*

Digitized by Google

stantes, et iuraverunt quod vellent nemini parcere propter iustitiam, et aliqui iuristę et curiales rogaverunt pro eo. Et domini magistri dixerunt quod non est possibile, quia habent statuta, et secundum statuta debet relegari. Et quod est mirabile, etiam princeps petivit pro eo, et nihil iuvit, quia dixerunt ad ducem quod oportet servare statuta universitatis. quia statuta in universitate sunt sicut ligatura in libro. quia si ligatura non esset, tunc folia caderent hincinde. et si statuta non essent, tunc non esset ordo in universitate, et supposita starent in discordia, et fieret confusum chaos: ergo deberet procurare bonum universitatis, sicut fecisset pater suus. Tunc princeps permisit sibi persuadere, et dixit quod non potest facere contra universitatem. et quod expedit plus quod unus relegatur quam quod tota universitas patitur scandalum. et domini magistri fuerunt optime contenti, et dixerunt: 'Domine princeps, deo gratias de bona iustitia'. Et rector affixit unum mandatum in valvis ecclesię, quod Esticampianus est relegatus ad decem annos. et auditores sui fecerunt multa verba, et dixerunt quod domini de consilio fecerunt iniuriam Esticampiano. sed ipsi domini dixerunt quod non vellent dare unum obulum pro eo. et aliqui domicelli dixerunt quod Esticampianus vellet istam iniuriam vindicare, et vellet citare universitatem ad Curiam Romanam. Tunc magistri riserunt et dixerunt: 'Ila quid vellet facere iste ribaldus?' Et debetis scire quod nunc est magna concordia in universitate. Et magister Delitzsch legit in arte humanitatis. Et similiter magister Rotburgensis, qui composuit unum librum bene in triplo ita magnum sicut est Virgilius in omnibus suis operibus. Et posuit multa bona in illo libro, etiam pro defensione sanctę matris ecclesię, et de laudibus sanctorum. Et commendavit nostram universitatem principaliter, et sacram theologiam, et facultatem artistarum, et reprehendit illos poetas seculares et gentiles. Et domini magistri dicunt quod sua metra sunt ita bona sicut metra Virgilii, et non habent aliqua vitia, quia ipse perfecte scit artem metrificandi, et ante .xx. annos fuit bonus metrista. Quapropter domini de consilio permiserunt, quod ipse debet istum librum publice legere pro Terentio, quia est magis necessarius quam Terentius, et habet bonam christianitatem in se, et non tractat de meretricibus et bufonibus, sicut Terentius. Vos debetis hęc nova manifestare in vestra universitate; tunc fortassis etiam fiet sic Buschio, sicut factum est Esticampiano. Quando mittitis mihi vestrum librum contra Reuchlin? Vos dicitis multa et nihil est. Et scripsistis mihi quod vultis mihi veraciter mittere, et non facitis. Deus parcat vobis, quod non diligitis me, sicut et ego diligo vos, quia estis mihi sicut cor meum. Sed adhuc mittatis mihi, quia desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum,

---

13 optime *omis. 2.* 14 iusticia *2.* 16 dūi *2.* 21 Delitsch *1. 2.* 32 . Et *1...3.*

Digitized by Google

id est istum librum legere. Et scribite mihi novitates. Et semel componite unum dictamen, vel aliqua metra de me si sum dignus. Et valete in Christo domino deo nostro, per omnia sęcula sęculorum Amen.

18.

Magister Petrus Negelinus

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio.

Quamvis valde timeo esse ita audax, quod debeo vobis ostendere unum dictamen a me compositum, quia vos estis valde artificialis in compositione metrorum et dictaminorum; sed ego sum sicut pusillus, et sicut dicit Hieremias: 'A, a, a, domine, nescio loqui, quia puer ego sum'. Namque ego nondum habeo bonum fundamentum, et non sum perfecte instructus in arte poetria et Rhetorica. Attamen quia dixistis olim, quod deberem vobis componere omni modo unum carmen et mittere ad vos, tunc velletis mihi illud emendare, et ostendere ubi sunt vitia: tunc ego cogitavi nuper: 'Ecce iste est prȩceptor tuus, et bene putat tecum, et tu deberes ei obedire. Ipse etiam potest te promovere in his, et in omnibus. Et tu poteris crescere in doctum virum, si vult dominus deus, et potest tibi bene succedere in tuis negociis. Quia legitur in .I. libro Regum: „Plus valet obedientia quam victima".' Quapropter mitto vobis hic unum poema per me compilatum in laudem sancti Petri, et unus componista qui est bonus musicus in cantu chorali et figurali, composuit mihi quattuor voces super illud. Et ego feci magnam diligentiam quod potui ita rigmizare, sicut est rigmizatum: quia illa carmina sonant melius, sicut partes Alexandri sunt compilatę. Sed nescio an habent vitia. Vos debetis illa scandere secundum artem metrificandi, et emendare.

Carmen novum magistri Petri Negelini in laudem sancti Petri incipit.

Sancte Petre domine nobis miserere,
Quia tibi dominus dedit cum istis clavibus
Potestatem maximam, necnon specialem gratiam
Super omnes sanctos: quia tu es privilegiatus,
Quod solvis est solutum, in terris et per cęlum,
Et quicquid hic ligaveris, ligatum est in cęlis.

---

[5] M. *1...3.* [6] S.D. *1...3.* [7] M. *1...3.* Gr. *1.* Gra. *2.* Gratio *3.* [10] . S3 *1. 2.* . Sed *3.* [13] Retorica. *3.* [15] . Tũc *1...3.* [23] rigmifare *2.* rigmifatum *2.* [25] fcbm *2.* [27] M. P. *2.* [31] fpetialem *2.*

Digitized by Google

Ergo te oramus, necnon devote supplicamus,
Ut ores pro nostris peccatis, propter honorem universitatis.

Ipsi dicunt quod doctor Reuchlin, qui hebraice vocatur Ioannes Capnion, acquisivit unam sententiam pro se in Spira, sed magistri nostri de ordine prędicatorum dicunt, quod non nocet, quia ille episcopus non habet intelligentiam in sacra theologia. Et magister noster Hochstratus est in Curia Romana, et est bene visus apud dominum apostolicum. Et etiam habet sufficientiam in pecuniis et in aliis. Ego vellem dare quattuor grossos quod scirem veritatem: vos debetis mihi scribere. Sancte deus, quid est quod non mittitis mihi semel unam litteram? Tamen ego habeo libenter quando scribitis mihi. Valete, et dignemini mihi salutare magistrum nostrum Valentinum de Gelterßheym, et magistrum nostrum Arnoldum de Tungaris in bursa Laurentii, et magistrum nostrum Remigium, et dominum Rutgerum, in bursa montis licentiatum, et prope diem magistrum nostrandum, necnon dominum Ioannem Pfefferkorn virum zelosum, et alios qui sunt bene qualificati in theologia, et in artibus. Et valete in nomine domini. Datum in Treviris.

19.

Stephanus Calvastrius

Baccalaurius

Magistro Ortvino Gratio

Salutem cum humilitate erga vestram maioritatem. Venerabilis domine magister: venit huc unus socius qui portavit certa carmina, et dixit quod vos composuistis illa, et intimastis in Colonia: tunc unus poeta hic qui habet magnam laudem, sed non est bene christianus, vidit illa et dixit quod non sunt bona, et quod habent multa vitia: et ego dixi: 'si magister Ortvinus composuit, tunc non habent vitia, hoc est certum': et volui impignorare tunicam meam, quod si illa metra haberent vitia, tunc vos non composuissetis: sed si vos composuissetis, tunc non haberent vitia: et mitto vobis ista carmina quod videatis an vos finxistis illa, et scribatis mihi. Et est illud carmen scriptum in morte magistri nostri Sotphi in bursa Kneck, qui olim composuit glosam notabilem, et nunc prohdolor est mortuus. Requiescat in pace. Et est sic initiatum:

Hic obiit unum solennissimum suppositum,
Per spiritumsanctum universitati natum,

---

[12] Gelterſheym 2.

[18] Hæc epistola 19. repetita est infra vol. II. post num. 62. [21] M. *1...3.* Gr. *1. 2.* Gra. *3.*

Digitized by Google

Quod rexit in bursa Kneck,
Do macht er die copulat von stuck zu stuck.
O si potuisset diutius vivere
Et plus in glosa notabili scribere:
Tunc adiuvasset hanc universitatem
Et docuisset scholares bonam latinitatem:
Sed nunc postquam decessit
Et Alexandrum nondum satis expressit,
Universitas luget suum membrum
Tanquam unam lucernam vel candelabrum,
Quod longe lateque luxit
Per doctrinam quę ab eo fluxit:
Nemo tam bene scripsit constructiones
Et confundebat poetas illos bufones,
Qui non recte discunt grammaticam,
Per logicam scientiarum scientiam;
Et in fide non sunt illuminati,
Ideo a sancta ecclesia alienati;
Et si non volunt recte opinari,
Tunc debent per Hochstratum concremari,
Qui Ioannem Reuchlin iam citavit
Et in iudicio mirabiliter tractavit.
Sed tu audi, deus omnipotens,
Quod ego oro supplex ac flens:
Da mortuo membro favorem sempiternum
Et mitte poetas ad infernum.

Mihi videtur quod est optimum carmen, sed non scio quomodo debeo scandere, quia est mirabile genus, et ego tantum scio scandere hexametra. Non debetis pati quod aliquis reprehendit vestra carmina: et igitur scribatis mihi: tunc ego volo vos defendere usque ad duellum. Et valete ex Monasterio in Westphalia.

---

[2] *von kot zu dreck* edd. post exemplum a. 1556. in 16°. publicatæ, et ita est in exemplo vol. II. post ep. 62. repetito; in exemplo huius primi voluminis quod a. 1556. in 8°. prodiit, est, ut in *1...3.*, *võ fluck zu fluck*. [3] diutius *2.* [28] hexametra. *2.*

Digitized by Google

20.

Ioannes Lucibularius
Magistro Ortvino Gratio

Salutes quas nemo potest numerare. Venerabilis domine magister: secundum quod promisistis mihi prius, quod velletis mihi esse adiutorium quandocunque haberem necessitatem, et velletis me promovere prę omnibus aliis, et dixistis quod audacter deberem vos invocare, tunc velletis mihi suppetiare sicut fratri, et non velletis me derelinquere in angustiis meis: sic nunc rogo vos pro amore dei, quia est valde necesse, quod velletis mihi subvenire, quia potestis bene. Rector hic licentiavit unum collaboratorem, et vult habere unum alium: quapropter velitis pro me scribere litteras promotoriales quod velit seu dignetur me acceptare. Quia iam non habeo amplius de pecunia, quia exposui omnia, et etiam emi libros et calceos. Vos bene novistis me quod sum sufficiens de gratia dei. Quia quando vos fuistis Daventrię, tunc ego fui secundarius; et postea in Colonia steti per annum, ita quod complevi pro gradu baccalauriatus; et fuissem etiam promotus circa festum Michaelis, si habuissem pecuniam. Etiam scio scholaribus resumere Exercitium puerorum, vel Opus minus secundę partis; et scio artem scandendi ut vos docuistis me, et Petrum Hispanum in omnibus tractatibus, et Parvulum philosophię naturalis. Etiam sum cantor et scio Musicam choralem et figuralem, et cum hoc habeo vocem bassam, et possum cantare unam notam infra gammaut. Sed non scribo vobis talia iactanter, et ideo parcatis mihi, et sic commendo vos omnipotenti deo. Valete. Ex Suollis.

21.

Magister Conradus de Zuiccavia
salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio.

Sicut enimvero scripsistis mihi nuper de vestra amasia quomodo amatis eam intime, et etiam ipsa amat vos, et mittit vobis serta, et faciletas, et zonas, et talia, et non accipit pecuniam a vobis sicut meretrices; et quando vir eius est extra domum, tunc acceditis eam, et ipsa bene est contenta; et nuper dixistis mihi quod pro una vice ter supposuistis eam, et semel stando retro ianuam in introitu, postquam cantastis: 'Attollite portas prin-

---

20. [2] Lucibulauius *2.* lucibulairus *3.* [3] M. *1.* Gra. *1...3.* [5] ꝑmiſiſti *3.* [7] . Et *1...3.*

[26] M. *1...3.* [27] S.D. *1...3.* [28] M. *1...3.* Gra. *1...3.* [31] . Et *1...3.*

Digitized by Google

cipes vestras'. Et postea vir eius venit, et vos fugistis posterius per hortum. Sic etiam nunc volo vobis scribere quomodo succedit mihi cum mea amasia. Ipsa est valde excellens mulier, et est dives, et venit mirabiliter quod ego acquisivi notitiam cum ea, quia quidam domicellus qui fuit notus pontifici, promovit me. Et ego statim incepi eam valde amare, ita quod non scivi aliquid facere in die, et de nocte non potui dormire. Sed quando dormivi, tunc clamavi in lecto: 'Dorothea, Dorothea, Dorothea', ita quod socii qui stant in bursa audiverunt: et surrexerunt et dixerunt mihi: 'Domine magister, quid vultis quod sic clamatis? Si vultis confessionem facere, tunc volumus afferre sacerdotem'; quia putaverunt quod essem in articulo mortis, et invocarem sanctam Dorotheam cum aliis sanctis. Et ego erubescui valde. Sed quando veni ad illam amasiam, tunc semper fui ita perterritus, quod non potui eam aspicere, et fui rubicundus: tunc ipsa dixit: 'Ah domine Magister, quare estis ita verecundus?' Et sępe interrogavit me rationem. Et ego dixi quod non audeo dicere: sed ipsa voluit scire, et non voluit me dimittere, nisi vellem dicere ei; et dixit quod non vellet irasci super me, etiam si dicerem unam magnam nequitiam. Tunc semel fui audax, et revelavi ei secreta mea. Quia vos dixistis mihi olim, quando legistis Ovidium de arte amandi, quod amatores debent esse valde audaces sicut bellatores, alias nihil est cum ipsis. Et dixi ei: 'Domina mea reverenda, parcatis mihi propter deum, et propter honorem omnem vestrum, ego amo vos, et elegi vos prę filiis hominum, quia vos estis pulchra inter mulieres, et macula non est in vobis. Quia vos estis speciosissima sicut est una in toto mundo'. Tunc ipsa risit et dixit: 'Per deum, vos scitis amicaliter loqui, si ego vellem credere'. Et postea sępe veni in domum eius et bibi cum ea. Et quando fuit in ecclesia, tunc steti ita quod potui aspicere eam; et ipsa etiam aspexit me quasi vellet me transvidere. Et nuper rogavi eam valde quod vellet me habere commendatum: tunc dixit quod non amarem eam. Et ego iuravi quod amarem eam sicut propriam matrem, et vellem omnia facere ad servitium eius, etiam si solveret mihi vitam. Tunc respondit illa pulchra amasia mea: 'Ego bene volo videre an est ita', et fecit unam crucem ad domum suam cum creta, et dixit: 'Si amatis me, tunc semper de sero quando est tenebrosum, debetis osculare illam crucem propter me'. Et ego feci taliter per multos dies. Tunc semel venit unus, et permerdavit mihi crucem, et ego osculando maculavi os, et dentes, et nasum. Et fui valde iratus super eam. Sed ipsa iuravit ad sancta sanctorum quod non fecisset; et ego credo, quia per deum alias est honesta. Et imaginavi mihi unum socium, qui debet fecisse. Et si possum perscrutare, dico vobis quod debet habere retributionem suam. Sed iam habet amicabiliores gestus erga me quam antea. Et spero quod supponam eam. Dudum aliquis dixit ei, quod sum poeta, et ipsa dixit: 'Ego audivi quod estis bonus poeta: ergo debetis mihi semel scribere unum

Digitized by Google

carmen: et ego feci illud, et cantavi de sero in platea quod ipsa audivit; et postea exposui ei teutonice; et est hoc:

O alma Venus, amoris inventrix et dominatrix,
Quare tuus filius est inimicus meus?
O pulchra Dorothea, quam ego elegi amicam,
Fac mihi etiam sic qualiter ego tibi:
Pulchrior es tu inter omnes huius urbis puellas,
Et splendes sicut stella, et rides sicut rosa.

Ipsa dixit quod vult per suam vitam servare illud propter me. Vos debetis mihi dare consilium quomodo debeo me regere, et quomodo debeo facere quod amat me. Et parcatis mihi quod fui ita grossus scribendo ad dominationem vestram. Quia est consuetudo mea quod sum socialis cum amicis meis. Vale in nomine benedicti. Ex Lyptzick.

22.

Gerhardus Schirruglius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem dicit variam per domini nostri gloriam,
Qui resurrexit a mortuis, et nunc sedet in cęlis.

Honorande vir, notifico vobis quod non sum libenter hic, et pęnitet me quod non mansi Colonię apud vos, ubi potui melius proficere. Et vos potuissetis me facere bonum loicum, et etiam pro parte poetam. Et in Colonia sunt homines devoti, et libenter visitant ecclesias, et in dominica vadunt ad sermonem. Et non est tanta superbia sicut hic. Supposita non faciunt reverentiam magistris, et magistri non habent advertentiam ad supposita, et mittunt eos ire quomodo volunt; et non portant caputia. Et quando sunt in zechis ad vinum, tunc iurant per deum, et blasphemant et faciunt multa scandala. Sicut nuper unus dixit quod non credit, quod tunica domini in Treveris essèt tunica domini, sed una antiqua et pediculosa vestis: et non credit etiam quod crinis beatę virginis est adhuc in mundo. Et unus alter dixit, quod possibile est, quod tres reges in Colonia sunt tres rustici ex Vestphalia; et quod gladius et clipeus sancti Michaelis non sunt ad sanctum Michaelem. Etiam dixit quod vellet merdare super indulgentias fratrum prędicatorum, quia ipsi essent bufones, et deciperent mulieres et rusticos. Tunc ego dixi: 'Ad ignem, ad ignem cum isto hęretico': et ipse derisit me. Ego vero dixi: 'tu ribalde, tu deberes talia dicere, quod magister noster Hochstratus in Colonia audiret, qui est inquisitor hęreticę pravitatis'. Tunc dixit: 'Hochstratus est una execrabilis et male-

16 M. *1...3.* 24 . Et *1...3.* 26 plaſphemant *3.* 31 . Et q *1...3.*

Digitized by Google

dicta bestia'; et maledixit ei et dixit: 'Ioannes Reuchlin est probus vir, et theologi sunt diaboli, et iniuste iudicaverunt quando combusserunt suum librum qui vocatur Speculum oculare'. Tunc ego respondi: 'Noli dicere hoc, quia scriptum habetur in Ecclesiastico capite VIII.: „Non iudices contra iudicem, quia secundum quod iustum est iudicat". Tu vides, quod universitas Parrhisiensis, ubi sunt theologi profundissimi et zelosi, et qui non possunt errare, etiam iudicaverunt ita sicut Colonienses; quare ergo vis esse contra totam ecclesiam?' Tunc ipse dixit quod Parrhisienses essent iniquissimi iudices, et quod acceperunt pecuniam a fratribus de ordine prędicatorum, quam portavit ipsis (ut ille nequam mentitur) zelosus vir et theologus scientificissimus, dominus Theodericus de Ganda, legatus universitatis Coloniensis. Et adhuc dixit quod ista non est ecclesia dei, sed est illa de qua dicit Psalmista: 'Odivi ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebo'. Et culpavit magistros nostros in Parrhisia in omnibus actibus suis. Et dixit quod universitas Parrhisiensis esset mater omnis stultitię, quę haberet ibi originem, et venisset in Alemaniam et Italiam; et quod illa schola seminasset undique superstitionem et vanitatem. Et frequenter omnes qui student in Parrhisia, habent mala capita, et sunt quasi fatui. Et dixit quod Thalmut non est ab ecclesia damnatus. Tunc sedit ibi magister noster Petrus Meyer plebanus in Franckfurdia, et dixit: 'Ibi ego volo ostendere quod iste socius non est bonus christianus, et non sentit recte cum ecclesia. Sancta Maria, vos socii vultis multum loqui de theologia, et non scitis. Quia etiam Reuchlin ignorat, ubi scriptum est quod Thalmut est prohibitus'. Tunc ille socius quęsivit: 'Ubi et scriptum?' Et dixit magister noster Petrus quod legitur in Fortalitio fidei. Respondit ille trufator, quod Fortalitium fidei est merdosus liber, et non valet; et quod nemo allegat istum librum nisi stultus et fatuus. Et ego fui perterritus, quia valde iratus fuit magister noster Petrus, ita quod tremuerunt ei manus; et ego timui quod noceret ei, et dixi ei: 'Domine eximie, estote patiens, quia qui patiens est, multa gubernatur sapientia. Proverbiorum XIII. Permittatis istum, quod peribit sicut pulvis a facie venti. Ipse dicit multa, et tamen nihil scit. Et sicut scribitur in Ecclesiastico: „Stultus verba multiplicat", ita ipse etiam facit'. Tunc ipse prochdolor incepit multa dicere de ordine prędicatorum, quomodo isti probi fratres fecerunt unam nequitiam in Berna; quod ego non credo per vitam meam; et quomodo fuerunt combusti, et quod ipsi semel imposuerunt venenum in sacramento eucharistię, et sic interfecerunt unum imperatorem. Et dixit quod oportet istum ordinem delere; alias fient multa scandala in fide, quia omnis malitia est in illo ordine; et alia multa dixit. Ergo debetis aperte scire quod vellem liben-

---

[1] Io. Renchlin 2. [5] ſcd̄m 2. [13] p̄s. 1. 3. Pſal. 2. [20] Francfurdia: 3. [23] vgi 2. [29] dixit 2. [30] XIII.] *immo* XIIII. 29. [33] phdolor 2.

Digitized by Google

ter redire ad Coloniam, quia quid debeo facere cum talibus maledictis hominibus? Veniat mors super illos, et descendant ad infernum viventes, ut inquit Psalmista, quia sunt filii diaboli. Si videtur vobis, tunc prius volo accipere gradum: si non, tunc volo abire statim. Ergo debetis mihi cito scribere mentem vestram; secundum illam volo me regere; et cum hoc commendo vos domino deo. Valete. Ex Moguntia.

23.

Ioannes Vickelphius

humilis sacrę Theologię professor

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio

poetę et Theologo, etc.

Quoniamquidem olim fuistis dicipulus meus in Daventria, et ego amavi pro tunc vos ante omnes scholares, quia habuistis bonum ingenium et fuistis valde disciplinatus iuvenis, quapropter nunc etiam volo vobis dare consilium ubicunque possum. Sed vos debetis etiam bono animo accipere, quia deus est scrutator cordium et scit quod ego loquor vobis ex dilectione, et pro salute animę vestrę. Fuerunt hic aliqui Colonienses qui dixerunt quod habetis Colonię unam mulierem quę est sępe apud vos, et vos apud ipsam, et dicunt veraciter quod habetis actum cum ipsa. et ego dolui valde cum magno terrore quando audivi, quia est magnum scandalum, si verum est, quia estis graduatus, et pro tempore ascendetis etiam ad altiora, scilicet ad gradus in sacra Theologia: et quando talia audiuntur de vobis, tunc dant malum exemplum iunioribus, qui peiorantur exinde. Vos tamen bene legistis in Ecclesiastico: 'Propter speciem mulieris multi perierunt, et ex hac concupiscentia quasi ignis ardesci'. Et in Ecclesiaste: 'Averte faciem tuam a muliere compta, et ne circumspicias speciem alienam'. Et ibidem: 'Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius'. Vos scitis etiam quod maximum peccatum est fornicatio. Sed cum hoc audio quod illa mulier est legitima et habet virum. Propter deum dimittatis eam, et respiciatis famam vestram. Est scandalum quod homines debent dicere quod Theologus est adulter. quia alias habetis satis bonam famam, et omnes dicunt quod estis bene qualificatus, sicut etiam ego scio. Vos deberetis quotidie semel habere unam devotam recordationem passionis dominicę, quia illud est magnum remedium contra

---

2 viuententes: *3.* 6 ex Maguntia. *3.*

10 S.D. *1...3.* 11 M. *1...3.* 14 ptūc *2.* 26 Ecclesiaste] *immo* Ecclesiastico IX. 8. Eccl'. *3.* 34 fil' *3.*

Digitized by Google

tentationes diaboli, et stimulum carnis, et petere in orationibus vestris, quod dominus velit vos custodire a malis cogitationibus. Ego credo quod talia legistis in poetis secularibus, et peioratis vos inde. et ergo vellem quod dimitteretis illos poetas, quia scitis quod sanctus Hieronymus fuit percussus ab angelo, quia legit in libro poetarum. Et Daventrię sępe dixi etiam vobis quod non deberetis fieri poeta vel iurista, quia isti sunt male affectionati in fide, et habent quasi omnes malam dispositionem in moribus. Et de illis loquitur Psalmista: 'Odisti omnes observantes vanitatem supervacue'. Etiam de alio volo scribere vobis. Ipsi dicunt quod vos scripsistis contra Ioannem Reuchlin in causa fidei; et est bonum, quia vultis lucrari super talentum vestrum quod tradidit vobis deus. Sed dicitur hic quod Ioannes Pfefferkorn, quem etiam defenditis vos, est malus nequam, et non est factus christianus amore fidei, sed propterea quod Iudęi voluerunt eum suspendere propter suas nequitias, quia dicunt quod est fur et proditor, et sic fuit baptizatus; et omnes dicunt quod occulte est malus christianus, et non manebit in fide. ergo debetis videre quid facitis. Iam combusserunt in Hallis unum baptizatum Iudęum qui etiam vocatur Ioannes Pfefferkorn, et fecit multa mala. Ego timeo quod ille faciet semel talia, tunc vos male staretis. Sed nihilominus debetis defendere Theologiam. et accipite in bonam partem quod fraterne consului vobis: et Valete in bona prosperitate. Datum Madepurck.

24.

Paulus Daubengigelius
salutem dicit plurimam
Magistro Ortvino Gratio.

Ecce si ego sum mendax sicut nuper dixistis, quod promitterem vobis semper quod vellem vobis scribere et tamen non scriberem vobis. Iam volo probare quod teneo vobis fidem, quia vir maturus et rectus nihil debet promittere quod non vult servare. Et esset magna inconstantia de me si non servarem vobis promissa, et essem fallax. Vos debetis similiter scribere mihi; tunc sępe volumus adinvicem mittere seu dirigere epistolas. Et iam debetis scire quod doctor Reuchlin permisit imprimere unum librum qui intitulatus est 'Defensio': in quo scandalizat valde dedecorose, et vocat vos asinum. et verecundatus sum valde legens illum librum, quamvis non legi eum per totum, quia proieci ante parietem quando vidi quod est ita malignosus contra Theologos et Artistas. vos potestis eum legere si vultis, quia mitto hic eum vobis. mihi videtur quod autor ille

[22] S.D.P. *1...3.* [25] M. *1...3.* [36] Tleologos *3.*

Digitized by Google

cum suo libro debet comburi, quia est maxime scandalosum quod aliquis debet talem librum compilare. Nuper fui Equiritia et volui emere equum, in quo volo equitare ad Viennam; tunc vidi illum librum venalem; et cogitavi mecum quod necesse est quod vos videbitis illum, ut possitis ei respondere ad suam perversitatem; quia si possem facere vobis maiora servitia, non vellem tardari, quia habetis me humilem servitorem et fautorem vestrum. Sciatis quod adhuc habeo malos oculos; sed venit huc quidam Alchimista qui dicit quod scit medicare oculis, etiamsi homo esset totaliter cęcus in illa infirmitate. Et alias habet bonam experientiam, quia ambulavit per Italiam et Franciam, et multas provincias. Et sicut scitis, omnis Alchimista est medicus aut saponista: quamvis iam est depauperatus aliquantulum. Vos quęsivistis etiam quomodo succedit mihi alias. gratior vobis quod quęritis ita. sed debetis scire quod adhuc bene sto de gratia dei. et in ista vindemia detorculavi multum vinum, et in frumentis habeo bonam sufficientiam. Sed de novitatibus scitote, quod serenissimus dominus imperator mittit magnum populum in Lombardiam contra Venetianos, et vult eos corrigere pro superbia sua. Ego vidi bene duo milia cum sex baniris, et habuerunt pro dimidio cuspides, et pro dimidio pixides seu bombardas, et fuerunt satis terribiles, et habuerunt scissas caligas. et fecerunt multa damna rusticis et villanis. et homines dixerunt quod vellent quod omnes interficerentur. sed ego opto quod redibunt cum sanitate. Mittatis mihi cum isto nuncio formalitates et distinctiones Scoti quas composuit Brulifer, et etiam Clipeum Thomistarum in littera Aldi, si potestis reperire. Etiam vellem libenter videre modum metrificandi quem vos composuistis. Et emite mihi Boecium in omnibus suis operibus, et pręcipue de disciplina scholarium, et de consolatione philosophica cum commento Doctoris sancti. et cum hoc Valete et habeatis me commendatum. ex Augusta.

25.

Magister Philippus Sculptoris

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio.

Sicut scripsi vobis sępe, ego habeo molestiam quod ista ribaldria, scilicet facultas poetarum, fit communis et augetur per omnes provincias et regiones. tempore meo fuit tantum unus poeta qui vocatus fuit Samuel; et nunc solum in ista civitate sunt bene viginti, et vexant nos omnes

---

[2] Equiritia *1...3.* *non* in Eq. *neque* Equiritiæ. [3] vellem *3.* . Et *1...3.* [15] bonū *1...3.* [23] . Et *1...3.* [25] Boetiū *2.*

[30] M. *1...3.* [31] S.D. *1...3.* [32] M. *1...3.* [36] . Et *1...3.*

Digitized by Google

qui tenemus cum antiquis. Ego nuper realiter expedivi unum qui dixit quod scholaris non significat personam qui vadit ad scholas discendi causa, et dixi: 'asine, vis tu corrigere doctorem sanctum qui ponit istam dictionem?' Postea scripsit ipse unam invectivam ad me, et posuit multa opprobriosa dicta, et dixit quod non sum grammaticus bonus, quia non recte exposui ista vocabula quando practicavi in prima parte Alexandri, et in libro de Modis significandi. Et volo vobis scribere formaliter illos terminos, quod debetis videre quod recte exposui, secundum omnes vocabularios, et ad hoc possum allegare autenticos autores, etiam in Theologia. Et primo dixi: 'Seria aliquando significat ollam, et tunc dicitur a Syria, quia in tali provincia primo facta est; etiam potest dici a seriis, quia est utilis et necessaria; vel a serie, id est ordine fit. Item Patritii dicuntur patres senatorum. Item currus dicitur a currendo, quia per eum currunt interiora ad extra. Item ius, iuris, significat iustitiam; sed ius, iutis, significat prodium; unde versus:

Ius, iutis, mando; ius, iuris, in agmine pando.

Item Lucar significat pecuniam quę colligitur ex luco vel ex sylva. Item mantellus significat pallium, et inde venit diminutivum manticulus. Mechanicus, id est adulterinus, hinc dicuntur artes mechanicę, id est adulterinę, respectu liberalium, quę sunt verę artes. Item mensorium est quicquid ad mensam pertinet. Item Polyhistor dicitur qui scit multas historias; inde venit Polyhistoria, id est pluralitas historiarum. Polysenus dicitur qui habet plures sensus'. Ista et similia dicit non esse vera, et scandalizavit me coram scholaribus meis. Tunc ego dixi quod sufficit ad ęternam salutem, quod aliquis est simplex grammaticus et saltem scit exprimere mentis conceptum. Tunc respondit, quod neque sum simplex neque duplex grammaticus, et nihil scio. Tunc fui lętatus, quia iam volo citare eum ad privilegia universitatis Viennensis, ubi debet respondere mihi, quia ibi sum promotus de gratia dei in magistrum; et si fui sufficiens toti universitati, etiam volo sufficiens esse uni poetę, quia universitas est plus quam poeta. Et credatis mihi, ego non vellem istam iniuriam dare pro viginti florenis. Dicitur hic quod omnes poetę volunt stare cum doctore Reuchlin contra Theologos, et quod unus iam composuit unum librum qui vocatur Triumphus Capnionis, et continet multa scandala etiam de vobis. Utinam omnes poetę essent ibi ubi piper crescit, quod dimitterent nos in pace, quia timendum est quod Facultas artistica peribit propter illos poetas; quia ipsi dicunt, quod artistę seducunt iuvenes, et accipiunt ab eis pecuniam et faciunt eos baccalaureos et magistros, etiam si nihil sciunt. Et iam fecerunt quod scholares non amplius volunt pro-

---

2 qui] q̇ *1. 3.* qui *2.* 12 patricii *3.* 14.15 iutis *hic et paullo post 1...3. et sic voluit Sculptoris.* 17 filua, *2.* 24 ego *omis. 1. 2.* 35 baccalaurios *2.*

Digitized by Google

moveri in artibus, sed omnes volunt esse poetę. Ego habeo unum amicum qui est bonus iuvenis, et habet optimum ingenium, et parentes sui miserunt eum ad Ingelstad, et ego dedi ei litteras promotoriales ad quendam magistrum qui bene est qualificatus in artibus, et nunc tendit procedere ad gradum doctoratus in Theologia: tunc iste iuvenis recessit ab illo magistro et venit ad Philomusum poetam, et audit lectiones eius. Et sic misereor illius iuvenis, secundum quod scriptum est Proverbiorum XIX.: 'Fęneratur domino qui miseretur pauperis'; quia si mansit usque ad hoc tempus apud illum magistrum, tunc iam esset baccalaurius. Sed sic nihil est, etiam si studet decem annos in poetria. Ego scio quod etiam habetis multas vexas ab istis poetis sęcularibus. quamvis enim vos estis etiam poeta, tamen non estis talis poeta. sed vos tenetis cum ecclesia, et cum hoc estis bene fundatus in Theologia. et quando compilatis carmina, tunc non sunt de vanitatibus, sed de laudibus sanctorum. Libentissime vellem scire quomodo staret negocium illum cum doctore Reuchlin. si possum in hoc utilis esse vobis, tunc significate mihi et simul scribatis mihi omnia. et Valete.

26.

Antonius Rubenstadius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem ex cordiali affectu amicabiliter optat. Venerabilis domine magister, sciatis quod pronunc non habeo tempus ad scribendum de aliis rebus non valde necessariis, sed tantum respondeatis mihi ad unam quęstionem quam sic propono: Utrum doctor in iure teneatur facere reverentiam magistro nostro qui non incedit in habitu. Est autem habitus magistrorum nostrorum, sicut scitis, caputium magnum cum liripipio. Est hiç unus doctor qui est promotus in utroque iure et habet inimicitiam cum magistro nostro Petro Meier plebano. Et nuper obviavit sibi in platea, quando magister noster Petrus non ivit in habitu, tunc ille iurista non fecit ei reverentiam. Et postea fuit dictum quod non bene fecisset, quia etiam si esset inimicus eius, tamen deberet ei facere reverentiam, propter honorem sacrę Theologię. Quia deberet esse inimicus personę et non scientię. quia magistri sunt in loco apostolorum. De quibus scriptum est: 'Quam speciosi pedes evangelizantium bona, prędicantium pacem'. quapropter si speciosi sunt pedes eorum, quanto magis capita et manus debent esse speciosa. Et videtur quod omnis homo, etiam princi-

---

[7] sic] ſi *1...3. aut* Et sic *aut* ,etsi *scribendum est.* miſerior *2.* [15] illū *1...3.* [20] M. *1...3.* [22] Uterū *3.* [28] cum *omis. 3.* Meyer *3.*

Digitized by Google

pes debent honorem et reverentiam facere Theologis et magistris nostris. Tunc ille iurista respondit, et prȩcise in contrarium allegavit suas leges et multas scripturas, quia scriptum est: 'Qualem te invenio, talem te iudico'. sed nemo tenetur facere ei reverentiam qui non incedit qualiter debet, etiam si esset princeps. Et quando presbyter reperitur in aliquo indecenti opere et non est vestitus sicut sacerdos esse debet, sed habitu sȩculari, tunc iudex sȩcularis potest eum habere et tractare pro homine sȩculari, et afficere eum pena corporali, non obstantibus privilegiis clericorum. Sic dixit ille iurista; sed vos debetis mihi significare mentem vestram, et si non scitis per vosmetipsum, tunc habetis consulere iuristas, et Theologos in universitate Coloniensi, quod sciam veritatem: quia deus est veritas, et qui amat veritatem, amat etiam deum. Similiter debetis notificare mihi quomodo procedit in vestra lite contra doctorem Reuchlin. Ego audio quod ipse est depauperatus, propter magnas expensas, et valde lętor. quia spero quod Theologi erunt victores et vos etiam. Valete in nomine domini. Datum Franckfordię.

27.

Ioannes Stablerius Miltenpurgensis

salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio.

Sicut semper cupivistis a me habere novitates, iam est tempus quod debeo et possum vobis nova scribere, quamvis doleo, quia non sunt bona. Sciatis quod fratres de ordine prędicatorum habuerunt hic indulgentias quas impetraverunt in curia romana magnis expensis, et collegerunt etiam satis magnam pecuniam. tunc de nocte venit quidam fur in ecclesiam et accepit plus quam trecentos florenos, et furatus est eos. et isti fratres viri zelosi et in fide christiana valde bene affectionati tristes fuerunt, et conqueruntur de illo fure. Sed cives miserunt undique et non possunt reperire eum, quia aufugit, et habet secum pecuniam. Et est magna nequitia. quod hoc debet fieri in indulgentiis papalibus, et in loco sacro: ipse est excommunicatus, sit ubi sit. Homines qui sunt absoluti et dederunt pecuniam suam ad illam cistam, nunc putant quod non sunt absoluti: sed nihil est: ipsi sunt ita bene absoluti ut si fratres prędicatores haberent adhuc pecuniam suam. Etiam sciatis quod isti qui sunt ex parte Doctoris Reuchlin, vadunt hic et faciunt multos rumores, quia dicunt quod fratres prędicatores propterea impetrant illas indulgentias in curia romana, quod cum illa pecunia volunt vexare ipsum doctorem et tribulare eum in causa fidei; et quod

---

19 S.D. *1...3.* 20 M. *1...3.* 21 cupuiſtis *3.* 37 . Et *1.3.* , Et *2.*

Digitized by Google

homines non debent eis dare aliquid, in quocunque statu fuerint, sive alto sive basso, sive ecclesiastico sive mundano. Nuper fui Moguntię in actu illo quem celebraverunt magistri nostri contra Reuchlin: tunc est ibi quidam prędicator in summo qui est magister noster promotus in Heydelberga et vocatur Bartholomęus Zehender, latine Decimarius: ille publicavit in ambone quod homines deberent convenire ad sequentem diem et videre quomodo Speculum oculare combureretur: quia ipse putabat quod non esset possibile, quod doctor Reuchlin posset invenire unam fallaciam quod illud non fieret: tunc unus socius qui est ibi, et dicunt quod est poeta, circumivit et seminavit pessimos sermones contra prędictum magistrum nostrum, et quando obviavit ei, tunc aspexit eum aspectu draconico et venenoso. Et dicit publice: 'Iste prędicator non est dignus quod debet sedere in mensa ubi sedent probi viri, quia possum probare quod est nequam et pultronus, quia in ambone in ecclesia vestra coram omni populo mentitus est contra famam unius excellentis viri, et dixit illa quę non sunt facta'. Et prętenditur dici: 'ex invidia tribulant istum bonum doctorem'; et appellavit eum bestiam et canem; et dixit quod nullus pharisęus unquam fuisset ita nequitiosus et invidus. et venit talis sermo ad prędictum magistrum, et ipse excusavit se sufficienter, ut mihi videtur, quia dixit quod quamvis non combustus est ille liber, tamen fortassis comburetur in posterum. Et allegavit scripturam sacram in multis passibus, quod non est mendacium quando aliquis dicit aliquid pro fide catholica. Et dixit quod balivi et officiales Episcopi Moguntinensis impediverunt illum factum contra omnem ęquitatem. Sed homines deberent videre quid post hac contingeret. quia ipse vellet esse propheta quod ille liber combureretur, etiam si imperator et rex Francię, et omnes principes et duces starent pro doctore Reuchlin. Talia volui vobis significare, ut essetis cavisatus. et rogo vos quod velitis esse diligens in negociis vestris, ne incurratis scandalum. et sic valete. Datum in Miltenpergk.

28.

Frater Conradus Dollenkopffius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem et devotionem humillimam cum orationibus quottidianis apud dominum nostrum Iesum christum. Venerabilis vir, non habeatis molestiam quod scribo vobis de negociis meis, cum vos bene habetis maiora pro agendo. sed dixistis mihi olim quod deberem vobis semper scribere quo-

---

[8] doc. *1.2.* d. *3.* [12] putron9 *2.* [16] Et pretenditur dici ex] *malis* Et pretendit uel dixit 'ex *aut* pretenditur dixisse 'ex *etc.* [23] balini *1.3.* batini*2.* illū *1...3.* [32] M. *1...3.* [33] quotidianis *2.*

Digitized by Google

modo studerem et non deberem cessare in studendo, sed deberem procedere, quia haberem bonum ingenium, et possem cum adiutorio dei bene proficere, si met vellem. Ergo debetis scire quod ego pro nunc contuli me ad studium Heydelbergense et studeo in Theologia; sed cum hoc audio quotidie unam lectionem in poetria, in qua incepi proficere notabiliter de gratia dei; et iam scio mentetenus omnes fabulas Ovidii in metamorphoseos, et scio eas exponere quadrupliciter, scilicet naturaliter, litteraliter, historialiter, et spiritualiter: quod non sciunt isti poetę seculares. et nuper interrogavi unum ex illis: 'unde dicitur Mavors?' tunc dixit mihi unam sententiam quę non fuit vera; sed etiam correxi eum, et dixi, quod Mavors dicitur quasi mares vorans; et ipse fuit confusus. Tunc dixi: 'quid significatur per novem Musas allegorice?' tunc etiam ignoravit et ego dixi quod .IX. Musę significant .VII. choros Angelorum. Tertio dixi: 'unde dicitur Mercurius?' sed quando non scivit, tunc dixi ei quod Mercurius dicitur quasi mercatorum curius, quia est deus mercatorum et habet curam pro eis. Ita videtis quod istę poetę nunc student tantum in sua arte litteraliter, et non intelligunt allegorias et expositiones spirituales, quia sunt homines carnales; et ut scribit Apostolus .I. ad Corinthios II.: 'Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus dei'. Sed possetis dicere: 'unde habetis istam subtilitatem?' Respondeo quod nuper acquisivi unum librum, quem scripsit quidam magister noster Anglicus de ordine nostro, et habet nomen Thomas de Walleys et compositus est ille liber super librum Metamorphoseos Ovidii, exponens omnes fabulas allegorice et spiritualiter. Et est ita profundus in Theologia quod non creditis. Certissimum est quod spiritussanctus infudit huic viro talem doctrinam. Quia scribit ibi concordantias inter sacram scripturam, et fabulas poetales; sicut potestis notare ex istis quę iam ponam. De Phitone serpente quem interfecit Apollo, scribit Psalmista: 'Draco iste quem formasti ad illudendum ei'. et iterum: 'Super aspidem et basiliscum ambulabis'. De Saturno qui supponitur homo senex, et pater deorum comedens filios suos, scribitur ab Ezechiele: 'Comedent patres filios in medio tui'. Diana significat beatissimam virginem Mariam, ambulans cum multis virginibus hincinde. et ergo de ea scribitur in Psalmis: 'Adducentur virgines post eam'. et alibi: 'Trahe me post te; curremus in odore ungentorum tuorum'. Item de Iove quando defloravit Calistonem virginem, et reversus est ad cęlum scribitur Matth. XII.: 'Revertar in domum meam, unde exivi'. Item de Aglauro pedissequa, quam Mercurius vertit in lapidem: illa lapidificatio tangitur Iob. XLII.: 'Cor eius indurabitur ut lapis'. Item quomodo Iuppiter supposuit Europam virginem, etiam habetur in sacra scriptura, quod ego ignoravi prius, quia sic dixit

---

11 dixit *1...3.* 16 iſte *hoc quoque loco habent 1...3.* 18 ſcripit *3.* 26 . Sicut *1...3.* 28 . Et *1...3.* 32 . Et *1...3.* pſ. *1. 3.* Pſal. 2. 35 Mat. *1. 3.*

Digitized by Google

ad eam: 'Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, quia concupivit rex speciem tuam'. Item Cadmus quęrens sororem suam, gerit personam Christi, qui quęrit suam sororem, id est animam humanam: et ędificat civitatem, id est ecclesiam. De Actęone vero qui vidit Dianam nudam, prophetizavit Ezechiel cap. XVI. dicens: 'Eras nuda et confusione plena, et transivi per te et vidi te'. Et non est frustra a poetis scriptum quod Bacchus est bis genitus, quia per hoc significatur Christus qui etiam est bis genitus, uno modo ante sęcula, et alia vice humaniter et carnaliter. et Semele quę nutrit Bacchum, significat beatam virginem, cui dicitur Exodi II.: 'Accipe puerum istum et nutri mihi, et ego dabo tibi mercedem tuam'. Item fabula de Piramo et Thisbe sic exponitur allegorice et spiritualiter: Piramus significat filium dei, et Thisbe significat animam humanam quam amat Christus, et de qua scribitur in evangelio: 'Tuam ipsius animam pertransibit gladius': Lucę .II. Sic Thisbe interfecit se gladio amasii sui. Item de Vulcano qui eiicitur de cęlo, et efficitur claudus, scribitur in Psalmis: 'Expulsi sunt nec potuerunt stare'. Hęc et talia multa didici ex illo libro. Vos videretis mirabilia si essetis mecum. Et ista est via qua debemus studere in poetria. Sed parcatis mihi quod prętendo quasi docere vestram dominationem, quia vos scitis melius quam ego, sed feci in bona opinione. Ego disposui hic, aliquis in Tubinga debet me certificare quicquid agit doctor Reuchlin, ita quod possum vos cavisare. Sed iam nibil scio, alias vellem vobis notificare. Sed iam valete in charitate non ficta. Datum Heidelbergę.

29.

Magister Tilmannus Lumplin
salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio.

'Stultissimus sum virorum, et sapientia non est mecum; non didici sapientiam, et non novi scientiam sanctorum'. Proverbiorum XXX. Ergo non debetis me spernere quod prętendo vobis dare consilium in factis vestris, quia facio talia bono animo. Et volo cavisare vos secundum quod ego intelligo, et modicum volo corrigere vos, quia vexatio dat intellectum. Et scriptum est in Ecclesiastico cap. XIII.: 'Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea'. Sic etiam fit vobis, quia vultis habere quod sum amicus

---

11 tiſbe *3.* 12 Tiſbe *3.* 16 pz̃. *1...3.* 18 in *omis. 3.* 20 quod *ante* aliquis *consulto omitti puto.* aliqius *2.* 22 Heydelberge *3.*
25 M. *1...3.* 26 S.D. *1...3.* 27 M. *1...3.* G. *1.* Gra. *2.* Gratio *3.* 34 Sicut *2.*

Digitized by Google

vester: propterea oportet etiam pro bono accipere vexationes a me. Ego percepi seu intellexi quod vos tacetis in causa Ioannis Reuchlin, et non respondetis ei contra suas scandalizationes. Et iratus sum valde, quia amo vos, et scriptum est: 'Quem diligo, corrigo'. Nam quare incepistis ei respondere, si non vultis continuare? An non estis sufficiens? Vos estis per deum et presertim in facultate theologica estis ei melior: et ergo debetis ei respondere, et defendere famam vestram, et prędicare fidem christianam, contra quam scribit ille hęreticus. Et non debetis aliquem respicere, quia dicit Salomon in Ecclesiastici XIII.: 'Noli esse humilis in sapientia, ne humiliatus in stultitiam seducaris'. Neque debetis timere potentiam iuristarum, quod faciant vobis periculum corporis, quia debetis talia pati pro fide et veritate. Unde Christus dicit in evangelio Matthęi XVI.: 'Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet eam'. Et si timetis quod non potestis eum vincere, tunc non creditis evangelio, quia ista est causa fidei. Et scriptum est in evangelio, quod nihil est impossibile homini qui credit: quia ponitur Matthęi XVIII.: 'Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic „transi hinc", et transibit, et nihil erit impossibile vobis'. Sed non est possibile quod doctor Reuchlin potest verum scribere, quia non habet fidem integre, quia defendit Iudęos qui sunt hostes fidei; et est contra opiniones doctorum; et cum hoc est peccator, sicut scribit magister Ioannes Pfefferkorn in suo libro qui dicitur Sturmglock. Sed peccatores non debent aliquid habere agere in scriptura sacra, quia scribitur Psalmo XLIX.: 'Peccatori autem dixit deus: „Quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum"?' Quapropter ergo hortor vos, et rogo pectoraliter quatenus velitis audacter defendere vos, quod homines possent laudabiliter dicere de vobis quod defendistis ecclesiam et famam vestram. Nec debetis respicere aliquem, etiam si papa vellet prohibere, quia ecclesia est super papam. Et debetis me habere excusatum quod moneo vos, quia vos amo, et tu scis domine quia amo te. Valete in fortitudine corporis et animę.

---

9 Solo. *2.* 12 Mat. *1. 3.* 16 Mat. XVIII.] *immo* XVII. 19. 22 iuſticias *3.* 30 anī. *1.* animi. *3.*

Digitized by Google

30.

Profundissimo necnon illuminatissimo magistro
Ortvino Gratio
theologo, poetę, et oratori in Colonia,
domino ac prȩceptori suo observandissimo
Ioannes Schnarholtzius
mox licentiandus
salutes exuberantissimas dicit,
cum sui humilima commendatione ad mandata.

Cordialissime necnon profundissime Magister Ortvine: ego Ioannes Schnarholtzius, mox licentiandus in theologia in alma universitate Tubingensi, vellem libenter loqui cum vestra dignitate; sed timeo quod est irreverentialitas, quia vos estis ita doctus, et tam magnę reputationis in Colonia, quod nullus debet ad vestram dignitatem accedere, qui prius non bene prȩvidit se, quia scriptum est: 'Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?' Sed vos estis humilis, et scitis vos humiliare, secundum quod dicit scriptura: 'Qui se humiliat exaltabitur, et qui se exaltat humiliabitur'. Ideo volo deponere pudorem, et cum dominatione vestra audacter loqui, sed tamen cum qua decet reverentia. Ego audivi nuper prędicare hic a quodam magistro de Parrhisia in magna audientia in festo ascensionis domini, qui prȩmisit tale thema: 'Ascendit deus cum iubilatione', et fecit unum bonum sermonem, quem omnes laudaverunt audientes, et fleverunt, meliorantes se ex illa prędicatione. Ipse in secunda parte suę collationis induxit duas conclusiones valde magistrales et subtiles. Prima fuit quando dominus ascendit in altum cum elevatis manibus, tunc apostoli et beata virgo steterunt et clamaverunt cum tanta iubilatione usque ad raucitatem, ut impleretur prophetia quę dicit: 'Clamaverunt et raucę factę sunt voces eorum'. Et probavit quod iste clamor fuit lętitialis, et necessarius in fide catholica, teste domino dicente in evangelio: 'Amen, amen, dico vobis, si isti tacebunt, lapides clamabunt'. Ipsi clamaverunt omnes charitative cum magno zelo; prȩcipue tamen beatus Petrus qui habebat unam tubalem vocem, ut testatur David: 'Iste pauper clamavit'. Ipsa beata virgo non clamavit, sed deum laudavit in corde suo, quia novit bene quod ista omnia deberent fieri, sicut ei prędixit angelus. Et quando apostoli ita unanimiter cum iubilatione et devotione clamaverunt, venit unus angelus de cęlo, et dixit eis: 'Viri Galilęi, quid hic statis et clamatis, et aspicitis in cęlum? Hic Iesus qui assumptus est in cęlum, sic veniet quem-

---

3 Gra. *3.* 5 preceptor *2.* 9 fua *2.* 11 licc̄iandus *2.* 15 Amici *3.* 26 . Tunc *1...3.* 31 . Precipue *1...3.*

Digitized by Google

admodum vidistis eum'. Et hoc factum est, ut impleretur scriptura quę dicit: 'Clamaverunt iusti, et dominus exaudivit eos'. Secunda conclusio extitit magistralior, et talis in sui forma: Filius hominis voluit habere suam passionem, sepulturam, resurrectionem in Hierusalem, quę est in centro terrę, quod omnes regiones scirent de eius resurrectione, et quod nullus gentilis posset se excusare cum sua hęresi et dicere: 'Ego nescivi quod dominus resurrexit a mortuis'. Quoniam ergo quod est in medio, omnes videre possunt qui sunt circa medium, et quod nullus incredulus haberet unum parvum refugium excusationis, in illo loco ubi dominus ascendit, est in centro et in medio terrę, ac ibi pendet una campana quam omnis mundus audit, et quando ipsa pulsat, tunc dat horribilem sonum de extremo iudicio, et de ascensione domini; et quando pulsat, etiam surdi audiunt. Deduxitque multa corollaria ex illa conclusione, quam didicit in Parrhisia. Sed quando cessavit prędicare, tunc quidam magister de Erphordia voluit eum reprehendere, sed stetit cum confusione. Vos debetis mihi ostendere libros ubi ista materia habetur, et volo emere. Datum ex Basilea apud Beatum Rhenanum, qui est vester amicus.

31.

Bartholomęo Colpio

baccalaurio theologię formato ordinis Carmelitarum

Willibrordus Niceti

ordinis Wilhelmitarum cursor in theologia

autoritate reverendissimi generalis in ordine

sese commendat cum salute.

Quot in mari sunt guttę, et quot in Colonia sancta beguttę,
Quot pilos habent asinorum cutes, tot et plures tibi mitto salutes.

Venerabilis domine Carmelita Colpe, ego scio quod estis de optimo ordine, et habetis multas indulgentias a sede apostolica, et quod nullus ordo vestro ordini potest prevalere, quia potestis varios casus absolvere in confessione, quando videlicet confitentes sunt contriti et compuncti, et volunt communicare. Ideo volo a dominatione vestra interrogare unam quęstionem theologicalem, quam vos bene potestis determinare, quia estis unus bonus artista, et scitis bene prędicare, et habetis unum bonum zelum, et estis conscientiosus; et cum hoc audio, quod habetis unam magnam liberariam in vestro conventu, in qua sunt multi libri in sacra scriptura, in philosophia, et in logica, et in Petro Hispano. necnon qui-

7 : qm̃ *1...3.* 9 . In illo loco *1...3. voluit* ille locus. 12 . Et qñ *1...3.*
21 Neceti *2.* 36 loica *3.* et in] ıiā *1.* &iā *2.* ıiam *3.* . Nec non *1.3.* Necnō *2.*

Digitized by Google

dam processus magistralis de Colonia de bursa Laurentii, ubi regit actu magister noster Thungarus, vir valde zelosus ac profundus in Theologia speculativa, et illuminatus in fide catholica. Quamvis quidam doctor in iure vult eum vexare; sed non est formalis in disputando, nec qualificatus in libris sententiarum; ideo non curant eum magistri nostri. Nec non prȩcipue audio, quod in prędicta liberaria, ubi cursores in Theologia habent suum studitorium, est ligatus in ferrea catena unus liber valde notabilis, qui dicitur Combibilationes, qui etiam continet autoritates in Theologia, et prima principia sacrę scripturę, quem vobis legavit unus magister noster de Parrhisia in mortis articulo, quando fecit confessionem et revelavit quędam secreta in Bonaventura, et mandavit quod nemo deberet in eo legere qui non esset de vestro ordine, et in hoc papa dedit quasdam indulgentias et carenas; apud quem librum iacet Henricus de Hassia et Verneus, et omnes alii doctores super libris sententiarum, in quibus omnibus vos estis fundatus, et scitis defendere omnem viam in disputando antiquorum, modernorum, Scotistarum, Albertistarum, et etiam illorum qui sunt de secta de bursa Kneck in Colonia, ubi habent proprium processum. Ideo rogo vos cordialiter et charitative quod non velitis gravare in mea petitione, sed mihi dare unum bonum consilium in mea quȩstione secundum vestrum posse; et allegare quid domini doctores determinant disputative et conclusive. Est autem quȩstio ista talis in sui forma: 'Utrum Lolhardi et Beguttę in Colonia sunt sęculares vel spirituales personę; utrum teneantur facere professionem. Et an possunt accipere mulieres et viros?' Ego diu studui in sacra scriptura, in Discipulo et in Fasciculo temporum, necnon in aliis libris autenticis sacrę scripturę, sed non potui invenire. Sicut etiam quidam sacerdos in Fulda, qui multum studuit in dictis libris, sed non invenit in registro vel in libris; ipse est de genelogia domini pastoris ibidem, qui est poeta, quia scit bene latinisare, dictaminaque componere, quia ego sum plebanus ratione monasterii; et habeo multos communicantes, et etiam tales personas de quibus iam facio quȩstionem. Superintendens noster dicit manifeste quod ipse non potest conscientiam suam salvare in descissione talis quȩstionis, quamvis habeat disputata multorum doctorum de Parrhisia et Colonia, quia complevit usque ad licentiaturam, et respondit materialiter et formaliter pro completione. Si vos non potestis determinare illam materiam, debetis interrogare magistrum Ortvinum: ille docebit nos omnia. nam vocatur Gratius propter gratiam divinam in se quę nihil ignorat. Compilavi unum carmen heroicum de prędicto libro: vos debetis legere et corrigere, et facere unum punctum ubi sum super-

---

2 Tungarꝰ *3*. 6 p̃cipne *1*. 7 cathena *2*. 20 . Et *1...3*. 27 genelogia *1...3*. 31 qb *2*. 32 descissione] i. e. decisione. 34 : ſi *1...3*. 37 quæ] ˜ *1...3*.

Digitized by Google

fluus vel diminutus; et audite quomodo placet magistro Ortvino: ego volo mittere imprimere. Et sic incipit:

Nemo debet esse tam stultus
Et in tanta prȩsumptuositate sepultus,
Quod velit fieri illuminatus in sacra scriptura
Et formaliter deducere corollaria ex Bonaventura,
Qui non didicit mentetenus combibilationes,
Quas magistri nostri resumunt per omnes regiones,
Prȩsertim in Parrhisia quę est mater omnium universitatum,
Et in Colonia, ubi nuper magistraliter est probatum
Per magistros nostros in theologicali disputatione,
In qua determinaverunt omnia seraphica probatione,
Quod multo melius est scire istas combibilationes
Quę plurima tractant per irrefragabiles rationes,
Quam mentetenus scire Hieronymum et Augustinum,
Qui tantum sciunt scribere bonum latinum:
Quia combibilationes sunt optima materia,
Ceu disputant magistri nostri per omnia monasteria:
Ipsę concludunt per conclusiones magistrales,
Qui sunt in divinis ipsi termini essentiales;
Et tractant etiam prima principia theologicalia
Et alia multa quę sunt valde magistralia.

32.

Magistro Ortvino Gratio

viro inenarrabilium doctrinarum

Magister Gingolfus Lignipercussoris

mille millium salutes dicit in charitate non ficta.

Gloriosissime magister, ego amo vos pectoraliter ex intimo zelo, quia vos me semper amavistis ex quo fuistis prȩceptor meus singularissimus in Daventria; et quicquid vos stimulat in conscientia vestra, hoc me magis stimulat, et quod me stimulat, scio quod vos etiam stimulat, et vester stimulus semper fuit etiam stimulus meus, et nemo vos unquam stimulavit, qui me non durius stimulavit, atque cor meum totiens patitur stimulos, quotiens aliquis vos stimulat: credatis mihi in bona fide, quando Hermannus Buschius stimulavit vos in suo proemio, amplius me stimulavit quam vos, et cogitavi quomodo possum istum indiscretum rixatorem resti-

---

3 ſtultus 2. 12 determinaverant 3. 19 cunclusiones 2. 21 theoloicalia 3. 24 M. 1...3. 31 qb 2. bis, et sic sæpe pro qd

mulare, qui etiam tam prȩsumptuosę superbię est quod audet stimulare magistros nostros de Parrhisia et Colonia; et ipse tamen non est promotus, quamvis socii eius dicunt quod ipse est promotus in baccalaurium iuris in Lypsi. sed ego non credo, quia etiam stimulat magistros in Lypsi, videlicet magnum Canem et minorem Canem, et alios multos, qui eum possunt multo melius stimulare quam ipse illos stimulat; verum ipsi neminem volunt stimulare propter suam moralitatem, et propter doctrinam apostoli dicentis: 'Nolite calcitrare contra stimulos'. Verumenimvero vos debetis eum restimulare, quia habetis unum bonum ingenium et estis inventivus, et scitis in una hora multa metra facere stimulativa; scitis etiam eum stimulare in omnibus suis factis et dictis. Ego compilavi unum dictamen contra eum, ipsumque magistraliter, poeticeque stimulo; non potest evadere stimulum meum, si vult restimulare, tunc volo iterum fortius stimulare. Datum raptim ex Argentina apud Mathiam Schurerium.

33.

Mammotrectus Buntemantellus

in septem artibus magister,

Magistro Ortvino Gratio

philosopho, oratori, poetę, iuristę, theologo,

et sic sine statu

Salutem dicit cordialissimam.

Conscientiosissime domine magister Ortvine, credatis mihi firmiter quod vos estis cor meum, ex quo audivi multa a dignitate vestra in poesi in Colonia, in qua vos excellitis omnes in illa arte, et estis multo melior poeta quam Buschius vel Cęsarius et scitis etiam Plinium legere et grammaticam grȩcam. Ex illa confidentia volo reverentię vestrę quędam manifestare sub fide confessionis. Venerabilis domine magister, ego amo hic unam virginem, filiam campanatoris, Margaretam cum nomine, quę sedit nuper in latere vestro, videlicet quando plebanus noster dominationem vestram invitavit ad convivalitatem et tractavit vos reverentialiter, quando bibimus et fuimus lętę mentis, quando illa etiam propinavit vobis bonos haustus: ego amo eam in tanto amore quod non sum mecum: credatis mihi firmiter quod neque comedo neque dormio prę ea. Et homines dicunt ad me: 'Domine magister, quare ita pallescatis? amore dei relinquite libros vestros, vos nimium studetis: debetis aliquando solatium quȩrere et zechare, vos estis adhuc unus iuvenis vir, bene potestis adhuc proficere

---

12 Argē. *1. 3.* Argen. *2.*
28 fedet *1...3.* 29 nnper *2.* 32 mecum credatis *1...3.* 33 dormia *3.* p (= pro) *2.*

Digitized by Google

ad doctoratum et fieri magister noster; estis etiam fundamentalis et bonus scholaris et iàm quasi valetis unum doctorem: sed ego sum timidus et non possum dicere meam infirmitatem. Ego lego Ovidium de remedio amoris quem Colonię glosavi a vestra dignitate cum multis notabilibus et moralitatibus in margine: verum non iuvat, quia iste amor quotidie fit maior. Nuper chorisavi cum ea ter in chorea serotinali in domo sculteti, tunc fistulator fistulavit cantilenam de pastore de nova civitate, et statim omnes chorisatores amplexabantur suas virgines sicut mos est; et ego etiam meam valde amicabiliter compressi ad pectus meum cum suis mamillis; nec non tetigi fortiter manus eius: tunc ipsa risit et dixit: 'in anima mea, domine magister, vos estis delectabilis vir, et habetis molliores manus quam alii; non debetis sacerdos fieri, sed uxorem accipere': et inspexit me delectabiliter, quod ego credo quod me etiam occulte amat: verum oculi eius cor meum sic lęserunt sicut una sagitta pertransisset. et etiam ivi ad domum cum famulo meo, et posui me ad lectum: tunc mater mea flevit, quia timuit quod haberem pestilentiam, ac cucurrit cum urina mea ad doctorem Brunellum clamans: 'Domine doctor, rogo vos propter deum, iuvate filium meum, volo vobis dare ad propinam unam bonam camisiam, quia promisi quod debet sacerdos fieri'. Tunc medicus vidit urinam, et dixit: 'ille patiens pro parte est cholericus et pro parte flegmaticus, ipse habet timere de magno tumore circa renes propter inflationes ac tormenta ventricalia ex mala digestione; debet sumere medicinam extractivam: est una herba quę videlicet dicitur gyni, nascens in locis humidis, habens gravem odorem, sicut docet Herbarius; illius herbę partes inferiores debetis conterere, et cum suo succo facere unum longum emplastrum, et ei ponere ad totum ventrem suum hora consueta, et debet iacere super ventrem suum bene ad unam horam multum sudando: sic sine dubio cessabunt illa tormenta ventricalia cum suis inflationibus, quia non est alia medicina tam efficax ad istam infirmitatem sicut illa, ut est probatum in multis patientibus. Verum certe bonum est ut ipse prius accipiat unam purgationem de albo gręco cum succo raphani ana drachmas .iiij. et bene erit'. Tunc mater venit et dedit mihi talem purgationem contra voluntatem meam; et habui in illa nocte quinque sedes magnas atque nihil dormivi, semperque cogitavi quomodo illam in chorea compressi cum suis mamillis ad pectus meum, ac quomodo illa me aspexit. Precor vos propter omnem bonitatem quam in vobis habetis, quod velitis mihi dare unum experimentum de amore ex vestro parvo libro, in quo stat scriptum 'probatum est',

---

[3] legi *2.* [4] notabilibus *2.* [5] q̃ttidie *3.* [6] ſtulteti *3.* [8] . Et *1...3.* [10] . Nec *1...3.* , tunc *1. 2.* [11] dilectabilis *3.* [12] , non *1.* : ſed *1.* [13] qb̃ ego *2.* [2] , debet *1.* , d; *2.* [23] *γυνή*, Reuchlinicæ pronuntiationis. [27] , ſic *1. 2.* [20] : Verū *1.* [31] añ. 3. iij. *1. 3.* añ.;. *2.* [32] mãmill' *2.* [36] qb̃ *2.*

Digitized by Google

quem mihi semel ostendistis et dixistis: 'Ecce ex illo libro possum facere quod omnis mulier me amat'; et nisi faciatis, domine magister, tunc ego moriar, et mater mea prę dolore etiam morietur. Ex Heydelbergo.

34.

Magister Ortvinus Gratius

Magistro Mammotrecto

profundissimo amico in primo gradu amicitiarum

salutem dicit.

Ex quo dicit scriptura: 'Amat dominus gradientes simpliciter': ideo laudo dominationem vestram, subtilissime domine magister, quod scribitis mihi tam simpliciter conceptum mentis vestrę, oratorie tamen, sicut estis bene stilatus in latinisando. ego volo vobis etiam simpliciter scribere rhetoricaliter, et non poeticaliter. Domine magister amicabilissime, vos manifestatis mihi de amore vestro: ego miror quod non estis prudentior, quam quod vultis amare virgines: dico vobis quod male facitis, et habetis propositum peccaminosum, quod vos posset ducere ad infernum. ego cogitavi quod estis discretus et non curatis istas levitates, quę semper habent malum exitum. Ast dabo vobis consilium meum quod petitis. Ex quo dicit scriptura: 'Qui petit, accipit'. Debetis primo relinquere illas vanas cogitationes de vestra Margareta, quas diabolus vobis suggerit, qui est pater omnis peccati, teste Richardo super .IIII. Et quandocunque de ea cogitatis, facite crucem ante vos, nec non orate unum Pater noster cum illo versu in psalterio: 'Stet diabolus a dextris eius'. Etiam semper comedite sal benedictum in die dominico, et spargite vos cum aqua sancta quod consecravit stationarius sancti Ruperti: et sic potestis effugere illum diabolum qui vobis suggerit illum magnum amorem de vestra Margaretha, quę non est ita pulchra ut putatis: ipsa habet unam verrucam in fronte, ac magna rubeaque crura, grossas nigrasque manus, sibique olet os suum propter malos dentes; necnon etiam habet spissum culum secundum commune proverbium: 'Ars Margarethę est mirabile rete'. Sed vos estis cęcus ex illo diabolico amore quod non videtis eius vitia. Ipsa multum bibit et comedit, ac bis nuper bombisavit quando sedit apud me in mensa, et dixit quod fecit cum scamno. Ego habui in Colonia pulchriorem vestra Margaretha, et tamen dereliqui eam. Postquam accepit virum, sępe vocavit me per unam antiquam vetulam, quando vir eius fuit absens: sed non veni pręter

---

[3] me pre *2.*

[8] S.D. *1...3.* [10] qđ *2. et sic infra sæpius pro* qđ [15] , dico *1.* dico *2.* [25] Ruberti *2.* [26] fugerit *2.* margareta *3.* [30] Margarete *3.* [33] Margareta *3.*

Digitized by Google

semel: sed tunc fui ebrius. Ego hortor quod bis ieiunatis in sabbato, et postea faciatis vestram confessionem uni magistro nostro ordinis prędicatorum, qui posset vos bene instituere. Et quando fecistis confessionem, tunc debetis orare de sancto Christoforo quod velit vos portare in humeris suis, ne iterum recidivetis ac mergatis vos in mare amplum et spaciosum, in quo sunt reptilia quorum non est numerus, id est peccata infinita, sicut exponit Combibilator; ac postea orate ne cadetis in tentationem. Surgite etiam mane, lavate manus vestras, ornate crines, et nolite esse accidiosus: scriptura enim dicit: 'Deus, deus meus, ad te de luce vigilo'. Etiam vitate loca secreta: nos scimus quod loca et tempora sępe inducunt homines ad peccandum, et maxime ad luxuriandum. Verum quod vultis a me habere unum experimentum probatum de amore, sciatis quod ego non possum salvare conscientiam meam. Quando glosavi vobis hic Ovidium de arte amandi, dixi vobis quod nemo deberet facere per artem nigromantiam quod mulieres se amant; et quicunque contraiverit, ipse esset excommunicatus de facto, et exquisitores hęreticę pravitatis possunt eum citare, atque ad ignem damnare. Ego dixi vobis etiam unum exemplum, quod debetis notare, videlicet hoc: Unus baccalaurius Lypsensis amavit unam virginem Catarinam Pistoris, et iactavit ipsam cum pomo nigromantico, et ipsa pomum accepit et posuit ad pectus suum inter mamillas: et statim incepit istum baccalaurium furialiter amare, sic quod quando fuit in ecclesia, semper inspexit istum baccalaurium; et quando debuit orare 'Pater noster qui es in cęlis', oravit: 'Baccalaurie ubi es?' Etiam in domo quando pater vel mater clamavit sibi, respondit: 'Baccalaurie, quid vultis?' Et ipsi non intellexerunt, donec quidam magister noster prętergrediens domum eius salutavit istam virginem dicens: 'Domina Catarina, bonum sero: proficiat vobis, vos habetis unum pulchrum crinale'. Et respondit illa virgo Catarina: 'Deo gratias, bone baccalaurie, vultis mecum bibere de optima cerevisia?' porrigens sibi cantharum. Verum ille magister noster fuit iratus, et accusavit ipsam apud matrem suam sic: 'Domina Pistorissa, corrigite filiam vestram: ipsa est valde indiscreta; scandalizavit nostram universitatem: nam vocavit me baccalaurium, et sum magister noster. Amen, amen, dico vobis quod perpetravit peccatum mortale: abstulit mihi honorem meum, et peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur. Alios magistros nostros nominavit etiam baccalaurios: ego credo quod amat unum baccalaurium; habete advertentiam'. Tunc mater eius accepit unum lignum percutiens ipsam ad caput et dorsum suum quod perminxit sese, inclusitque ipsam in cubile per dimidium annum, et dedit ei panem et aquam comedere. Interea temporis baccalaurius processit, et

---

[19] Katarinam *1.* Katharinam *3.* iectavit *1.2.* [21] ſic: q *1...3.* [22] . Et *1...3.* [26] Katharina *3.* [28] Katharina *3.* [38] ſe ſe: *3...3.*

Digitized by Google

celebravit primitias, posteaque rexit unam parrochiam in Saxonia Padorauw. quod cum ipsa audivit, saltavit ex alta fenestra, et fregit quasi dextrum brachium, et fugit in Saxoniam ad istum baccalaurium, cum quo adhuc est hodierna die, et habet cum eo quatuor pueros. Vos vero bene scitis quod hoc est scandalum in ecclesia. Ergo igitur debetis cavere ab illa arte nigromantica, ex qua veniunt multa mala. Verum potestis bene uti medicina quam vobis dominus doctor Brunellus docuit de gyni: est bona medicina: ego probavi eam sepe contra tormenta ventricalia. Valete cum matre vestra. Ex Colonia e domo domini Ioannis Pfefferkorn.

35.

Lyra Buntschuchmacherius

ordinis prędicatorum theologus

Guillermo Hackineto

qui est theologorum theologissimus

Salutem dicit.

Vos scripsistis mihi ex Anglia de Londino unam longam litteram pulchre latinisatam, in qua petivistis quod deberem vobis scribere unam novitatem sive bonam, sive malam, quia estis naturaliter inclinatus ad audiendum nova: sicut faciunt omnes qui sunt de complexione sanguinea, et audiunt libenter cantilenas musicales, ac in mensa sunt lętę mentis. Ego fui valde lętatus, quando accepi vestram litteram, sicut qui invenit unam preciosam margaritam, et ostendi eam dominis meis Ioanni Grocino et Linacro dicens: 'Videte, domini mei, videte, nonne iste magister noster est formalis in latinisando et componendo dictamina, et arte epistolandi?' Et iuraverunt quod non possunt similes epistolas componere in arte latinitatis, quamvis sunt poetę, gręci, et latini. Et extulerunt vos super omnes qui sunt in Anglia, Francia, Germania, et omni natione quę sub cęlo est. Ideo non esset mirum quod vos estis generalis in vestro ordine, et quod rex in Gallia diligit vos: non enim habetis similem in latinisando, disputando, et prędicando; ac scitis regem cum regina optime informare in confessione. Etiam isti duo poetę laudaverunt vos quod habetis artem rhetoricalem: verum fuit ibi unus iuvenis socius, qui intitulavit se Richardum Crocum: ille presumpsit contra vos, quod non scribatis secundum regulas artis rhetoricalis; verum fuit valde confusus quando debuit probare. Ipse nunc stat in Lypsi et discit logicam Petri Hispani: credo quod postea erit cautior.

---

4 ttuor 2. quattuor 3.

14 theologicorū 2. 15 S. dicit. 1. 3. S, d, 2. 22 Ioā Grocino 2. 27 Frantia 1. 29 latinizādo 2.

Digitized by Google

Sed accedo ad novitates. Schwitzenses et Lanßknechti fecerunt unam magnam guerram inter se, interficientes se ad multa milia: est timendum quod nullus illorum venit in cęlum, quia faciunt propter pecuniam, et unus christianus non debet interficere alium. Sed vos ista non curatis, sunt enim leves personę, et sequuntur rixas ex proposito. Alia novitas est peior, deus det quod non sit vera: scribunt de Roma, quod speculum Ioannis Reuchlin est de novo translatus de materna lingua in latinum ex mandato domini papę, et quod plusquam in ducentis locis aliter sonat in latinitate quam transtulerunt magistri nostri et dominus Ioannes Pfefferkorn in Colonia; ac dicunt pro certo quod Romę publice legitur et imprimitur cum ludęorum Talmut. Ex hoc inferunt quod magistri nostri sunt falsarii et infames, quia male transtulerunt; etiam quod sunt asini, non intelligentes latinum, vel teutonicum; ac sicut combusserunt istum librum apud sanctum Andream in Colonia, sic etiam debent comburere sententiam suam, et sentimentum Parisiense, vel ipsi met debent esse hęretici. Ego possem sanguinem flere, adeo doleo: quis vult amplius in theologia studere, et magistris nostris exhibere condebitam reverentiam qui talia audit? omnes credent quod doctor Reuchlin est profundior quam magistri nostri, quod est impossibile. Cum hoc etiam scribunt quod post tres menses debet venire finalis sententia contra magistros nostros; necnon quod papa mandabit sub pena latissimę censurę, quod fratres ordinis prędicatorum debent propter suam protervitatem portare unum album brillum sive perspicillum in sua nigra cappa in dorso ad perpetuam memoriam et scandalum, quod fecerunt iniuriam speculo oculari domini Ioannis Reuchlin, sicut iam etiam dicuntur pati unum scandalum in celebratione missali propter intoxicationem alicuius imperatoris. Ego non spero quod papa erit tam stultus quod faciet: Si faciet, volumus per universum nostrum ordinem contra ipsum legere istum psalmum: 'Deus, laudem'. Ceterum patres et magistri nostri nunc cogitant quomodo possunt obviare isto malo. Ipsi volunt a sede apostolica impetrare latissimas indulgentias, et maximam pecuniam colligere in Germania et Gallia, per quam possunt resistere illi fautori ludęorum donec moriatur: quia est senex. et tunc volunt eum omnino damnare. Valete, et date consilium vestrum secundum vestrum posse, et promovete bonum ordinis.

---

[1] Lāſknechti *2*. [2] millia *2*. [6] ſunt *3*. [6] . Scribunt *1*. [8] latinitati *3*. [22.23] pſpeciliū *2*. perſpecillum *3*. [32] . Et *1...3*.

Digitized by Google

36.

Eitelnarrabianus de Pesseneck

ordinis Wilhelmi cursor in theologia

Magistro Ortvino Gratio

Salutem dicit numerosissimam.

'A natura sumus proclivi ad malum', ut legimus in autenticis. Ideo inter homines audimus semper plura mala quam bona. Ego disputavi nuper in Wormatia cum duobus Iudęis et probavi quod ipsorum lex per Christum esset cassata, atque quod expectatio ipsorum de Messia esset una mera frasca et phantasia, ac super hoc allegavi dominum Ioannem Pfefferkorn in Colonia. Illi vero riserunt dixeruntque: 'Vester Ioannes Pfefferkorn in Colonia est unus pessimus trufator: nihil scit in hebręo: ipse factus est christianus ut suam nequitiam occultaret. Quando fuit adhuc Iudęus in Moravia, percussit unam mulierem in faciem quod non potuit videre in bancis, ubi mutantur floreni, et accepit plusquam .cc. florenos aufugiens. Et in alio loco propter suum furtum fuit sibi erectum patibulum, sed nescio quomodo fuit liberatus: nos vidimus patibulum, et multi Christiani viderunt, etiam aliqui nobilistę quos possumus vobis nominare: propterea non debetis mihi allegare istum furem'. Tunc ego fui iratus et respondi: 'Mentimini in collum vestrum, vos pessimi Iudęi: nisi haberetis privilegium, ego vellem vos crinisare, et in stercus proiicere: vos dicitis talia ex odio in dominum Ioannem Pfefferkorn: ipse est bonus et zelosus Christianus sicut est aliquis in Colonia: ego habeo ex experientia, quia multum confitetur ad prędicatores cum uxore sua; audit libenter missas, et quando sacerdos elevat eucharistiam, tunc aspicit devotarie, et non videt in terram sicut sibi obiiciunt sui invidi, nisi quando expuit; sed hoc facit pro eo, quia est multum flegmaticus, et mane comedit medicinam pectoralem. Putatis quod magistri nostri in Colonia et burgimagistri sunt stulti, qui fecerunt eum hospitalarium maioris hospitalis, necnon mensuratorem salis? quod certe nequaquam fecissent, nisi esset bonus catholicus. dico vobis quod volo omnia talia sibi nunciare, quod potest defendere honorem suum, et vos realiter vexare scribendo de vestra confessione. Verum dicitis, quod ipse est gratiabilis apud magistros nostros et burgimagistros propter suam formosam uxorem. Hoc non est verum: nam burgimagistri habent met pulchras uxores, et magistri nostri non curant mulieres, et nunquam est auditum quod aliquis magister noster fuisset adulter. Ipsa vero est ita honesta matrona sicut est una in Colonia: vellet libentius unum oculum quam bonam famam per-

---

4 M. *3.* 5 Salu. *1.* Sa. *3.* 10 frafta *1. 3.* fraftra *2.* 12 peffumus *3.* 22 . Ipfe *1. 2.* . Ipe *3.* 32 ipfa *2.* 36 Ipi *3.*

Digitized by Google

dere. Et ego sępe audivi ab ea, quod audivit frequenter a sua matre quod viri pręputiati faciunt feminis maiorem voluptatem, quam non pręputiati: eam ob causam dicit, quando suus maritus moritur, et ipsa alium accipiet, ille debet etiam nullam cutem habere in membro: ergo non est credendem quod amat burgimagistros, quia burgimagistri non fuerunt Iudęi, nec sunt circumcisi sicut dominus Ioannes Pfefferkorn: propterea relinquite ipsum in pace: alias scribet contra vos unum tractatum quem intitulabit 'die sturmglock', ut fecit contra Reuchlin. Vos debetis istam litteram ostendere domino Ioanni Pfefferkorn, ut se defendat realiter contra tales Iudęos, et Hermannum Buschium, quoniam ipse est amicus meus singularissimus, et mutuavit mihi .x. florenos quando fui promotus baccalaurius formatus in theologia. Datum ex Verona Agrippina, ubi Buschius et eius socius comederunt pingui de gallina.

37.

Lupoldus Federfusius

mox licentiandus

Magistro Ortvino Gratio

tot salutes dicit quot aucę comedunt gramina.

Domine magister Ortvine, est in Erphordia in quodlibetis mota una quęstio multum subtilis in duabus facultatibus, theologicali et physicali. Quidam dicunt quando Iudęus fit Christianus, protunc renascitur sibi pręputium, quę est cutis pręcisa de membro virili in nativitate per legem Iudęorum. et illi sunt de via theologorum, et habent prę se magistrales rationes, de quibus est una quod alias Iudęi facti Christiani in extremo iudicio putarentur esse Iudęi, si essent nudi in ipsorum membro virili, et sic ipsis fieret iniuria: sed deus nemini vult facere iniuriam: ergo etc. Alia ratio tenet ex autoritate psalmistę qui dicit: 'Et abscondit me in die malorum, et protexit me in absconditо': dicit 'in die malorum', id est in extremo iudicio in valle Iosephat, quando oportet reddere rationem omnium malorum. Alias rationes relinquo propter brevitatem: ex quo in Erphordia sumus moderni, et moderni semper gaudent brevitate, ut scitis. Etiam pro eo quod ego habeo malam memoriam, non possum multa mentetenus scire allegando, prout faciunt domini iuristę. Sed alii volunt quod illa opinio non potest subsistere, et habent pro se Plautum, qui dicit in sua poetria quod facta infecta fieri nequeunt. Ex hoc dicto probant, si aliquam partem corporis Iudęus amisit in sua iudaitate, non recuperat illam in chri-

17 M. *1...3.* 19 quodlibitȝ *3.* 20 phiſicali *2.* 26 . Sed *1...3.* 27 auctoritate *3.*

Digitized by Google

stiana religiositate. Et cum arguunt quod ipsorum argumenta non concludunt formaliter: alias ex prima ratione sequeretur quod illi Christiani qui perdiderunt propter suam luxuriam partem unam e suo membro, ut sępe contingit in sęcularibus et spiritualibus personis, etiam crederentur in extremo iudicio esse Iudęi: sed hoc asserere est hęreticum, et magistri nostri hęreticę pravitatis inquisitores nequaquam concedunt, quia ipsi aliquando etiam sunt defectuosi in ista parte; sed hoc non contingit ipsis ex meretricibus, sed quando in balneis se non prędident. Iccirco precor dominationem vestram humiliter et devotarie quod velitis vestra descisione determinare rei veritatem, et interrogare uxorem domini Ioannis Pfefferkorn, ex quo cum ea bene statis. et illa non verecundatur dicere coram vobis quęcunque vultis propter illam amicabilem conversationem quam habetis cum viro suo. Et ego etiam audio quod estis eius confessor; propterea potestis eam compellere sub pena sanctę obedientię: dicatis: 'Domina mi, nolite verecundari, ego scio quod estis honesta persona, sicut est una in Colonia: non peto inhonestum a vobis, sed ut manifestetis mihi rei veritatem, utrum maritus vester habet pręputium vel non? dicatis audacter sine verecundia, amore dei, quid tacetis?' Verum ego nolo vos docere: vos melius scitis quomodo debetis vos habere cum mulieribus, quam ego. Datum raptim ex Erphurdia: ex Dracone.

38.

Padormannus Fornacificis

licentiatus

Magistro Ortvino Gratio

Salutem salutarissimam dicit.

Nuper scripsistis ad me de Colonia, et reprehendistis me quod ego non scriberem ad vos, ex quo dixistis quod prę aliis libenter legitis meas litteras, quod habent bonum stilum, necnon procedunt recte secundum artem epistolandi, quam audivi a vestra prędstantia in Colonia. Ego scriberem vobis: 'non habeo semper inventionem et materiam ut nunc habeo'. Vos debetis notare quod iam hic celebratur quodlibetum, et magistri doctoresque expediunt se artificialiter cum magna doctrina in determinandis, solvendis, proponendis quęstionibus, argumentis, probleumatibus in omni scibili. Et cum hoc poetę et oratores apparent valde artificiosi ac scientiosi; inter quos est unus notabilis et magistralis in illa arte prę ceteris,

---

1 Et cū *1...3. pro* Et ſimul, *sive* Etiam. 5 iuditio *2.* 10 d. Io. pfef. *1.* d. Ioā. pfef. *3.* 14 . Dicatis *1.*

24 Gra. *1.* 30 haheo *2.* 31 quotlibetū: *2.*

Digitized by Google

qui facit sibi magnum titulum quando intimat lectiones suas. Et dicit quod est poeta poetarum, et quod prẹter eum non est alius poeta. Ipse scripsit quendam tractatum metrice, quem notabiliter intitulavit, ego sum oblitus nomen, credo quod est de ira et cholericis: in quo tractatu stimulat magistros multos, et alios poetas qui se impediverunt legere in universitate propter suam luxuriosam artem: verum magistri dicunt sibi in faciem, quod non est tam bonus poeta sicut gloriatur, et tenent sibi in multis oppositum, et probant per vos, videlicet quod estis multo profundior in arte poeticali; cum hoc etiam ostendunt quod non est bene fundatus in quantitate syllabarum, prout determinat magister de Villa dei in tertia sui, quam iste videtur non sufficienter legisse; atque deducunt contra ipsum intentum suum multipliciter. Primo per nomen vestrum, et hoc dupliciter: primo sic: 'Ecce iste vult profundior esse poeta quam magister Ortvinus, et tamen nomen suum non patitur: profecto magister Ortvinus dicitur Gratius a supernali gratia, quẹ vocatur gratia gratis data, quia alias non poteritis scribere tam profunda dictamina poeticalia sine illa gratia gratis data vobis per spiritum sanctum, qui ubi vult spirat; et vos eam impetrastis per humilitatem vestram: deus enim resistit superbis, et humilibus dat gratiam'. Qui vestram poetriam legunt, et intelligunt negotium, fatentur in conscientia sua quod non habetis parem, et mirantur quod iste est sic insulsus et inverecundus, quod vult esse super vos: quando unus puer posset intelligere quod illum excellitis sicut Laborintus Cornutum excellit. Ipsi volunt colligere dictamina vestra, et curare imprimere quẹ in variis tractatibus hincinde scripsistis, videlicet in tractatu magistri nostri de Tungaris, summi regentis in bursa Laurentii, in tractatu de scandalosis propositionibus Ioannis Reuchlin, in Sentimento Parrhisiensi, in multis tractatibus domini Ioannis Pfefferkorn, qui fuit olim Iudẹus, et nunc est optimus Christianus. Ipsi timent quod alias pereat vestra poetria, et dicunt quod esset unum maximum scandalum illius temporis et peccatum mortale, si periret per negligentiam, et non imprimeretur. orant etiam domini magistri quod dignemini sibi mittere apologiam vestram contra Ioannem Reuchlin, in qua realiter tribulatis illum prẹtensum doctorem, quod audet oppositum tenere contra quattuor universitates: volunt exscribere, et vobis remittere. De isto modo probandi sunt magister Ioannes Kirchberg, amicus meus singularissimus, mecum promotus, magister Ioannes Hungen, amicus meus affectualissimus, magister Iacobus de Nurnberga, magister Iodocus Wynßheim, et alii multi magistri, amici mei dignissimi et fautores vestri imperterriti. Verum enimvero ergo

4 colericis *3*. . In *1...3*. 8 mnltū *3*. 13 . Primo ſic. Ecce *1...3*. 14 . Profecto *1...3*. 16 : ſiue *2*. 18 inpetraſtis *3*. 22 qb̄ *2*. 26.27 Parriſiñ. *3*. 37 wynſheim *2*.

Digitized by Google

alii opponunt se et dicunt quod iste modus probandi est quidem subtilis, et concludit magistraliter, sed non sit de mente vestra, quia hoc sonaret multum superbe, si vos diceretis: 'Ecce domini mei, ego vocor Gratius a supernali gratia, quam mihi dedit deus in poetria et in omni scibili'. et hoc idem repugnaret humilitati vestrę, per quam habetis illam gratiam, et esset oppositum in adiecto: nam gratia supernalis et superbia non patiuntur se in eodem subiecto: porro gratia supernalis est virtus, et superbia vitium, quę se non compatiuntur propter hoc quod 'unum contrariorum natum est expellere reliquum, ut caliditas expellit frigiditatem': magister noster poeta secundum Petrum Hispanum in prędicamentis, qui disputat quod virtus contrariatur vitio. Ergo est alia ratio multo melior, propter quam vocatur Gratius videlicet a Graccis Romanis, deposita una littera propter malam sonantiam. de quibus legitur in historiis Romanorum quod fuerunt valde notabiles poetę et oratores isti Gracci, et quod Roma illo tempore pares non habuit, qui fuerunt tam subtiles et profundi sicut illi in poesi et in Rhetorica. Et legitur, quod fuerunt de molli et suavi voce, non tubali et grossa, sed dulci sicut una fistula, ad quam fistulam ipsi etiam aliquando inceperunt rhetorizare in principio sui dictaminis: propterea populus audivit eos cum magna affectualitate, et dedit eis primam laudem prę ceteris in illa arte. Ab istis igitur Gracchis nominatus est Gratius magister Ortvinus. Porro nemo est sibi par in poesi, et in dulcore vocis. Et illos omnes sic pręcellit, sicut illi Gracchi Romanorum poetas omnes pręcellebant. Ergo ideo igitur debet tacere, et se humiliare ille poeta hic in Witenburga; alias est profundus, sed respectu vestri est unus puer. Illam viam probandi tenent amici mei cordialissimi Eobanus Hessus, magister Henricus Urbanus, Ritius Euritius, magister Georgius Spalatinus, Ulricus Hutenus, et in primis doctor Ludovicus Mistotheus, dominus et amicus meus, et defensor vester. Vos debetis mihi scribere qui sunt de via meliori, ac informare rei veritatem. Et volo unam missam pro vobis legere apud prędicatores, quod debetis vincere doctorem Reuchlin qui vocavit vos hęreticum immerito, quod scripsistis in vestra poetria: 'Flet Iovis alma parens'. Valete in maxima valitudine. Ex Witenburgo, ex arce apud magistrum Spalatinum, qui vobis mittit tot salutes, quot cantantur Halleluia infra pascha et penthecostes. Iterum valete et ridete semper.

---

6 . Nam *1...3.* 7 : Porro *1. 3.* . Porro *2.* 11 vtus *1.* 14 . Ifti *1...3.* 18 rethorizare *2.* 27 . Et *1.* 32 wittenpurgo: *3.*

Digitized by Google

39.

Nicolaus Luminatoris
Domino Magistro Ortvino
tot salutes mittit,
quot in uno anno nascuntur culices et pulices.

Scientifice prȩceptor magister Ortvine: ego significo vobis plures grates, quam habeo crines in corpore meo, quod dedistis mihi consilium quod deberem ambulare ad Coloniam pro studio ad bursam Laurentii. Pater meus fuit optime contentus, et dedit mihi .x. florenos, et emit mihi unam magnam cappam cum liripipio nigri coloris. In primo die quando veni ad universitatem, et deposui beanium in prędicta bursa, tunc didici unum notabile, quod non vellem carere pro .x. albis. Quidam poeta Hermannus Buschius venit ad istam bursam cum suo negotio ad unum regentem collateralem. Tunc ille magister dedit sibi manum suam, et excepit eum reverentialiter dicens: 'Unde mihi hoc quod mater domini venit ad me?' Et Buschius respondit: 'Si dominus noster non habuit pulchriorem matrem quam ego sum, certe ipsa non fuit multum pulchra'; et non intellexit illam subtilem retoricalem allegoriam, quam ille regens bursalis prętendit in suo sermone. Ego spero quod volo adhuc multa in hac alma universitate discere tam utilia sicut hoc notabile est. Hodie emi processum bursę; cras debeo arguere in disputatione bursali, de illa materia, utrum materia prima sit ens in actu, vel potentia. Colonię ex bursa Laurentii.

40.

Herbordus Mistladerius
Magistro Ortvino
incomparabili in doctrina prȩceptori suo sulsissimo
Salutem dicit quam nemo dinumerare poterit.

Illuminatissime magister, quando discessi a vestra dominatione ad Suollis ante duo annos, promisistis mihi ad manum meam quod velitis mihi frequenter scribere, et mihi modum dare dictandi in vestris dictaminibus: ast non facitis, et mihi non scribitis sive vivitis, sive non vivitis; sive vivitis sive non vivitis, non tamen scribitis ut scio quid est, quomodo vel qualiter est. Sancte deus, quomodo me sollicitatis: rogo vos propter deum et sanctum Georgium, liberate me ex mea cura, quia timeo quod caput

---

[3] d. *1. 3.* d, *2.* [8] dererē *3.* : pater *1.* [10] nigro *3.* [12] illa *3.*
[31] , ast *1. 2.* [31.32] sive v. s. n. vivitis *non repetiit 2.* [31] Geo=|gium *1.*

Digitized by Google

vobis dolet, vel quod habetis infirmitatem in ventre, et estis laxus, sicut olim fuistis quando permerdastis caligas vestras in plateis et non sensistis, donec una mulier dixit: 'Domine magister, ubi sedistis in merdis? ecce tunica et pantofoli vestri sunt maculata': tunc ivistis in domum domini Ioannis Pfefferkorn, et mulier eius dedit vobis alia vestimenta. Vos debetis comedere ova dura, et castaneas in fornace assatas, necnon fabas coctas aspersas cum papavere, ut fit in Westvalia patria vestra. Mihi somniavit de vobis quod habetis gravem tussim, et multum de flegmate: comedite zuccarum, et pisas contusas mixtas cum serpillo et allio contrito, ac ponite unum assatum cepe ad umbilicum vestrum, et per sex dies debetis abstinere a mulieribus; tegite caput et lumbos vestros bene, et sanabitis. Vel sumite receptum quod uxor domini Ioannis Pfefferkorn sepe languentibus dederat, quod est probatum sepe. Es Suollis.

41.

Vilipatius de Antwerpia baccalaurius

Magistro Ortvino Gratio

amico suo singularissimo

Salutem dicit maximam.

Venit ad me unus religiosus ordinis predicatorum, discipulus magistri nostri Iacobi de Hochstrat, hereticę pravitatis exquisitoris, et salutavit me. Et statim interrogavi: 'Quid facit amicus meus singularissimus magister Ortvinus Gratius, a quo multa didici in logica et poesi?' Et respondit quod estis infirmus: tunc cecidi in teram ante pedes eius prę terrore. Ipse me perfudit cum aqua frigida, et crinisavit me apud pudenda, et vix suscitavit: tunc dixi: 'O quam me terruistis! quę est eius infirmitas?' Et ait, quod dextra vestra mamilla est inflata, ac dolorosa infirmitate vos vexat et impedit a studio. Sic cepi iterum mentem dicens: 'Ha! non est aliud? ego possum bene sanare istam infirmitatem: habeo artem per experientiam. Verum, domine magister, audite, primum, unde venit ista infirmitas?' Tunc subiungavi remedium: Quando mulieres male pudorosę vident unum pulchrum virum sicut vos estis, videlicet qui habet gilvos crines, brunellos oculos vel grauos, os rubeum, magnum nasum, et est bene corporatus, tunc volunt eum habere. Sed quando ille est bene moratus, qualificatusque in mente sicut vos, et non curat ipsarum levitates et fallacias, tunc

---

2 calligas 2. 5 Ioannes 2. : vos 1...3. 7 weſtfalia 2. 9 zucarum 2. 13 ſepe languentibus dederat *omis.* 1. 13 pbatnm 2. ſepe ex 3. 16 M. 1...3. Gra. 1. 2. 21 apb̃ 2. 25 et 1. 2. & 2. 26 dextera 3. 28 : ego 1...3.

Digitized by Google

fugiunt ad artes magicas, et in nocte sedent super unam scobem, equitantes super istam scobem ad pulchrum illum virum quem amant, facientes negotium suum cum eo quando dormit, et nihil sentit nisi somnium. Aliquę fiunt cattę vel aves, et sugunt sanguinem eius per mamillas, et faciunt suũm amicum aliquando sic infirmum quod vix valet cum baculo ambulare. Ego credo quod diabolus docuit ipsas illam artem: verumenimvero sic debemus ipsis obviare sicut legi in libraria magistrorum in Rostochio in antiquissimo libro, et postea probavi, et est verum. In die dominico debemus sumere sal benedictum, et cum eo super linguam facere unam crucem, et comedere ex mandato scripturę: 'Vos estis sal terrę', id est comeditis; postea facere unam crucem in pectore, et unam in dorso; similiter ponere in utramque aurem semper cum cruce, cavendo ne cadat exinde. ac postea orare talem orationem devotam:

Domine Iesu Christe, et vos quattuor evangelistę,
custodite me a malis meretricibus, et ab ipsis incantatricibus,
ne exsugant meum cruorem, et faciant gravem dolorem
in meis mammillis; quęso resistite illis:
dabo vobis offertorium, unum pulchrum aspersorium.

et eritis liberatus. Si iterum veniunt, tunc exsugunt suum sanguinem et fiunt met infirmę. Ceterum quomodo stat res cum doctore Reuchlin? magistri dicunt hic quod vos vicit; ego non credo quod posset vincere magistros nostros. Et multo magis miror quod non scribitis unum dictamen contra ipsum. Valete superęternaliter. Et salutate dominum Ioannem Pfefferkorn cum sua uxore: dicatis quod ego opto sibi plures bonas noctes, quam Astronomi habent minutas. Ex Franckfurdia apud Oderam.

[*In utroque exemplo principe sic explicit primum volumen:* Et sic est finis epistolarum obscurorum virorum Deo gratia eiusque sancte matri. [, 2.] In Venetia impressum in impressoria Aldi Minutii: [. 2.] Anno quo supra: etiam cauisatum est vt in aliis, ne quis audeat post nos impressare [Impreſſa|re 2.] per decennium [, 2.] per illustrissimum principem [Principem 2.] Venetianorum. — *Cf. Indicem Epp. O. V. n. 1. 2.*]

---

3 negociũ 2. 7 liberaria 3. 13 . Ac 1.

Digitized by Google

APPENDEX EPISTOLARVM.

42. Appendicis 1.

Antonius N.
Medicinę quasi doctor,
id est Licentiatus, statim autem promotus
Spectabili viro
Magistro Ortvino Gratio
prȩceptori suo multum venerando
Salutem dicit.

Prȩceptor singularissime, secundum quod scripsistis mihi nuper quod debeam vobis scribere novalia, sciatis quod ego nuperrime veni ex Heydelberga ad Straßburg volens emere quędam materialia quibus utimur in nostris medicinalibus, ut scitis credo: quia etiam est consuetudo apud vestros medicos, ut si non habent in suis apotecis, tunc solent pergere in aliam civitatem ut possint emere ad practicationem suam: sed stent illa. Cum itaque venissem illuc, venit ad me unus bonus amicus qui est mihi multum favorabilis, et quem vos bene cognoscitis, quia fuit diu etiam Colonię sub virga vestra; ille mihi dixit tunc de uno qui erat dictus Erasmus Roterdamus, mihi prius incognitus, qui esset homo valde doctus in omni scibili omnique doctrinarum genere; et dixit quod esset iam in Straßburg: ego nolui credere et adhuc non credo, quia videtur mihi impossibile quod unus homo parvus, ut ipse est, tam multa deberet scire. Rogavi ergo illum qui mihi talia dixit valde plurimum, ut vellet me tamen ducere ad eum ut possem eum videre. Habui etiam mecum tunc unum Rapiarium quod intitulavi 'Vade mecum in medicina', ut soleo semper habere, quando ambulo transcampis ad visitandos pacientes vel ad materialia emenda: in hoc habeo etiam varias quȩstiones quę sunt valde subtiles in arte medicinali. Ex illo rapiario enucleavi mihi unam quȩstionem cum suis notabilibus et argumentis pro et contra, cum quibus volui armatus venire contra illum quem dicebant tam scientiosum, ut possem tamen experientiam facere an etiam aliquid sciat in medicina vel non. Cum igitur dixissem hoc amico meo, instituit collationem optimam et invitavit Theologos speculati-

[1] *Sequentes 7 huius appendicis epistulæ primum prodierunt in 3.* [7] Gra. *3.* [9] S. *3.* [28] medicinali ex *3.*

Digitized by Google

vos, Iuristas splendidissimos, et me quasi unum ex medicinarum practicatoribus, licet indignus. Nempe cum sedissent, tunc diu tacuerunt neque aliquis ex nobis voluit incipere prę pudore. tunc ego stimulavi meum proximum consessorem, quod mihi ad salvos deos ex abrupto occurrit in memoriam,

Conticuere omnes intentique ora tenebant;

quem versum adhuc habeo in recenti consideratione, quia vos cum exposuistis nobis Virgilium in Eneidis, tunc pinxi ad illum versum, ut facerem mihi locationem in libro meo secundum quod iussistis nos, unum virum qui habet claustrum in ore. Sic ergo iam optime venit ad propositum, cum ille scientificus etiam sit poeta ut ipsi dicunt. Quippe cum sic taceremus invicem, ipsemet incepit magno prędudio sermonisare: ego vero non intellexi, vel non sum ex legittimo thoro natus, unicum verbum, quia habet tam parvam vocem: puto autem quod fuit ex theologia: et hoc fecit ut possit attrahere illum magistrum nostrum, virum maxime profundum in theologia, qui nobiscum sedebat in collatione. Quinimo cum finivisset illud prędudium, tunc incepit magister noster disputare subtilissime de ente et essencia, quod non opus est iam repetere, quia bene pertractastis illam materiam. Illo finito ipse respondit paucis verbis; tunc iterum omnes tacuerunt. Tunc ergo hospes noster qui est bonus humanista, incepit quędam dicere ex poetria, ubi laudavit valde Cęsarem Iulium in suis scriptis et etiam factis. profecto cum hoc audivissem, erat mihi bene adiuvatum, quia multa legi et audivi in poesi a vobis dum fui in Colônia, et dixi: 'Quoniamquidem igitur incepistis loqui de poetria, non potui me longius occultare, et dico simpliciter, quod non credo Cęsarem scripsisse illa commentaria, et volo dictum meum roborare hoc argumento, quod sic sonat: „Quicunque habet negocium in armis et continuis laboribus, ille non potest latinum discere. Sed sic est quod Cęsar semper fuit in bellis et maximis laboribus: ergo non potuit esse doctus vel latinum discere. Revera puto igitur non aliter quam quod Suetonius scripsit illa commentaria, quia nunquam vidi aliquem, qui magis haberet consimiliorem stilum Cęsari quam Suetonius".' Postquam ita dixissem et multa alia verba quę hic causa brevitatis omitto, quia ut scitis ex antiquo dicterio: 'Gaudent brevitate moderni', tunc risit Erasmus et nihil respondit, quia eum tam subtili argumentatione superavi. Et sic inposuimus finem collationi et nolui quęstionem meam in medicina proponere, quia scivi quod ipse non sciret, cum non sciret mihi solvere illud argumentum in poesi, et ipse tamen esset poeta; et dico per deum quod non est tam multum ut dicunt de eo: non scit plus quam etiam alius homo; in poesi bene concedo quod scit pulchrum

---

1 . Et *3*. 3 pudore tunc *3*. 8 Eneidis tunc *3*. 10 ore ſic *3*. 16 finififfet *3*. 37 poeta ? *3*.

Digitized by Google

latinum dicere. Sed quid est? in anno multa possumus talia discere: sed in speculativis scientiis, ut est theologia et medicina, multo aliter faciendum est si quis velit eas discere, quamvis ipse etiam vult esse theologus. Sed, bone prꝛceptor, qualis theologus? nempe simplex, quia laborat tantum circa verba, et non gustat res ipsas interiores: sicuti (volo facere optimam comparationem) si aliquis velit comedere nucem et comederet superiorem partem, et nucleum nunquam attingeret: sic etiam est cum illis secundum meum obtusum intellectum. Sed multo aliter intelligitis quam ego, quia audio quod iam etiam vultis accipere ornamenta doctoralia in theologia: ad quod deus et sancta dei genitrix velint vos promovere. Sed tamen hoc dico pro me, ne fiam longior quam proposui, quod velim plus acquirere mea arte (si saltem deus concederet mihi, ut haberem multos ꝛgrotos) in una septimana quam Erasmus vel alius poeta in uno anno. Et hoc sufficiat pro nunc, et habeant sibi hoc: quia per deum iam maxime fui iratus: alia vice volo vobis plura novalia scribere. Vivite et valete quam diu unus fenix vivere potest: quod dent vobis omnes sancti dei, et me diligite sicut adhuc semper fecistis. Datum in Heydelberga.

43. 44. Appendicis 2. 3.

Gallus Linitextoris Gundelfingensis

Cantor inter bonos socios
Salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio
prꝛceptori suo plurifariam dilecto.

Reverende domine magister. Quia scripsistis mihi ad Eberburck valde solaciosam litteram, in qua consolastis me quia audivistis me esse infirmum: propterea habeo vobis grates sempiternas. Sed in illa epistola scripsistis vobis fuisse mirum quare fuissem factus infirmus, cum non habeam magnos labores, ut etiam nec alii habent qui dicuntur sine labore, id est dominorum servi. Ha ha ha! oportet me ridere, vel sim spurius, quod quꝛritis ex tam simplici mente: non scitis quod hoc est in dei voluntate quod potest unum facere infirmum quando vult, et iterum sanare quando sibi placet: si semper debet venire infirmitas ex labore, tunc mihi non esset bonum: licet vos dicatis me non multum laborare. Quippe cum fui nuper in Heydelberga apud bonos socios, tunc maxime semper cogebar laborare cum collo, bibendo scilicet vinum, quod non mirum fuisset quod traxissem collum meum ab inde: et vos non putatis esse illum laborem? Sed sufficiat hꝛc responsio ad illam partem: postea sequitur in vestra lit-

[1] eſt in *3*. [3] diſcere q̃uis *3*. [5] . Sicuti *3*.
[21] S. D. *3*. [22] M. *3*. [23] lr̃am *3*. [30] queris *3*. [37] lr̃a *3*.

Digitized by Google

tera quod debeam vobis disponere unum libellum in quo stet aliquid pulchrum pro iuvenibus quod possitis resumere. Cum igitur fuistis mihi semper amabilis propter disciplinas vestras varias quas scitis mentetenus, non potui me servare ut non mitterem vobis unam epistolam ex pulchro libello qui inscriptus est 'Epistolare magistrorum lipsensium', quem dictaverunt magistri dispositissimi in alma universitate lipsensi; et hoc propterea feci, si placet vobis illa prima littera, tunc volo mittere totum librum, quia non libenter permitto a me: est ergo ista epistola talis in principio:

Magister Curio
Regens veterrimus in bursa Henrici Lipsig
Salutem dicit
Matthię Falckenbergensi
ex antiqua familia Nobiliste
ante Quinquaginta annos et adhuc suo socio indivisibili.

Quoniamquidem cum sit iam longum tempus ut non fuimus simul apud invicem, bonum esse puto vobis semel velle scribere, ut antiqua amicitia non destruatur: quia audivi a multis vos adhuc vivere et vos bene habere, atque sitis adhuc in bona possibilitate sicut fuistis adhuc iuvenis: quod ego per deum sanctum cum maxima hilaritate audivi: sed parcat mihi bonus deus quod tam robuste iuravi. Utinam deus et sancta Maria semel velint permittere ut huc possitis equitare, quia audio vos iam non sic libenter equitare sicut fecistis quando fuistis mecum in Erphordia et in ceteris partibus Saxonię; quando ego sępius admiratus sum vestram hilaritatem, cum equitastis in equo. Ego valde timui quando audivi Wormacienses habere litigium cum quodam nobilista, ne vos etiam essetis cum illo, quia una antiqua familia, sicut vos estis, est libenter apud aliam; semper in iuventute cum illis libenter fuistis zecchando et equitando, in quo ego vos sępe taxavi. Sed tamen cum adhuc omnia bona sunt, volumus referre Deo Iesu meritas grates quod tam diu mansimus sani. Miror valde quod mihi nunquam scripsistis, cum tamen habetis multos nuncios ad Lipsig, et bene scivistis quod hic semper habitavi. Ego non possum esse tam piger ut vos estis, quare etiam scribo vobis, et semper scribo libenter, et scio quod in illis annis, quibus nos simul invicem non vidimus, scripsi plus quam viginti litteras ad doctos viros meos ęquales. Sed transeat ille error cum ceteris. Domine nobilista, ego velim quod nuper fuissetis hic, quando Serenissimus princeps Saxonię habuit suas nupcias cum pulcherrima corisatione, ubi fuerunt multi nobiliste. Ego fui in illis nupciis missus cum Rectore nostro lipsensi: ut solet fieri: ubi propinavimus magnam

---

4 : vnā *3*. 7 lr̃a *3*. 10. et 30 lipſig *3*. 11 S.D. *3*. 34 lr̃as *3*.

Digitized by Google

Crateram et multos florenos intra, et mansimus ibi per duos dies, et fuimus valde leti et hilariter nos refecimus comedendo et bibendo. Ego habui mecum unum famulum qui habuit duas ollas, et ille bene scivit ubi ego sederem in mensa, et posuit illas ollas infra scamnum meum: tunc habuimus vinum de meliori: scitis bene quod est illud: est enim dulcissime dulce, quod ego tam libenter bibo ut mihi fiat rotundum caput inde, et post prandium soleo tunc chorisare: tunc accepi et implevi de meliori, et iterum posui infra mensam: hoc autem feci quod aliquid haberemus bibere in via: postea inter alia multa fercula habuimus bonum Galrinum cum multis gallinis et bonis rebus: tunc accepi aliam ollam et implevi cum tota gallina: etiam hoc feci ut magnificus dominus Rector et ego haberemus aliquid comedere in via. Illo sic habito dixi ad unum nobilistam: 'domine nobilista, vocate mihi servum meum, habeo sibi aliquid dicere' : cum ille fecisset et servus venit, dixi: 'famule, veni, leva mihi cultellum quod cecidit mihi infra mensam' (sed tamen ego libenter misi cadere), et sic repsit infra mensam et accepit cultellum et ollas infra vestem, et sic distillavit quod nullus unquam vidit. O sancta Dorothea, si tunc affuissetis nobiscum in via, quando perreximus ad Lipsig iterum, quam iucunditer voluissemus vitam habuisse: ego comedi eciam ad duos dies postea de illis reliquiis, quia non potuimus totum comedere in via: propterea autem vobis hoc scripsi, quia scio quod vos etiam libenter distillatis per filtrum et per saccum: tunc enim fecistis cum fuistis adhuc mecum, ubi ego didici a vobis: et est in bona fide optima ars: ego non vellem carere centum aureis. Dixit mihi nuperrime unus quod habetis pulchrum hortum in vestra patria, in quo habetis multos fructus, et piras et pomas et botros; et cum estis in hospicio vestro, quia non habetis propriam mensam in domo, tunc habetis magnum Carnirum, in quem distillatis et simellas et assatas aves et carnes, et ita pulchre facitis distillacionem, ut nemo vidit, quod ego miror: sed credo hoc habetis ex longo usu: usus enim facit artem, ut dicit philosophus nono phisicorum. Audio etiam quod habetis vobiscum unam amasiam que non vidit bene cum uno oculo: ego miror profecto quod adhuc potestis esse in nocte unus vir et estis tam senex: et quod mihi maxime mirum est, audivi quod res vestra stetit una statione ad sex hebdomadas, quod non potuistis flectere, et vos dixistis quod esset ex infirmitate. O dio, si etiam haberem talem infirmitatem, quam bonus socius tunc velim esse. Sed credite mihi, non possum amplius sicut scivi in iuventute; et percussi extra domum meam cocam ante quattuor hebdomadas, tam diu est quod nihil magis potui. Est adhuc unum quod volo vos petere antequam faciam conclusionem: si habetis aliquem puerum vel consanguineum, vel si scitis bonum amicum qui habet, et si debet studens fieri, tunc mittite huc ad

---

12 : illo *3.* 18 lipſig *3.* (*ut solet.*) 21 viltrū *3.* 39 ɔcluſionē ſi

Digitized by Google

Lipsig ad me: nos habemus multos doctos magistros apud nos, et habemus bonum comedere in bursa nostra et cotidie septem fercula bis, mane et sero, scilicet Primum dicitur 'Semper', id est teutonice grutz, *Secundum 'Continue', id est* sop, *Tertium 'Cottidie', id est* muß, *Quartum 'Frequenter', id est* magerfleisch, *Quintum 'Raro', id est* gebrottes, *Sextum 'Nunquam', id est* keße, *Septimum 'Aliquando',* epffel und birn. *Et cum hoc habemus bonam potationem quę dicitur Conventum. Ecce videte, non est satis? illum ordinem semper servamus per totum annum, et laudatur ab omnibus. Sed tamen in habitationibus nostris extraordinarie non habemus multa comedere, quod etiam non esset bonum, alias enim suppositi nostri non studerent: quare ego scripsi ad habitationes omnium illos duos versus:*

Regula bursalis est omni tempore talis:
Prandia fer tecum, si vis comedere mecum.

Sed hoc sit satis, videtis quod etiam sum poeta, ne videar superfluus. Datum raptim ex Lipsig, sub blauio cęlo, et valete cum amasia vestra lętius quam apis in thymo vel piscis in undis. Valete adhuc semel.

Nunc videte, domine Magister Ortvine, si placet vobis illa epistola, tunc volo vobis mittere totum librum plenum, quia sunt valde bonę secundum meum debile ingenium: alias nihil magis possum vobis iam scribere. Valete in eo qui cuncta creavit. Datum in Eberburck, ubi velim quod essetis mecum, vel diabolus confundat me. Sexta feria infra pasche et penthecoste.

45. Appendicis 4.

Arnoldus de Thungaris

magister noster in sacra pagina
Salutem dicit
Magistro Ortvino Gratio.

Venerabilis domine magister. Ego vexor iam supra vexationem: nunc intelligo illud dicterium poetarum esse verum: 'Nullum damnum solum', et hoc volo sic probare. Ego iam sum infirmus, et supra illam infirmitatem venit mihi alia vexatio maxima, quę est talis. Currunt cotidie ad me homines et etiam scribunt ad me ex diversis provinciis, ut notus sum in omnibus regionibus propter libellum, quem feci contra defensorium Iohannis Reuchlin, ut scitis. Illi homines dicunt et scribunt eos mirari quod

---

[8] ſatis: *3.* [11] ſtuderent quare *3.* [15] ſatis videtis *3.* [22] paſche *sic 3.* [27] S.D. *3.*

Digitized by Google

permittimus Ioannem Pfefferkorn, tinctum Iudęum, accipere nostrorum causa laborem scribendi, ut defendat se et nos omnes contra Reuchlin, et defendat fidem nostram: sic quod ipse habeat nomen et nos tamen scripta omnia fecerimus quę emisit suo nomine, ut tunc verum est: in confessione hoc dixi. Dixerunt etiam quod iam compilasset novum librum quem intitulavit in latino 'Defensorium Iohannis Pfefferkorn contra Iohannem Reuchlin', in quo enarrat totum factum a principio usque ad finem; quem libellum theutonisavit etiam. Cum ego hoc audivissem, dixi quod non esset verum, simpliciter quia ego nihil scirem de hac re; et si fecit, tunc per deum scandalum est, quod me non fecit certum, et tamen prius semper me consultavit. Credo quod ipse iam non recordatur mei, cum sum infirmus: si me interrogasset, tunc dixissem uno modo satisfuisse, quia scio quod scribendo nihil acquiremus: nam Reuchlin semper restimulat quod habet diabolum. Si ergo ita est, tunc peto diligenter, ut non faciat, quia vos potestis impedire tanquam corrector suorum librorum. Secundo audivi etiam, quod non tam vehementer dolui, vos lardasse ancillam (cum honestate dico) Quentels impressoris et fecisse sibi unum puerum: atque ut verum sit: tunc ipse dedit sibi veniam et non vult pati amplius in domo, et iam est in propria domo, et facit antiquas tunicas novas. Peto vos propter maximam charitatem quam habuimus semper alternatim, ut velitis mihi hoc scribere an sit vel non, quia ego libenter vellem eam diu supposuisse; sed tamen non volui facere, quia timebam quod esset adhuc virgo. Si autem ita sit, quod vos fecistis, tunc si potestis pati, volumus ad unam dicam lardare, ego hodie et vos cras, quia digniora sunt priora, ego doctor et vos magister: dico tamen hoc sine contemptione: sicque volumus hoc in secreto servare atque eam nutrire cum puero expensis mutuis: et scio quod ipsa libenter erit contenta: atque etiam scio, si diu lardassem eam, non esset mihi infirmitas illa: spero tamen quod volo renes purgare, ut fiam sanus. Et cum hoc valete; si non fuissem debilis transicionis, tunc met ivissem ad vos et non scripsissem: sed tamen vos debetis mihi rescribere. Datum raptim ex bursa nostra Montis.

46. Appendicis 5.

Ioannes Currificis Ambachensis

Ortvino Gratio Daventriensi

Salutis Plurimum.

Quoniamquidem mihi nuper scripsistis quomodo mihi succederet in Heidelberga et quod etiam vobis rescriberem quomodo placerent mihi hic

---

1 Io. *3.* 17 *Pro* ( ) *in 3. est:* . 34 Ioannis *3.* 37 fnccederet *3.*

Digitized by Google

Doctores et magistri, Sciatis ergo primo quod quamprimum veni ad Heidelbergam, fiebam cocus in bursa, ubi habeo mensam gratis et etiam aliquas pecunias pro mercede, et possum proficere et complere ad gradum magisterii. Sic etiam fecit pauper Henricus qui non habuit libros neque papirum, sed omnia scripsit ad pellicium suum. Ita etiam nutrivit se Plautus qui portavit saccos ad molendinam sicut asinus, et tamen postea evasit in doctissimum autorem, quia postea scripsit metra et prosas. Prȩterea ut sciatis qui sunt hic viri docti, volo vobis prius recitare de dignioribus, et deinde successive de aliis, quia, ut dicit philosophus primo phisicorum: 'Oportet ex universalibus ad singularia procedere'. Et Porphirius etiam descendit a genere generalissimo ad speciem specialissimam, ubi iubet Plato quiescere. Et a dignioribus debet fieri denominatio, ut dicit gentilis magister in secundo de anima. Inter omnes doctores Theologię est unus hic qui est prędicator nobiscum, et habet tubalem vocem, licet parvus sit: illum audiunt homines libenter prędicare et tenent aliquid de eo, quia per deum ipse est doctus, et doctus in superlativo, dico vobis, et multi homines intrant eius prędicationes, quia ipse est delectabilis et lacerat bonos possos in ambone sive cancellis. Ego audivi semel ab eo ex libris Posteriorum de quȩstione, quia est quid est, si est, et propter quid est, et omnia scivit in theutonice dicere. Prȩterea semel prędicavit de virginitate, et dixit quod virgines quę amiserunt suam virginitatem, solent dicere quod sit eis per vim factum. Tunc ipse dixit: 'Bene veneritis, per vim: ego quȩro, si unus haberet nudum gladium in una manu et vaginam in alia, et ipse semper moveret vaginam, nonne est ita quod ipse non posset gladium intra stimulare? sic etiam est in virginibus'. Prȩterea semel in novo anno quando unicuique statu dedit novum annum, tunc dedit studentibus in Tribus Bursis (quia hic sunt moderni et antiqui), modernis dedit Saturnum, et ita exposuit: 'Saturnus est frigidus planeta, et ille bene convenit modernis, quia ipsi sunt frigidi artistę, quia non servant Sanctum Thomam et Copulata et Reparationes secundum processum bursę montis in Colonia'. Sed Thomistis dedit pro novo anno unum puerum qui dormivit apud Iovem et vocatur Ganimedes. ille quadrat realistis, quia Ganimedes propinat Iovi vinum et cerevisiam et dulcem potum de lacaritio, quam historiam pulcherrime interpretavit Torrentinus in primo libro Aeneidos. sic etiam reales infundunt eis artes et scientias, et multa arguitur. Et multa alia delectabilia, ut unus posset mirare. Ego credo quod iacuit multas noctes, et non dormivit quando illa ita subtiliter et pulcherrime speculavit. Sed sunt multi qui dicunt quod sit frascaria quod ipse prędicat, et vocant eum 'Quacculator' et 'Ioannes cum destructo capite' et 'auca caput', ex illa ratione, quia ipse stetit semel male in disputatione;

---

21 quę] qui *3*. 23 vim Ego *3*. 25 ſtimulare: *3*. 32 Ille *3*. 35 Sic *3*.

Digitized by Google

tunc expediverunt eum ita realiter sicut unus in centum annis expeditus est. Et unus expectavit eum ante lectorium et detraxit suum baretum ab inde (sed non propter honorem, sed sicut fecerunt Iudęi quando coronaverunt Christum et flectebant genua) et dixit: 'Domine doctor, cum supportatione, Deus benedicat vobis balneum'. Tunc ipse dixit: 'Deo gratias, Domine Baccalaurie', et non dixit amplius et abivit: unus dixit mihi, quod oculi eius steterunt sibi plenum aqua, et credidit quod ploravit postea. Et quando ego audivi tales vexationes, tunc doluit mihi in ventre, et si ego scivissem quis ille leccator fuisset, ego percussissem me cum eo, et si deberent mihi caput cum una dila abinde trusisse. Sed ipse habet adhuc unum discipulum, ille est mihi unus doctus vir, et quasi plus quam doctus, et etiam quasi plus doctus quam suus pręceptor, nisi quod ipse est simplex baccalaureus in biblia: ipse iam pauculis, immo paucissimis temporibus pręteritis intimavit bene viginti quęstiones et sophismata, et semper contra modernos, videlicet Utrum deus sit in prędicamento, Utrum essentia et existentia sint distinctę, Utrum rollationes a suo fundamento sint distinctę et Utrum decem prędicamenta sint realiter distincta. Hui quot respondentes! ego non vidi in vita mea plus respondentes in lectorio, et ipse etiam defendit sua dicta et imposuit honorem, quia unus simplex magister haberet cum uno sufficientiam: ego miravi quare Decanus admisit, ego credo quod fuit insanus propter Caniculares, quia est contra statuta. Et quando disputatio fuit, ex tunc ego in laudem ipsius metrificavi illa carmina ex tempore, quia ego pro parte sum humanista:

Hic est unus doctus magister,
Qui intimavit bis vel ter,
An esse essentię
Distinguatur ab esse existentię;
Et de Rollationibus,
Et de prędicamentorum distinctionibus,
Et utrum deus in firmamento
Sit in aliquo prędicamento:
Quod nemo fecit ante eum
Per omnia sęcula sęculorum.

Sed de hoc sufficienter. nunc de poetis volo aliquid dicere vel scribere, et sic: Est hic unus qui facit Valerium Maximum, sed ipse non placet mihi in media parte tam bene sicut vos mihi placuistis quando vos fecistis Colonię Valerium Maximum, quia ille hic procedit simpliciter, vos autem quando legistis ibi de neglecta religione, de Somniis, et de Auspitiis, tunc allegastis sacram scripturam, videlicet Cathenam auream quę vocatur Continuum beati Thomę, Durandum et alios sublimatos in Theo-

---

15 Utrum] U. *3. et sic in sqq.* 34 fufficienter nunc de poetis Volo *3.*

Digitized by Google

logia, et iussistis quod bene notaremus illa puncta ex sacra pagina et pingeremus ibi unam manum et disceremus mentetenus. Sciatis etiam quod hic non intrant tam multa supposita sicut Colonię, quia Colonię studentes possunt esse sicut hic sunt scutones, et ibi aliqui studentes scutant etiam parthecas, quod non volunt hic concedere, quia oportet hic quod omnes habeant mensam in bursa et sint in matricula universitatis. Sed quamvis hic sunt pauci, tamen sunt audaces et bene tam audaces sicut illi multi in Colonia, quia ipsi scalaverunt nuperrime unum regentem in bursa, qui stetit ante cameram et audivit quod luserunt interius: tunc unus voluit exire et invenit eum ibi et proiecit eum per gradus. Prętерea etiam sunt audaces, quia percutiunt se hic cum reuteris sicut faciunt Colonię cum Doleatoribus, et incedunt more reuterorum cum productis gladiis et Chordis et Spadis, etiam cum plumbatis, ubi habent cordulam, ut possunt iactare et iterum ad se trahere. Nuper semel reuteri secaverunt hic unum Domicellum per scabiem quod cecidit ad terram; sed cito surrexit et defendit se realiter et percussit et secavit eos omnes quod habuerunt Sanctum Valentinum, et omnes currebant fugens. Adhuc unum est quod debetis scire. Vos debetis interrogare Doctorem Arnoldum de Tungari, qui non est minimus in Theologia, An etiam sit peccatum ludere in taxilis pro indulgentiis. Ego scio aliquos prętensos socios qui sunt ribaldi, qui perluserunt omnes indulgentias quas dedit eis Iacobus de alta platea, quando ipse terminavit causam Reuchlins in Maguntia, quia tres fuerunt ibi, et etiam dixerunt quod illę indulgentię non essent hominibus proficuę. Si est peccatum sicut credo, et non est possibile quod non sit peccatum, tunc ego nosco illos bene, tunc ego volo hoc prędicatoribus dicere, qui erunt eos recte confundere, et ego etiam volo eis met in propria persona, ego sum bene tam audax, ad panem eorum ponere. Nihil est iam amplius ad scribendum, nisi salutate mihi ancillam Quentels quę iam est in puerperio, et Valete Pancratice, Athletice, Pugilice, Basilice, belle et magnifice, prout dicit Erasmus in parabolis. Datum Heidelberg.

47. Appendicis 6.

Wendelinus Pannitonsoris

baccalaureus et Cantor in Straßbergk

Magistro Ortvino Gratio

Salutem plurimam.

Vos culpastis me in superiori littera quod atramentum esset mihi balsamus et calamus bissinus et papirus aurea eo quod ego vobis ita raro

---

14 trahere nuper *3*. 22 Mag. *3*. 30 heildelber. *3*. 31 Oztuio*3*. 35 S.P. *3*.

Digitized by Google

scriberem. Ego volo nunc deinceps semper vobis scribere, et maxime quia vos fuistis prȩceptor meus in Daventria in quinto loco, et quia etiam estis vittrinus meus, quare ego teneor vobis scribere. Sed quia iam nullas novitates habeo, volo vobis alia scribere: sed ego scio quod illa non delectabunt vos, quia vos estis bonus super latere prȩdicatorum. Nuper semel sedimus in simposio. Tunc sedit ibi unus qui loquebatur tam mirabile latinum, quod ego non omnia verba intellexi, sed aliqua bene, et inter cetera dixit, quod vellet unum tractatum componere qui deberet exire ad proximam missam Franckfurdensem, qui deberet intitulari 'Cathalogus prȩvaricatorum, hoc est prȩdicatorum': quia vellet scribere omnes eorum nequitias quas fecerunt, quia iam essent inter omnes ordines nequitiosissimi. In primis quomodo contigisset in Berna quod prior et superiores introduxerunt meretrices ad claustrum, et quomodo fecerunt novum Sanctum Franciscum, et quomodo Beata virgo et ceterȩ Sanctȩ apparuissent illi Nolhardo, et etiam quomodo monachi voluerunt postea illi Nolhardo venenum dare in Corpore Christi; et quod hȩc omnia essent nequitiȩ et fantasiȩ quod ipsi monachi fecerunt, et quomodo deinde essent combusti. Deinde voluit componere quomodo semel unus prȩdicator supposuit Maguntiȩ in ecclesia ante altare unam meretricem, et quando deinde aliȩ meretrices fuerunt iratȩ super illam, tunc nuncupabant eam 'monachus meretrix', 'ecclesia meretrix', et 'altare meretrix': et hoc audierunt homines, et cognoscunt etiam adhuc illam meretricem. Et vult etiam componere quomodo unus prȩdicator voluit uno modo Maguntiȩ in hospitio ad Coronam ancillam lardare, quando prȩdicatores de Augspurg habuerunt suas indulgentias ibi, quia iacuerunt in illo hospitio, et ancilla voluit lectum facere, et unus monachus vidit eam et currit ei postea et proiecit eam ad terram et voluit ante: tunc ancilla clamavit, et homines venerunt ei in auxilium; alias oportuissȩt quod illa ancilla servasset ei unum ex. Et voluit componere quomodo hic in Straßberg in claustro prȩdicatorum fuissent monachi qui duxissent mulieres ad cellas eorum per ripam quȩ fluit apud claustrum eorum, et raserunt eis crines abinde, et illȩ mulieres iverunt longe pro monachis, et iverunt ad forum et emebant pisces a viris suis qui erant piscatores, et postea fuerunt traditȩ: et taliter prȩdicatores fecerunt semel nequitiam bachantibus: et quando semel unus prȩdicator ivit spaciatum cum monacha, tunc iverunt apud Scholas, et scolares trahebant illos duos monachos ad scholam et correxerunt eos audacter, et quando monacham correxerunt, viderunt quod habuit vulvam: tunc omnes riserunt et dimiserunt eos in pace, et tota civitas fiebat deinde plena de illa re'. Tunc ego fui per deum valde iratus quando talia dixit, et dixi ad eum: 'vos non deberetis talia dicere; posito casu quod essent vera, tamen adhuc non deberetis dicere, quia posset bene contingere quod omnes occiderentur in una hora sicut Templarii, si homines illas nequi-

Digitized by Google

tias omnes scirent'. Tunc dixit: 'ego scio adhuc tot quod non possem ad viginti arcus papiri scribere'. Tunc ego dixi: 'quare vultis de omnibus prędicatoribus scribere? non tamen fecerunt omnes: si illi in Maguntia et in Augspurgk et in Straßberg sunt nequitiosi, tunc alii sunt forte probi'. Tunc ille dixit: 'quomodo confundis me? ego credo quod tu sis filius prędicatoris, vel fuisti met prędicator; nuncupa mihi unum claustrum, ubi sunt probi prędicatores'. Tunc ego dixi: 'quid fecerunt illi in Franckfurdia?' Tunc dixit ille: 'nescis hoc? illi habent principalem apud eos qui vocatur Wigandus: ille est caput omnium nequitiarum, et ipse incepit illam hęresem in Berna, et fecit unum libellum de Wesalio, et illum postea in Heydelberga revocavit, cassavit, extirpavit et annullavit; et fecit etiam deinde unum alium librum qui vocatur 'Die sturmglock', et ipse non fuit ita audax quod scriberet suum nomen, sed misit Iohannem Pfefferkorn suum nomen scribere, ut daret sibi medium lucrum, tunc velit esse contentus, quia bene scivit quod Iohannes Pfefferkorn esset talis homo qui neminem curaret, etiam suam famam non curaret, quando nisi lucraret pecunias, sicut faciunt omnes Iudęi'. Et quando ego vidi quod eorum erant plus quam meorum, tunc ego abivi; sed fui valde iratus quod ipse non fuit solus: si fuissemus ego et ipse solus, ego vellem diabolum posuisse. Valete. Datum ex Straßberg Feria quarta post festum Sancti Bernhardi. Anno Millesimo quingentesimo decimosexto.

48. Appendicis 7.

Iacobus de Altaplatea

septenarum et liberalium necnon ingenuarum artium
et Sacratissimę Theologię professor humillimus
necnon in aliquibus partibus in Germania
hęreticorum magister id est corrector

Ortvino Gratio Daventriensi

in Colonia vitam trahens
Salutem in domino nostro Iesu christo.

Nunquam fuit tam grata ruriculis dulcissima pluvia tempore longę siccitatis, neque sol post longas nebulas, quam mihi fuit littera vestra quam ad me huc ad Romam misistis. Quando ego eam legi, tunc fui ita gaudibundus quod libenter flevissem, quia mihi videbatur quod iam essem in Colonia in domo vestra, quando bibimus semper unam vel duas quartas vinum vel cerevisię, et lusimus in assere, ita lętus fui. Sed vos vultis

---

3 fcribere: nō 3. omēs. Si 3. 11 annullauit : fecit 3. 13 nomē Sed 3. Iohan. 3. 15 Io. 3. 28 Gra. 3. 32 lr̄a 3. (*ut fere ubique.*)

Digitized by Google

quod ego iterum ita faciam sicut vos, hoc est quod ego etiam scriberem quid faciam hic in Roma tam longe, et quomodo mihi succedat: quod volo libentissime facere. Sciatis ergo quod ego adhuc sum sanus divina spiratione. Sed tamen quamvis sum sanus, adhuc tamen non sum libenter hic, quia illa causa, propter quam ego sum hic, est mihi nunc adversa: ego vellem quod nunquam incepissem eam: omnes derident me et vexant me, et noscunt hic Reuchlin melius quam in Almania, et multi Cardinales et episcopi et prelati et Curtisani amant eum. Si non incepissem, tunc essem adhuc in Colonia, et comederem et biberem bene; ego habeo hic aliquando vix siccum panem. Ego credo etiam quod male iam procedat in Almania, quia ego sum absens; omnes iam scribunt libros in theologia secundum suum libitum. ipsi dicunt quod Erasmus Roterdamus composuit multos tractatus in theologia: ego non credo quod faciat omnia recte. Ipse etiam prius in uno parvo tractatu vexavit theologos, et iam scribit theologice: est mihi mirum. Si ego venio ad Almaniam et lego suos codiculos, et invenio unum parvissimum punctum ubi erravit vel ubi ego non intelligo, ipse debet videre quod ego volo sibi super cutem. Ipse scripsit etiam greçe, quod non deberet facere: quia nos sumus latini et non greci. Si vult scribere quod nemo intelligat, quare non scribit etiam Italicum et Bohemicum et Hungaricum? et sic nemo intelligeret eum: faciat se conformem nobis Theologis in nomine centum diabolorum, et scribat per Utrum et Contra, et Arguitur, et Replica, et per Conclusiones, sicut fecerunt omnes Theologi, sic etiam nos legeremus. Ego non possum vobis iam omnia scribere, neque meam paupertatem quam hic habeo dicere. Illi Curtisani quando vident me, tunc nuncupant me Apostata et dicunt quod ego cucurri ex ordine; et sic etiam faciunt Doctori Petro Meyer Plebano in Franckfurdia, quia vexant eum ita bene sicut me, quia ipse favet mihi. Sed tamen ipse habet melius quam ego, quia ipse habet bonum officium, quia est Capellanus super dei agro, quod est per deum bonum officium, licet Curtisani dicunt quod sit vilissimum inter omnia officia que in Roma possunt esse: sed hoc nihil nocet, ipsi dicunt hoc ex invidia: ipse tamen habet panem suum de hoc et nutrit se taliter qualiter, donec ipse suam causam contra Francfurdienses ad finem ducat. Omni die quasi ivimus ipse et ego spatiatum in Campo floré, et expectamus Teutonicos: ita libenter videmus Teutonicos. Tunc veniunt illi Curtisani et monstrant cum digitis super nos, et rident et dicunt: 'vide, ibi vadunt duo qui volunt Reuchlin comedere! Comedunt ipsi eum, tunc etiam merdant eum iterum', et habemus tantas vexationes quod deberet lapidem commovere. Tunc dicit plebanus: 'Sancta Maria, quid nocet? nos volumus hoc propter deum pati, quia deus multa passus est pro nobis, et nos

15 theologice eſt *3*. 20 Hungaricum ? *3*. 31 . Sed *3*. 32 inuidia Ipſe *3*. 36 debert *3*.

Digitized by Google

etiam sumus Theologi, qui debent esse humiles et spreti in hoc mundo': Et ita facit me iterum lętę mentis, et cogito: 'dicant quid volunt, ipsi tamen non habent omnia quę volunt'. Si essemus in patria et unus faceret nobis ita, tunc sciremus etiam ei aliquid dicere vel facere: quia ego vellem levem causam quærere contra ipsum. Nuperrime etiam ivimus uno modo spaciatum, tunc duo vel tres iverunt ante nos et nos post eos, tunc ego inveni unam cedulam: ego credo quod unus eorum misit eam libenter cadere, ut nos inveniremus, et illa continet illa metra:

Epithaphia Hochstrati.

Ira, furor, rabies, dolus, inclementia, livor,
Dum cadit Hochstratus, non cecidere simul:
Hęc ille insipido posuit plantaria vulgo,
Ingenii dotes et monumenta sui.

Aliud.

Crescite ab hoc, taxi, crescant aconita sepulchro:
Ausus erat sub eo qui iacet omne nephas.

Aliud.

Flete, mali, gaudete, boni, mors una duorum
In medium veniens abstulit his, dedit his.

Aliud.

Hic iacet Hochstratus, viventem ferre patique
Quem potuere mali, non potuere boni:
Ipse quoque excedens vita indignatus ab illa,
Męstus ob hoc, quod non plus nocuisset, erat.

Ego et Plebanus quando invenimus illam cedulam, tunc ivimus ad domum et iacuimus plus quam octo aut quattuordecim dies supra, et non potuimus intelligere: mihi videtur quod me attingant illa metra, quia stat Hochstratus interius; sed ego etiam cogito quod non attingant me ante, quia ego non vocor ita in latino, sed vocor Iacobus de altaplatea vel in teutonice Iacobus Hochstraten. Quare ego mitto illam litteram ad vos, quod vos velitis eam interpretare an velit me vel alium. Si vult me (quod ego non credo, quia ego adhuc non sum mortuus), tunc volo inquisitionem facere, et quando ego habeo eum, tunc volo sibi unum balneum pręparare, quod non debet ridere: ego bene possum. Ego habeo hic unum bonum fautorem, qui est lansmannus meus, et ille est Stafirus Cardinalis Sancti Eusebii: ille debet bene pręparare quod veniat ad carcerem, et quod ibi comedat panem et aquam, et habere pestilentiam. Quare facite diligentiam et scribite mihi mentem vestram, ut sim certioratus. Ego etiam audivi quod Ioannes Pfeffelkorn esset iterum Iudęus, quod ego non credo, quia etiam dixerunt ante duos vel tres annos, quod esset combustus a

Digitized by Google

margravio in Hallis: sed etiam non fuit verum de eo, sed de alio qui etiam sic vocabatur fuit bene verum. Ego non credo quod fiat mammaluca, quia ipse scribit contra Iudeos: et esset etiam omnibus Doctoribus Theologię in Colonia et omnibus prędicatoribus dedecus, quia ipse fuit cum eis bene ante: dicant quicquid velint, ego per deum non credo. Et sic valete. Datum Romę in hospitio ad Campanam in Campo florę Vicesima prima Augusti.

[*Post hanc epistolam tertium prioris voluminis exemplum eum epilogum habet quem supra pag. 62. post epistolam 41. adnotavimus.*

Sequentem epistolam rustice obscenam in iis demum exemplis habemus quæ ab anno 1556. prodierunt. Damus eam ex exemplo 6.]

Epistola cuiusdam devoti et imperterriti fratis sancti et impolluti ordinis, hoc est, divi Augustini, de malis novitatibus nuper in Colmaria factis, divina ira super nos, proh bone Deus.

49.

Humilis frater
Ioannis Tolletanus
reverendo patri, frateri
Richardo Kalberstatensi,
domino vere devoto
Salutem plurimam dicit.

Non possum tibi non sine magno cruciatus animo meo dolore, clam habere, charissime frater, de his quę nobis et nostris sancti ordinis hic in civitate noviter successerunt, et asteterunt. Quia est apud nos in Convento unus frater, quem tu met novisti, spectabilis vir, utilis Monasterio et toto ordini honorabilis, quia habet tubalem vocem in choro, et scit bene ludere in organis. Ipse nuper loquebatur et peroravit unam bonam fautricem ordinis formosam, olim quando fuit, sed nunc apostetavit a nobis et facta est mala bestia. Et dixit tam multum, quod ipsa ad noctem venit ad illum ad Monasterium, et ad tres noctes ibi mansit. Et venerunt ad eam duo vel tres fratres, et fuerunt omnes lęta mente, et leviter sensati cum ea, et fecerunt omnes, ut in festo Codri, fortiter viriliter rem, ita quod bene contenta fuit. Et quando dies factus, quod ipsa debuit ad domum ire, tunc ipse dixit: 'veni, ego volo te exterius mittere, iam videt te nemo'. Ipsa dixit: 'Da mihi antea meum solarium pro te et alios

---

18 frateri *G.* 19 Rihardo *G.* 21 S.P.D. *G.* 31 lete mente, *G.*

Digitized by Google

omnes'. Et dixit ipse: 'ego non possum pro alios dare'. Et fuit hoc die plenum officium in choro, et ipse fuit officiator, tunc oportuit eum ad chorum ire, ad incipiendum et conclaudendum horas, et statim ad eam revenit in dalmatica et in albis, et fuit ei amicabilis in pectore inter mamillas, et in gremio egregie lusit, et ita quod se nihil mali ad illam providit. Tunc custos pulsavit ad chorum, et ipse cucurrit in albis sine bracha ad interessendum divinis. Et quando revenit, tunc illa mala bestia foras vias iverat, et portavit secum bonam superindusiam tunicam cum cucullo de bono nigro panno. Et quando ad domum venit, tunc statim perscidit in partes, et non timuit incurrere penam excommunicationis, quod vestimentum consecratum destruxit. Vere ibi impletum est illud: 'Diviserunt sibi vestimenta mea'. Et sunt quidam zelosi fratres, qui dicunt, quod illa mala bestia debet invenisse in lyripipiolo cucullo quatuordecim coronatos, quod (heu proch dolor) semper damnosum esset, sed unus credit, et secundus non credit. Tunc quando ille bonus frater vidit, quod iniuriatus et damnificatus fuit, ivit ad pedellum cursorem civitatis (novi Latiniste vocant viatorem) et dixit ad eum: 'chare, vade ad illam, et dic quod det mihi meam cucullam'. Pedellus dixit: 'ego nolo ire, quando tu dicis, sed quando Magistratus dicit, ego volo ire'. Tunc frater, non bene consideratus, ex bono zelo, quem habuit, quod magistratus esset fautor ordinis, ivit ad magistratum, et fecit suam querelam. Tunc magistratus fecit actionem, et misit pro ea: et quando venit, magistratus interrogavit eam: 'quare huic suam cucullam deportasti?' Tunc ipsa stetit et sine verecundia omnia manifeste dixit, et quomodo ad tres noctes in monasterio fuit, et quomodo secum viriliter fecerunt, et non dederunt sibi solarium. Tunc magistratus noluit boni fratri facere suam cucullam rehabere, sed dixit ad eum: 'Vos multa incipitis, certe non semper vobis sic pertransibit, vade tu in nomine centorum diabolorum, et mane in tuo Monasterio', et dedit ei refutatorios, et sic bonus frater verecundatus et confusus fuit. Et illudebant ei, et postquam illusissent ei, imposuerunt nobis crucem magnam, quod sub magna pena non debemus exterius Monasterium ire super plateas. Sed reverendus pater frater Prior non fuit domi, quando hęc pertransierunt: sed quando de via revenit, ipse misit omnem rem pertingere ad reverendum patrem Provincialem gratiosum dominum nostrum (ipse ille doctus vir illuminatus, lux mundi, qui super duas disputationes stre-nue se habuit contra hęreticos, et superdisputavit eos omnes, sed noluerunt ei credere ipsi infideles). Tunc reverendus pater Provincialis statim venit in civitatem, et certe fuit, ipse et Prior male contentus super illum fratrem, quod sic inconsiderate ivit ad magistratum, melius fuisset quod sibi emissemus novam cucullam de optimo panno, sed fecit ex bono zelo.

---

[8] bonum *6*. [22] iuterrogauit *6*.

Digitized by Google

Et statim Provincialis ivit ad magistratum et senatores, et rogavit eos, ut nobis iterum licentiam darent, ut possumus de monasterio ire super plateas, sed nihil potuit impetrare, quia dixerunt omnes, totus consulatus: 'hoc parvum est, quod non debemus amplius exire; ipsi volunt nobis adhuc unum factorem dare (ipsi vocaverunt curatorem), qui debet monasterio omnia percipere et exponere, et nobis solummodo necessaria dare'. Certe si hoc esse erit, tunc habet finem circa libertatem ecclesiasticam, nihil est amplius, diabolus maneat in monasterio, (o frater mi) vivi pervenimus illuc. Quis hunc aliquando potuit sperare dolorem, quod nostri optimi fautores nobis sic derecedunt? Et certe reverendus pater frater prior est valde contristatus, et fuit aliquibus diebus prę tristitia infirmus, sed hodie est octava, quod de mane post tertiam digestionem, unum malum sudorem habuit, et postmodum surrexit, et ivit ad opus naturę, et cacavit valde male nimis, non spisse sed tenuiter, et factum est melius circa illum. Sed habet bonam expectantiam ab una fautrice ordinis, quę bene scit illi coquere bona iuscula, et moniales crepitus, et huiusmodi. charissime frater, si laici nostri domini erunt, omnes nos deridebunt: quia iam fecerunt unum proverbium de nobis, et acceperunt illi de uno antiquo, quod dicitur de uno plebano, qui libenter comedit bonum caseum, et quando in sancta nocte fuit in ludo pascali, tunc sua bona fautrix sibi bonum caseum furavit, et quando revenit de ludo, et non invenit caseum, clamavit: 'per deos sanctos, meretrix furavit caseum'. Sic iam quando nos de muris exspicimus ad plateas, solatii gratia, ipsi convertunt proverbium, non simpliciter, sed per contrapositionem, et clamant: 'Audite per deos sanctos, meretrix furavit cucullam'. Pie frater, sic oportet nos habere multas et magnas vexationes et tribulationes sub istis laicis, propter ordinem nostrum. Et vere iam in nobis implentur illę scripturę: 'Servi dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum. Senes defecerunt de portis, iuvenes de choro psallentium, defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster'. Charissime frater, ora pro nobis deum, ut liberet nos a malis laicis. Sed quicquid feceris, bone Frater, vide, ut hanc literam illi mali ribaldi poetę sęculares non sciant, et non intelligant, quia alias erunt scripturi de nobis. Vale pangratice, charissime, pie Frater. Datum monasterio nostro, in octava mensis Maius, in anno 1537.

Si quis vult hoc epistolium cum elegantiis meliorare, ille bene potest: sed debet textum historię mittere integrum manere, quia est veritas, et non potest aliquis tam mala scribere, multum peius nobis transivit.

Hęc litera missa fuit ex Brabantia, uno devoto Fratri in Moguntia, de aliquibus malis, et inchristianis novitatibus scripta.

---

10 derecedunt. Et *6*. 23 falatij *6*. 32 ut] & *6*. 31 in-luctum *6*.

Digitized by Google

Cum ab operis hæc pagina vacua relicta esset, commode Reuchlini effigiem, quamvis in bonis Epistolarum O. V. exemplis nulla exhibeatur, ex Hutteni operum vol. III. pag. 448. repeti visum est.



Digitized by Google

DEFENSIO

IOANNIS PEPERICORNI

CONTRA

FAMOSAS ET CRIMINALES

OBSCVRORVM VIRORVM EPISTOLAS

INDIGNA EARVNDEM PROVOCATIONE

TOTAM FERE HISTORIAM REVCHLINIANAM

A CESAREA MAIESTATE CONTRA PERFIDOS DVDVM IVDEOS

LAVDABILITER INCEPTAM

VERISSIME DESCRIBENTIS

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI DOMINO NOSTRO

DOMINO LEONI DIVINA PROVIDENTIA PAPE DECIMO

REVERENDISSIMISQVE CARDINALIBVS

AC TOTI TANDEM ECCLESIE

REVERENTER DEDICATA.

Digitized by Google

¶ *HEC INSVNT HVIC OPERI.*

¶ *Epistolę ad summum pontificem, Cardinales et Archiepiscopum Coloniensem.*

¶ *Quinque mandata serenissimi domini nostri Imperatoris, in cuius etiam laudem hic liber est editus.*

¶ *Consilia clarissimarum aliquot universitatum aliorumque doctorum de mandato Cęsareę Maiestatis contra Iudęos conscripta.*

¶ *Sententię sive decisiones earundem contra Oculare speculum Ioannis Reuchlin Phorcensis.*

¶ *Regum et principum clarissimorumque virorum in causa fidei contra idem speculum ad summum pontificem epistolę.*

¶ *Summarium totius negocii cum protestatione principali. et utra partium silentium a summo Pontifice Cęsareaque Maiestate impositum infregerit.*

¶ *Novi Reuchlinistarum articuli execrabiles, mihi atque aliis iniurii et in ecclesiam dei apertissime blasphemantes Ex maledictis obscurorum virorum epistolis summatim excerpti, ut infra patebit.*

¶ *Finis huius libri terminabitur catholice citra cuiuscunque offensionem.*

Digitized by Google

¶ *Beatissimo in Christo patri domino nostro .D. Leoni divina providentia papę X. Reverendissimisque Cardinalibus Ioannes Pepericornus olim Iudęus nunc vero Christianus omniumque minimus, post pedum atque manuum oscula sese totum subiicit et auxilium adversus malescribentes humiliter implorat.*

Beatissime pontifex, quanquam minime dignus sim, ut vel ad sacratissimos pedes tuos, vel ad celsissimam tuę sanctitatis sedem verba profundam, tamen quia Reuchlinistarum nuper quorundam (quos obscuros vocant) contumelia falsissimisque quibusdam invectivis extimus pęne factus sum ab ovili tuo Christi vulneribus septo, non possum non sperare et firmiter credere, quin si Neophitus ipse veritatem proposuero, et per viam regiam ambulando instar divi Pauli synagogam sathanę et colluvionem Iudęorum execrabilem tortuosumque labyrinthum pro mea parvitate suppressero, immortale sim cum beatis prędium habiturus, nec minorem etiam gratiam in oculis sanctitatis tuę. Verumenimvero cum sub hoc lunari orbe Christi vicem perbeate in terris geras, et alterum nobis deum repręsentes, personarum acceptor esse non potes. Sed quo me vertam prę dolore? Quibus supplicabo? Quos miser ipse implorem? Te mediusfidius patrem beatissimum, quem admiranda probitatis omniumque virtutum merita, incorrupta vitę integritas, ad supremam atque inaccessibilem pęne mundi cathedram iure optimo extulerunt, qui et misericordia dignis misereri et superbos debellare pro tua moderatione atque iusticia quamoptime didicisti. ¶ *Ceterum beatissime pater, ut ad rem ipse paulatim declinem: Postquam serenissimus noster Imperator, omnium litteris atque linguis extollendus, universitatibus aliquot, Archipręsuli etiam Moguntino, itemque et hęreticę pravitatis inquisitori, ac Ioanni denique Reuchlin, legum (ut fertur) doctori iampridem demandasset, ut quidnam de libris Iudęorum quibusdam scandalosis et in ecclesiam dei blasphemis agendum foret, ad salvatoris nostri honorem omniumque regeneratorum salutem quantotius deciderent, Cumque omnes excepto Ioanne Reuchlin, velut uno ore, ex instinctu spiritus sancti pro Christo et loquerentur et scriberent, solus ille inventus est, qui (ut multarum universitatum, aliorumque a Cęsarea Maiestate deputatorum testimonia probant) Iudęorum perfidię magis quam sedi apostolicę aut sacratissimo fidei negocio in sua consultatione adhęreret. Taceo (proh pudor*

Digitized by Google

nefas est dicere) quod in eadem sua consultatione (quod postea speculum oculare est appellatum) me nuper in Christo feliciter baptizatum, nullis ||
Aij *meis demeritis (quia alter alterum non noverat neque viderat unquam) quovis modo precedentibus, occulte et supra datam fidem (velut ipse negare non potest) apud C. M. male tractarit, verissima quedam contra me pro Iudeis falsissime improbando. Quapropter mihi proh dolor sic curarum omnium libero, nihilque fraudis inopine cogitanti respondendi stylum vel invito obiecit, quo semper is qui lesus est prior, (quamvis etiam infra infimos omnes esse homines videatur) tueri sese, et id quidem duce natura, non instrenue ab adorientibus potest.* ¶ *Multis itaque id genus aliis rebus ac clausulis non inconsulto (quoniam hic infra luce clarius aperiuntur) omissis, hoc solum dicam, quod ipse Ioannes Reuchlin et sectatores eius Cesaree Maiestatis mandatum, de silentio ultro citroque observando non solum non observarunt, velut nostrum epitome sive summarium explicat, sed ne tue quidem beatitatis solemni decreto parentes, in me alogum, atque optimum quemque e nostris, supra quam cuiquam credibile est, in suis obscurorum virorum epistolis per omnem impudentie contumeliam, omne virus sonticum velut polylogi turpiter expuerunt. Verumtamen quia (ut fides nostra catholica habet) nullum sine auctoramento est malum, iidem nescio qui perduelles Reuchlinistę, minime natura cicures, manifesta phrenesi in me ovem misellam et id quidem absque suorum nominum professione crudeliter debacchantes, iustas merito penas darent, fedam suorum orium graveolentiam et voce et scriptis revocantes. Irritatus igitur et coactus hunc librum edidi, tibique patri beatissimo vobisque reverendissimis Cardinalibus perlustrandum ac defendendum hoc pacto nuncupavi, ut vera mihi auxilium, falsa autem severam sine gratia censuram administrent. Tuam itaque sanctitatem velut domini nostri locum in terris tenentem, ac ministram et ducem universalis ecclesie suppliciter invoco, Te certum et indubitatum beati Petri successorem imploro, ut me christianum intra septa tua cum ceteris latitantem et infinitis pene iniuriis enectum a lupis rapacibus lacerari non sinas. Vos quoque reverendissimos dominos cardinales, veros iusticie patronos appello, vos obtestor, vos obsecro, ut veritatem profitenti et indigne a malevolis leso, salutis opem prestare velitis. Quod si feceritis, plures proculdubio Iudei ad fidem nostram convertentur. Nam qui animas quatuordecim ex tenebris cecorum ad veritatis lumen traduxi, nullam commerui christianorum contumeliam. Hoc tandem adiecero, plures nuper baptizatos fuisse, nisi scripta Reuchlin nocenter obstitissent. Valete feliciter. Colonie. Anno ẽ. xvi. ī Iulio.* ||

Digitized by Google

¶ *Reverendissimo in Christo patri ac Illustrissimo principi et domino .D. Hermanno sanctę Coloniensis ecclesię electo et confirmato Sacri Romani imperii per Italiam Archicancellario, principi electori Westphalię et Angarię duci legatoque nato et c. Domino suo gratiosissimo Ioannes Pepericornus Civis Coloniensis, cum summa humilitate se totum recommendat.* Aij[b].

Reverendissime ac illustrissime princeps, gratiosissime domine. Ego omnium reverentię tuę subditorum minimus, nolo ut prętereat reverendam paternitatem tuam, me ante annos aliquot ab illustrissimo principe Archiepiscopo Moguntino moderno in causa Iudęorum Moguntię interrogatum et pręsertim causa venerabilis sacramenti veri dei et hominis, tunc temporis a perfidis Iudęis in civitate ipsius Perlino dedecorose nimis atque impie tractati, propter quod quidem facinus frater eiusdem Marchio Ioachim princeps elector et c. Iudęos (ut accepi) .XXX.VIII. iusto flammarum supplicio affecit: Voluit quoque tunc ex me scire quare Iudęi contra omnium scripta prophetarum et contra manifesta cęli ac terrę indicia in suis ita peccatis excęcati nullum exhorreant scelus. Respondi et reverenter et vere dicens maximam partem huius pertinacię esse falsos eorum libros, quos illorum Rabi contra sacrum evangelium et in contumeliam, dedecus, infamiam et blasphemiam sacrę fidei nostrę composuerunt: in quibus quidem libris suos liberos a puericia instruant ac doceant: et deinde cum ad provectiorem ętatem pervenerint, se malicię habitum non posse derelinquere. Et ita quicquid contra ecclesiam catholicam christianosve machinari possunt, id totum putant acceptum deo et iuste factum esse. Cuius rei gratia dedi reverentię eiusdem nondum tunc episcopi exemplum tale: videlicet quomodo Iudęi in hominum memoria quinquies venerabile sacramentum contumelia affecerint: Primo in Vratislavia, civitate Schlesię, Secundo in Passau civitate non longe a Danubio posita, Tertio in Sternenberg, Quarto in Denckendorff, postremo in Perlino oppido. Et quamvis semper sint ignitis forcipibus per omnes vicos lancinati, in verubus tosti, ad rotas positi et vivi defossi atque combusti, propter quę merito exemplum sibi ęternum sumerent, tamen inculcatam sibi ex suis libris et ex nulla alia causa deponere maliciam non possunt neque volunt. Comparantur enim igni sopito qui ut iterum inflammatur, sic et contra nos Iudęi. Nam ad tempus cessantes paulatim nobis dormitantibus falsis suis codicibus reincenduntur et id quidem indies magis ac magis nulli malicię diabolicę parcentes. ¶ Prętерea interrogatus sum ab eadem ipsius Reverentia et ab

---

[13] decederose *1.*

Digitized by Google

aliis etiam honestis viris an hoc esset mihi compertum et verum, quod Iu-
Aiij *dęi cogerentur habere sanguinem christianum || ac eo uti ad liniendum sese ne feteant aut sordidi notentur, uti communis est fama. Respondi ego per immortalem iurans deum quod hęc essent mihi prorsus incognita. Rursus interrogatus sum, Ex quo Christianorum liberi quam sępissime sint martyrizati a Iudęis, et ipsi ex puerorum venulis sanguinem miserint, et hunc per omnes synagogas suas diviserint, ad quid tamen uterentur sanguine illo? Tunc denuo respondi, si Iudęi possent Christianos viros ita consequi sicut infantulos, proculdubio senes cum iunioribus interficerent. Quod autem utantur sanguine Christiano, mihi ex toto non est compertum. Hoc autem mihi exploratum est, quod Iudęis suam cęnam paschalem celebrantibus ipsi in mensam reponant tres panes qui a Gręcis dicuntur azimi, et poculis vinum infundant rubeum. Manus igitur suas vino decies imbuentes et humorem toties digitis decutientes universę Christianitati maledicunt, prędertim decem plagis Pharaonis in Egypto factis. Ultimo epotant vinum illud rubeum in derisionem et contumeliam Christianitatis. Ex hoc non obscure considerari potest quod ipsi diluant sanguine christiano vinum illud, et ex invidia ebibant, quam habent adversus Christianos. Non plura de hac re scio, sed hoc duntaxat, quod indies plura alia mala pessima etiam et crudelissima machinentur Christianis, quemadmodum demonstravi in libris meis olim emissis et latius indicare possem, prędertim quando clanculum et commode possunt consequi sanctam crucem, sive fuerit in agris sive oppidis, eam continuo frangentes et pedibus conculcantes. Nec referre possum, quam contumeliosis verbis virginem Mariam afficiant. Quorum cum recordor, anima mea continuo exclamat ac omnia membra quatiuntur horrore. Hoc autem in vera fide dico non esse locum admirationi nos omnes quotidie ad inferos detrudi posse tactos fulmine una cum habitationibus nostris, nisi virgo Maria pro nobis intercederet. Qua propter Christiana ecclesia commissorum scelerum (quę quotidie a Iudęis fiunt) luere penam cogitur, ex quo ęterna deitas (prout vero verius est) sumpserit occasionem propter contumelias et passionem sibi illatam, non solum sontes Iudęos in Hierusalem puniendi, sed etiam innocentes mulieres lactantesque pueros, et prędterea muros Hierosolimitanos evertendi. Nunc filius hominis in hominum memoria non semel male tractatus est a Iudęis, sed quinquies ad minus, ut in prędcedentibus elucescit. unde tam sunt iniqui, ut quod operibus perficere nequeant, voluntate tamen semper ad id potissimum sint inclinati. Et ideo mirandum non est, quod deus pater et filius et spiritus-*
Aiij^{b}. *sanctus tam acerbe Christianis hominibus irascatur, plaga || videlicet pestilentię, morbillis, febribus et aliis ęgritudinibus insolitis. Item bellis multorum principum, rapinis, incendiis, effusione sanguinis, excoriatione*

[12] qui] q̃ (= qua *pro* q̇) *1.* [21] iudicare *1.* [35] sunt] ſt} *1.*

Digitized by Google

pauperum, inobedientia inferiorum erga superiores, et variis seditionibus. Non dubium quin huiusmodi plagę veniant et oriantur ex illis pessimis et maximis peccatis Iudęorum et eorum falsis et perversis scripturis quę causę sunt omnium malorum. ¶ *Quam ob causam cum ego per id temporis ex consilio etiam prudentissimorum virorum nonnihil contra falsos et scandalosos Iudęorum libros molirī vellem, me ad imperatoriam maiestatem contuli, et causam hanc prout erat rei veritas eiusdem serenitati proposui. Insuper hoc Cęsarea maiestas suis imperialibus publicis mandatis omnibus Romani imperii statibus mandavit, ut omnes inutiles thalmudicos libros cum suis appendiciis, in Christianę fidei opprobrium et dedecus compositos, a Iudęis tollerent et supprimerent: Voluit quoque eos ut quam diu Christianam fidem non acceptaverint, secundum antiquam legem et prophetas vivere debere. Omitto reliqua. istiusmodi igitur mandatum ex commissione Cęsareę maiestatis primum Franckfordię honesto senatui obtuli, quod magna cum Reverentia et honore acceptarunt, et sicut honesti et Christiani viri secundum tenorem imperatorii mandati exequuti sunt, ita quod ex synagogis Iudęorum magnum librorum numerum abstulerim et apud senatum Franckfordensem deposuerim. In expeditione autem huius negocii venerunt mihi a gratiosissimo domino meo domino Uriele Archiepiscopo Moguntino scripta, ut in hoc negocio supersederem et me ad Oschenburg ad suam Reverentiam quamprimum conferrem. Quo facto mihi Neophito prędsul dixit 'Quamvis negocium hoc in se satis laudabile ac bonum sit, tamen mandatum hoc imperatoris veram formam in se non habet, quia solus ego sum in hoc mandato positus, propter quod quidem Iudęi negocium hoc depellere possent'.* ¶ *Prędterea dixi me audivisse de quodam doctore, qui nominaretur Ioannes Reuchlin, cuius mihi non esset noticia. Respondit prędsul ut quamprimum conferrem me ad Cęsaris curiam, ac dominum Victorem olim Iudęum modo autem apud nos in Christo feliciter defunctum, ipsum quoque doctorem Reuchlin et me ipsum debito ordine Cęsareę maiestatis mandato inscribi facerem. Quo facto Archiepiscopus ipse adiecit sese (quantum ei possibile esset) me omnibus in rebus auxilio futurum, dans mihi magni precii nummum pro viatico.* ¶ *Postea iterum profectus sum Franckfordiam, referens hęc optimo senatui Franckfordensium, quomodo et quam pie in hac causa Episcopus Mo||guntinus respondisset, petens a* (A 4) *senatu indicem de istis libris Iudaicis quos deposueram apud eos. id quod dicto citius perfecerunt, offerentes etiam et mihi quibus commodissime singula peragerem:* ¶ *Et illo tempore erat Cęsarea Maiestas in Italia, cuius absentia cogebar per Sueviam proficisci, et inter proficiscendum contuli me ad Stutgardianam civitatem, in qua doctor ille Reuchlin habitat, volens ab eo audire et experiri ipsius consilium, quid ad hoc negocium diceret. Tunc*

---

20. 21 i. e. Aschaffenburg. 28 Victorem] de Carben. 31 me (*pro* mihi) *l.*

Digitized by Google

multa blandissima mihi dedit verba, inquiens, se mihi in hoc negocio venturum auxilio non solum verbis et scriptis, sed etiam factis velle ostendere. Eo autem sic loquente putabam credulus ego me audire angelum loquentem: Ceterum dulcibus suis verbis et factis aperuit mihi cor meum ita etiam ut sibi omnia secreta mea de Iudęis manifestaverim, nesciens cor ipsius pravum aut quod diabolus cum eo aliquid esset tentaturus. Et sic amice ego et in magna familiaritate (ut opinabar) ab eo recessi, conferens me ad imperatoris curiam. Qua quidem re sic fideliter per me expedita non est mihi ab illo servata fides, ut sępius infra dicetur. Quapropter perfidi Iudęi sese suumque negocium non neglexerunt, ut mihi suis astuciis occluderent viam, licet eo tempore neque pecunia neque ulla bona eis potuissent suppetias ferre. sed imperatoria Maiestas misit secundum mandatum his subsequentibus verbis. Priusquam tamen ad illud deveniam, ego humile membrum ecclesię tuę, et novum germen, oro atque obsecro Reverendissimam paternitatem tuam in Christo Iesu, tuamque in omni genere virtutum divinam potius quam humanam sapientiam et invictum animi robur, ut me miserum non deseras sed ab omni invadentium periculo defenses.

¶ *Protestor itaque hoc loco coram reverendissima paternitate tua me nihil esse scripturum ad cuiuscunque hominis infamiam, sed nudam veritatem velle manifestare et pro falsis si qua essent penam sustinere. Valeat feliciter Reverendissima paternitas tua. Colonię Anno. ꝛc. xvi.*

¶ *Sequitur mandatum S. D. N. Imperatoris secundum.*

Nos Maximilianus divina favente clementia electus Ro. imperator semper Augustus ac Germanię, Hungarię, Dalmacię, Croacię et c. Rex Archidux Austrię dux Burgundię Brabantię et Comes palatinus. et c. nunciamus reverendo Urieli Archipręsuli Moguntino, sacri Romani imperii per Germaniam archi-
A4b) *cancellario nostro dilecto nepoti et electori gratiam nostram Cęsaream et omne bonum. Venerabilis dilecte nepos et elector, nos sumus certiores facti, quomodo Iudęi passim per nostrum imperium in eorum synagogis et Bibliothecis et in eorum manibus aliquos fictos et inutiles libros et scripta habeant, et illis utantur non solum in contumeliam et scandalum sacrę Christianę fidei, sed etiam contra libros et prącepta Moysi et prophetarum, quę tamen ipsimet Iudęi credere et observare tenentur, quos etiam non solum a fide nostra Christiana avertunt, verumetiam illis in sua fide Iudaica errores faciunt, seducunt quoque et hęreses movent. in quibus nobis prout Romanum imperatorem decet, prospicere congruit, et super his nobis et Ro. imperio fido Ioanni Pepericorno Coloniensi tanquam benedocto et experto Iudaicę fidei et librorum Moysi et prophetarum nostro gene-*

[23] S. D. N.] = serenissimi domini nostri.

Digitized by Google

rali mandato commisimus ad visitandum, experiendum et videndum omnes libros et scripta Iudęorum, et quicquid inter hos inveniretur, quod esset contra libros et prȩcepta Moysi et prophetarum, et ut antea continebatur, quę essent excogitata in contumeliam et dedecus nostrę fidei, omnesque tales (tamen in eo loco cum consensu, consilio et providentia pastoris, etiam duorum e senatu, vel saltem illorum habita auctoritate) tollere et supprimere. ¶ *Super hęc iam prȩnominatus Pepericornus facit nos certiores, quo pacto ipse secundum tenorem nostrę commissionis et mandati rem ipsam inceperit, et prȩsertim Franckfordię auxilio civitatis et ecclesię libros Iudęorum expostulaverit.* ¶ *Sed postquam Iudęi rebellarunt suis aliquibus illicitis sermonibus, eos adhuc in nostra pena et mulcta retinemus: tamen secundum tenorem mandati nostri Franckfordenses acceperunt Iudęis certum numerum librorum, sicuti eis indicavit Pepericornus, quos retinuerunt et custodierunt. Quanquam ergo Iudęi ad nos miserint de hoc negocio, non secus ac si Ioannes Pepericornus in hoc negocio non esset doctus et expertus, etiamque quod sibi non solum prȩnominati libri sed plerique alii qui neque contra prȩcepta Moysi neque prophetarum neque in contumeliam fidei nostrę Christianę essent, et sibi secundum tenorem privilegiorum suorum admissi, sint ablati: tamen cum intelligimus quod Franckfordenses cum ecclesiasticis prȩnominatis Iudęorum privilegia viderint et examinaverint, nostrum mandatum non esse contra illos, volumus quod nostra voluntas teneatur, et in vigore maneat. tamen ne Iudęi contra ęquitatem graventur Et ne Iudęi de quavis levitate aut re aliqua minus diligenter perspecta conquerantur, committimus tuo erga nos amori et damus tibi plenariam potestatem: et ex Roma. imperatoria potestate severe mandamus et volumus, ut tu ad aliquam constitutam || diem ad te scribendo voces ali-* B
quos doctos ex universitatibus, videlicet Coloniensi, Moguntinensi, Erphordensi et Heidelburgensi. Ad has quoque si tibi placuerit et commodum visum fuerit, honestos et bene doctos, devotos, nobis et imperii fidos Doctorem Iacobum Hochstraten hęreticę pravitatis inquisitorem de Colonia, doctorem Ioannem Reuchlin de Stutgardia, Victorem de Carben sacerdotem, una cum Iohanne Pepericorno, insuper Iudęos de Franckfordia ad te atque illos doctores accersas, ut libros qui eis nuper adempti sunt, et hos maxime quos Pepericornus adhuc indicabit, evolvas et perpendas Et cum repertum fuerit quod illi libri et scripta (ut habet nostrum mandatum emissum) in Christianę fidei dedecus et malum, aut contra prȩcepta et libros Moysi ac prophetarum sint aut illis Iudęi utantur, ut Ioannem Pepericornum in hac causa procedere permittas, ad hęc quoque pluribus litteris eum promoveas quantum ei ad nostrum mandatum opus est. Negocium etiam hoc ita tractes et agas, quo Iudęi in sua fide nullam novitatem, nullum

---

[3] et (*post* Moysi) *om. 1.* [20] et *om. 1.*

Digitized by Google

inquam errorem aut hęresim nobis et in nostrę sanctę fidei contumeliam, malum aut in condemnationem suarum animarum faciant eaque non utantur Etiam ne contra ęquitatem suarum legum graventur, quemadmodum tua charitas ea in re experientiam habet. In hoc faciet amor tuus seriosam mentem nostram et beneplacitum. Datum in nostro oppido Rofereit[5] *decimo die mensis Novembris. Anno super millesimum quingentesimum nonum Regnorum nostrorum Romani Vicesimo quarto, Hungarię vero vigesimo.*

Per Regem
pro. ma:
Ad mandatum domini imperatoris proprium.
Gabriel Fock.

Huiusmodi mandatum attuli meo gratiosissimo domino Moguntinensi, quod sua Reverentia cum magno honore accepit, et continuo Venerabilem
b b *et bene doctum dominum magistrum Herman||num Hesβ, doctorem sacrę theologię, tunc temporis primarium regentem in universitate Moguntinensi simul mecum ordinavit: Ac nos confestim ad honestum senatum Franckfordiensem misit, qui nobiscum transiens ad Iudęos, libros (qui videbantur mihi illiciti et inhonesti) auferendo. Sic factum est quod cum prędictis mille et quingentos libros a Iudęis sustulerim hosque deposuerim apud honestum senatum Franckfordiensem, usque ad ulteriorem commissionem gratiosissimi domini Moguntinensis, una cum universitatibus et doctis, latius istiusmodi negocium examinando, quemadmodum in Cęsareę maiestatis mandato emisso videre licet. ¶ Verum enimvero Iudęi lachrimis et brachiis in cęlum tensis ac ingenti summa pecuniaria me rogarunt ut ab eis tollerem tale negocium, deponerem quoque et dimitterem. Quamvis igitur diabolus mihi hoc consuluisset atque inspirasset, attamen (laus et honor omnipotenti deo) ego neque dęmoni neque Iudęis neque illorum falsis donis consensum prębui. super qua re dabunt mihi in extremo iudicio diabolus et Iudęi testimonium. ¶ Nunc diligenter animadvertite quomodo Sathanas qui omnis nequitię et multarum artium magister est, itemque et Rabi primatesque Iudęorum cum suis sociis laudabile hoc negocium impedire conati sunt. Qui quidem Sathanas Iudęos Franckfordię in unum coegit eisque sic proposuit atque inspiravit Diligenter auscultate. 'Pepericornus incendit ignem, qualem in Romano imperio nunquam habuistis, quem quidem si non tempestive extinxeritis, tunc episcopus Moguntinus convocabit illas universitates vobiscum disputandi et libros inspiciendi gratia. Insuper est Iacobus Hochstraten hęreticę pravitatis inquisitor unus inter illos apprime doctus, qui vestram fidem et scripta rationibus novit corrigere. Et quando vos devicti et pena digni inventi fueritis, tunc possent vobis non*

[5] Roveredo.

Digitized by Google

solum auferre libros, sed etiam vos punire in vita et bonis. Ad hęc quoque Synagogas vestras destruere et Romano imperio expellere, quemadmodum vos sępiuscule in hominum memoria ex multis regionibus, provinciis, civitatibus exacti, submersi et combusti estis, prędertim ex regno Francię, ex Hispania, ex Anglia, Dacia, Scocia, Prussia, Livonia, Selandia, Brabantia, Hollandia, Gelria, Frisia, Westphalia, Missna, Saxo- || *nia, Doringia, Marchia, Schlesia, Bavaria, Austria, Stiria, Carinthia,* Bij *Athesi, Helvetia, et aliis provinciis ac Romani imperii civitatibus, sicut ex Colonia, Argentina, Augusta, Nurnberga, Ulma, Norlinga, ubi vestras olim Synagogas habuistis, et ego lucifer tanquam protector et defensor supra has fui, quas propter crucifixum Ihesum et suos obtinere diutius non potestis: tamen si vultis vos consilium meum sequi et obedientes pueri esse, sicuti hucusque fuistis, caveatis vobis maxime et in primis a Christianis doctoribus, et nolite cum eis (quoniam nihil vobis proderit) descendere in disputationem. Hoc autem facere potestis. Nolite parcere pecuniis et date has liberaliter illis, quibus hoc modo gratissimi eritis'. Sic itaque factum est quod Iudęi aliquos insignes Christianos pecuniis corruperunt. Sed quomodo pars illorum Christianorum mortua sit, deo optimo maximo compertum est, et hominibus etiam quibusdam quibus ea res notissima est. Sed tantum est: illi probo imperatori tam diu ad aures inflarunt per falsas instructiones, quod sua Cęsarea maiestas Iudęis libros restituere mandaverit sub tali conditione, quod hi libri sic conscripti et immoti usque ad ulteriorem commissionem apud eos remanerent. et hęc erat fraus diaboli qui bona opera semper impedire laborat.* ¶ *Adhuc dęmon ipse Iudeis inspiravit, dans eis aliud consilium, quod si velint ipsi negocium illud impedire et apud libros et Synagogas permanere, tunc deberent vitę meę ponere insidias. quod si commode facere non possent, mihi tamen per universum mundum malam famam spargerent, et omne malum de me dicerent. Verum hoc non esset in eorum potestate, sed deberent aliquos avaros Christianos pecunia corrumpere atque subornare. Et quando per Christianos in vita et honore essem ięsus, tunc quicquid de eis scripsissem (prędertim de libris) haberetur in mundo pro nihilo: id quod proh dolor sic factum est.* ¶ *Insuper postquam Iudęi Franckfordienses libros rehabuerunt, emiserunt continuo literas non solum per Romanum imperium sed in alias etiam (ubi habitant) provincias, quibus rem omnem pro se ad tempus feliciter actam summa ląticia communicarunt. Nunc auscultate, o vos Christiani, in uno enim ipsi sabbato habuerunt* || *magnum gaudium secundum morem suum ac malam consuetudinem in* Bij[b] *contumeliam nobis Christianis adauctum. Quo etiam tempore contumelia affecerunt venerabile sacramentum in Perlino, ut supra dictum est. Sed postquam gratiosissimus dominus meus Moguntinus et alii honesti Christiani audivere contumeliam factam in Perlino, et quod Iudęis libri essent*

Digitized by Google

restituti, fuit eam ob rem Reverentia ipsius maxime perturbata. Putabat enim satius esse tale negocium non incepisse quam male terminasse. Propterea cogitabat optimus ille princeps hoc nullo pacto esse admittendum. Rursus igitur me misit ad imperatoris curiam ad sollicitandum, ut Cęsarea maiestas latius circa illud negocium curam habere dignaretur. Et sic ingenti labore unam commissionem nactus sum de verbo ad verbum sic sonantem.

Nos Maximilianus divina favente clementia electus Romanorum imperator etc. Venerabilis chare nepos et imperii elector Non dubitamus quin tua charitas habeat adhuc in recenti memoria negocium hoc quod Iudaicorum librorum causa tempore exacto suscepimus, et quod super hoc nos te cum nonnullis universitatibus et aliis doctis viris huius negocii peritis in commissarios ordinavimus iuxta tenorem nostrę emissę commissionis. Nunc autem tempore exacto Iudęis libros suos restituendos mandavimus, hoc saltem pacto, ut inscripti et immoti usque ad ulteriorem commissionem servarentur. Et ideo ut in talibus ordinate negocium hoc tractetur, mandamus tuę charitati et volumus, ut universitatibus illis Coloniensi, Moguntinensi, Erphurdensi, et Heidelburgensi, et similiter Iacobo de Hochstraten hęreticę pravitatis inquisitori Colonię sacrę theologię professori Itemque et Ioanni Reuchlin tegum doctori, Victori quoque de Carben sacerdoti olim Iudęo et aliis Hebraicę scripturę ac pręceptorum expertis et doctis (qui non sint Iudęi) evestigio scribas, et nostrum illis negocium indices ac nostri causa mandes, ut negocium hoc funditus perpendant, et prout necesse fuerit illud consiliis iuvent. Itemque quo pacto idipsum ex integro inchoandum
Biij *sit, et pręsertim an tales libros (quibus pręter decem pręceptorum Moysi, prophetarum, psalterii et veteris testamenti libros utuntur) || tollere et supprimere divinum, laudabile et nostrę fidei utile sit. Volumus quoque ut ad te desuper sua consilia mittant, quę tibi simul omnia diligentissime perspicienda et maxime etiam cum tuo consilio per te scripto, nobis per Ioannem Pepericornum (quem sollicitatorem in hac causa ordinavimus) quam citius mittas. in hoc facturus es nostram Cęsaream gratiam et beneplacitum. Datum in Fussen Sexto die mensis Iulij. Anno. xcj.*

Ad mandatum domini imperatoris proprium.
Per Regem. pro: ma:
Serenteiner subscripsit.

¶ *Hoc mandatum imperatoris pręsentavi gratiosissimo domino meo Moguntinensi, quod in magno honore et gaudio recepit, et sine mora tale mandatum et commissionem una cum litteris suis ad venerandas universitates, et hęreticę pravitatis magistrum et alios misit, ad consultandum in hoc negocio et ut eorum omnium consilia sibi quamprimum mitterent Id quod sic actum est, veluti in sequentibus indicatur.*

Digitized by Google

¶ *Nota lector.*

¶ *Priusquam tamen nunc ad consultationes veniamus, falsa quędam manifestanda sunt quę mendaciter, nimisque impie ac plane impudenter (si verum fateri licet) contra me scripsit Ioannes Reuchlin Iudęorum rabula in defensione sua, aut potius in libro invectivarum suarum sive conviciorum folio .IIII. ubi mihi falso imponit quod ego prodiderim eius consilia quę ad Archicancellarium (ut ipse ait) clausa misisset, ideoque me dignum morte, et variis tormentorum generibus excruciandum. Videte nunc obsecro O vos Christiani omnes quantam mihi insonti contumeliam fecerit. Inclytissimus imperator iubet in mandato prescripto, quod mihi debeant exhiberi copię consultationum. immo et hoc inferius ipse Archiepiscopus Moguntinus ad cęsaream maiestatem scribendo ingenue fatetur. Non prodidi igitur ipsius consultationem, sed quod sanctum ac iustum erat, meo satisfeci officio, quia copias omnium consultationum ultro mihi oblatas, tanquam ordinarius sollicitator et a cęsarea* || *Maiestate ad istiusmodi* [Biij]
negocium principaliter constitutus, meis superioribus presentavi. Quapropter non magis ipse criminari debuit de publicatione suę consultationis quam ceterę universitates quę in hunc usque diem suarum consultationum emissione semper contentę fuerunt. Quid multa? in omnibus quę ibidem scripsit, veritati semper atque modestię pepercit. ¶ *Et ut hoc adiiciam Si facta fuit iniuria Ioanni Reuchlin quantum ad publicationem suę consultationis, debebat illam iniuriam expostulare ab his quibus sua scripta clausa commiserat, vel ab Archiepiscopo Moguntino, ad quem miserat, et illos (id quod tamen non potuit) traditores appellare, aut saltem me coram eodem archiepiscopo de tali publicationis crimine convicisse. Id autem quia non fecit, futilem ipse defensionem reliquit. et c.*

¶ *O charissimi lectores in Christo Ihesu iugiter honorandi, quale (obsecro) est hoc signum, quod ipse Reuchlin ita dolet consultationem suam esse publicatam? Est profecto pessimum, eo quod ipse caput mundi secretissimis quibusdam diverticulis et falsis persuasionibus secreto ab ipsa veritate conatus sit avertere, et propterea omnes alię universitates (quia bene et sancte scripserunt) mihi suarum consultationum copias ultro et non rogatę dederunt, quemadmodum bedellorum chirographis docere possum, ut ego tanquam verus et delectus sollicitator augmentum fidei Christianę procurare possem.* ¶ *Postremo ne longum faciam Aliud est publicare consilia secreta quę tractantur inter principes et civitates, quam quę respiciunt fidem catholicam et ecclesiam dei, in qua nulla debet esse divisio, nulla discordia, nullum scisma. Immo etiam ut verum fatear, nihil occulti, nihil quod tenebras volet in causis fidei aut ecclesię negocio, vel agendum vel scribendum est, quia teste salvatore nostro, Qui non intrat per ostium, hic fur est et latro. Quia igitur aliud est loqui de publicatione causarum*

Digitized by Google

prophanarum quam ecclesiasticarum, nihil est quod Ioannes Reuchlin suam consultationem per eos publicatam criminetur, quibus id per Cęsaream
(B4) *Maiestatem commissum fuit. Hęc omnia pro||culdubio a viris sapientibus et bonis, immo etiam et ab ipsis Reuchlinistis (modo ratione uti velint) vero verius approbabuntur.*

¶ *Consultatio venerandę Academię contra falsos et scandalosos libros Iudęorum emissa ab utraque facultate Coloniensi.*

Obsequia et devota salutatione pręmissa. Reverendissime in Christo pater ac domine. Imperiali iussioni et negotio ex commissione nobis imposito reverenter satisfacere cupientes, quantum possumus sub epistolari brevitate, Salvo semper meliori iudicio, de punctis nobis prępositis ita sentimus. Quia manifestum est librum Iudęorum quem Thalmut vocant tantos continere nedum errores et falsitates, verum etiam blasphemias et hęreses contra legem propriam, propter quę ut notat Ioannes Andreę in novella post Innocentium in cap. Quod super his De voto et voti redemptione, super verbo 'defensionem' moti Gregorius et Innocentius mandaverunt eundem librum comburi Habeantque plures alios libros, impias et horrendas blasphemias (ut dicitur) continentes, in dominum nostrum Ihesum Christum et eius fideles cultores Christianos, de quibus constito impium esset et irreligiosum eis talium librorum usum permittere per quos ipsi irrisores Christi domini et blasphemi filios suos blasphemare docerent. Ex his suspicandum est reliquos eorum libros corruptos esse Et ad intentionem Moysi et aliorum prophetarum et sapientum ipsorum libros non exponere. Quibus attentis et pluribus aliis quę brevitatis causa omittimus, nobis expediens videtur, laudabile, deificum, salubre, et rationabile Ac Christianę fidei, Iudęorumque saluti oportunum, ut (dimissis usui Iudęorum antiqui testamenti libris ex integro) cum Christianę pietatis moderamine, recipiantur et reserventur omnes
(B4b) *eorundem alii libri sub protestatione solemni et publica, || Quod hoc solum fiat ad discernendum inter libros quos licet Iudęos habere pro vero intellectu legis antiquae, et inter illos quos non licet eos habere aut legere. Qua distinctione comperta restituantur liciti, destruantur aut reserventur illiciti. Pręterea articulis ex omnibus eorum libris collectis, per scripturam Iudaicam intelligentes qui suspecti videntur, vocentur publice Iudęi et super his audiantur mature et examinentur. Et si illos erroneos cognoverint, scient libros tales eis non esse utiles. Si autem obstinati contra veritatem permanserint, de hoc princeps habet iudicare, sive deficiant in moralibus sive contra legem suam hęreses inveniant et observent. Et ut omnis eorum querela tolleretur, si videantur comburendi, et non ex causa alicuius utilitatis reservandi apud Christianos, posset mandatum de comburendo Thalmut innovari. Nam ut dicitur in L. Ceterę Digestorum Famil.*

Digitized by Google

herciscundę 'Libri improbatę lectionis sunt destruendi', Expediens insuper nobis videretur, Reverendissime pater et domine, ut ab usuris arcerentur, ad honesta officia pro eorum sustentatione admitterentur, Signo evidenti a Christianis distinguerentur, Et per peritos conversos in lingua sua de veritate legis et prophetarum instruerentur ad gloriam dei, eorum salutem et Christianę religionis augmentum, domino deo cooperante zelo imperiali et vestro. Datum Colonię Anno dominicę incarnationis Millesimo quingentesimo decimo quinto Idus Novembris.

E. vestrę gratię humiles oratores
Rector et universitas Colonieñ

Humiles orationes nostras cum ea qua decet subiectione. Serenissime imperator, invictissime princeps. in negocio librorum Iudęorum nobis a vestra Cęsarea maiestate per Reverendissimum in Christo patrem ac dominum Urielem Archiepiscopum Moguntinensem principem electorem et c. imposito ac iniuncto quantum epistolaris brevitas ferre potuit, iuxta rei qualitatem respondimus et scripsimus quod sentimus, Salvo tamen semper iudicio saniori. Verum quia lator harum Ioannes Pfefferkorn olim Iudęus nunc Christianus, in hoc negotio prędsenti vestrę maiestatis fidelis sollicitator et nuncius, varias, ut audivimus, a fratribus illis || suis secundum car- ¶
nem, perfidis et cęcatis hominibus, patitur molestias, putantibus si hominis famam denigrassent, totam iam rem per vestram Cęsaream maiestatem zelose ceptam impedivissent, Idcirco curavimus humili qua decuit subiunctione vestrę maiestati id eius nomine modestius scribere, ac morum suorum conversariorum, et vitę post Iudaismum tempore toto quo inter nos conversatus est, integrum testimonium ferre, Obnixius supplicantes quatenus eadem vestra maiestas prędfatum Ioannem dignetur commendatum habere Ac in saluberrimo huiusmodi negocio, ex dei speciali munere, prę ceteris Romanis Cęsaribus. E. C. maiestatem incepto, eodem quo cepit zelo pergere et continuare, ad dei omnipotentis gloriam, fidei ac totius rei publicę Christianę salutem et incrementum. Datum Colonię sub Anno dominicę incarnationis Millesimo quingentesimo decimo quinto Idus Novembris.

V. C. m. ac Romani imperii humilis et fidelis filia universitatis generalis studii Colonieñ.

Honorandę universitatis Moguntinę consultatio, contra falsos et inutiles libros Talmudicos utriusque facultatis.

¶ *Recepta imperiali commissione in materia Iudęorum librorum, voluerunt domini de universitate studii nostri, Quod huiusmodi materia per doctores theologicę facultatis esset examinanda et eorum consilium audiendum.*

---

[38] vniuerſitatis (*non* universitas) *1.*

Digitized by Google

Iccirco doctores prefati super hac materia congregati et deliberati, censuerunt ut sequitur consulendum. In primis, licet secundum sacrorum canonum instituta terreno principi consulendum non sit quod Iudeos ad suscipiendum sacrum baptisma et fidem nostram Christianam compellat, loquendo de compulsione violenta, Potest tamen, immo tenetur terrenus princeps eosdem efficaciter admonere, et quibus potest mediis inducere, ut sacrum Baptisma et fidem nostram Christianam suscipiant, et omnia ab istis retrahentia et eorum conversionem impedientia e medio tollere et c. Et quia inter omnia alia eorum conversionem impedientia illud cognoscitur esse ¶ *maximum, ut tradunt plures ex doctoribus nostris catholicis || qui utriusque linguę tam Hebręę quam Latinę periciam habuerunt, et libros Iudęorum exactissime reviderunt et taxarunt, Quod eorum Thalmudici et alii scriptores, pręcipue hi qui post Christum natum scripserunt, in libris et scriptis suis plures errores sparsim seminarunt, quibus libros Moysi, prophetarum et psalmorum male et perverse interpretantur, plurimos sacrę legis passus ad falsum intellectum retorquentes, etiam contra antiquissimos eorum Thalmudicos et scriptores, qui etiam ante Christum natum scripserunt, Iudaicam simplicitatem a fidei nostrę Christianę veritate abducentes, et cęcitatis velamen ante eorum oculos ponentes Idcirco consulendum censuerunt doctores prętacti terreno principi, ut prętactos libros ab omnibus Iudęis auferri pręcipiat Et ne ipsis decetero in eorum perniciem et fidei nostrę Christianę contemptum utantur, vigilantissime procurare dignetur.* ¶ *Ceterum quia timetur quod non solum prętacti libri, sed etiam eorum textus originales sint in certis passibus et pręcipue ubi maxime faciunt pro fide nostra Christiana, corrupti et depravati, Non parum videretur pro republica Christiana expedire, quod illi per viros doctos et Hebraicę linguę periciam habentes reviderentur, taxarentur, et examinarentur, et si qui taliter corrupti reperirentur, similiter tollerentur.* ¶ *Tandem inter alia Iudęorum conversionem impedientia illud cognoscitur non esse minimum, Quod impune permittuntur usurariam exercere pravitatem, et ab artibus, operationibus et laboribus licitis prohibentur, vel saltem ad illas non permittantur, Maxime pro republica Romana et Christiana videretur expedire, et plurimorum Iudęorum conversionem promovere, Si ab usura tanquam a re licita prohibiti ad alias artes, operationes et labores saltem licitas admitterentur.* ¶ *Qua autem via ad prędicta procedendum sit, An aliquis processus aut qualis instituendus veniat, credunt quod domini de facultate iuridica sint in isto consulendi et audiendi.* ¶ *Decanus itaque et doctores facultatis iuridicę hoc pacto ad prędicta procedendum fore censuerunt, Quod, ex quo crimen hęresis est mere ecclesiasticum, iudex laicus de eo cognoscere non potest. cap. Ut inquisitionis De hęreticis Libro Sexto, sed potius inquisitor hęreticę pravitatis cum episcopo, Clement. eod. tit., Tenetur tamen iudex laicus non solum senten-*

Digitized by Google

tiam per prędictos latam fideliter exequi, sed etiam || *in processu insti-* ¶ij
tuendo seu exercendo eisdem assistere. dict. cap. Ut inquisitionis, Prohibemus, Ideo consultum videtur quod inprimis Cęsarea maiestas mandet sub maximis penis, quod perfidi Iudęi, attenta consideratąque diffamia eorundem, quod depravaverint non modo libros veteris testamenti, quibus permissum est eis uti in Synagogis eorum, sed etiam novos libros, utpote Thalmut et plerosque alios, composuerint, in quibus sinistre et perverse interpretantur legem Mosaycam, prophetas et psalterium, varias multiplicesque hęreses in eisdem etiam contra legem suam disseminaverunt, ut tradunt doctores, maxime Innocentius, Ioannes Andreę et Panormitanus in cap. De voto et voti redemptione, omnes libros suos quibuscunque titulis inscriptos exhibeant tradantque diocesano sub quo agunt, et inquisitori hęreticę pravitatis Et requisitionem eorundem ad indagandum, cognoscendum an (ut est publica vox et fama) prędicti libri Iudęorum sint tales (ut prescribitur), Quod si trutina examineque utriusque linguę tam Latinę quam Hebręę peritorum virorum adhibitis, depravati hęresisque labe commaculati reperti et cogniti fuerint, Ordinarius sibi adiuncto inquisitore hęreticę pravitatis interponat vices suas, et cum huiusmodi libris agat quemadmodum cum libris hęreticorum agi consuevit, et etiam quemadmodum olim cum eisdem vel eis similibus, ut Ioann. in Innoc. d. c. Quod super et Felinus in c. Canonum statuta De constitutionibus in .x. col. referunt, per summos pontifices videlicet Gregorium et Innocentium quartum actum est, Qui libros Iudęorum comburi fecerunt, punieruntque docentes et tenentes hęreses in eisdem contentas, Quemadmodum etiam eleganter iurisconsultus in L. Cetere Digestor. Famil. hercisc. de libris improbatę lectionis forte magicis, et his similibus fore prępcipit, Cum protinus eosdem boni et innocentis iudicis officio corrumpendos censuit. in his igitur omnibus et singulis etiam contra personas Iudęorum si in discutione causę oportunum videbitur, iura canonica ob favorem fidei nostrę simpliciter et de plano procedi posse docent cap. fin. De hęretic. lib. VI. ¶ *Prętera etiam dictis decano et doctoribus facultatis iuridicę expedire videtur, ut sic negocio perfecto et absoluto omnes libri Iudęorum in quolibet decennio semel vel secundum quod visum fuerit viderentur per diocesanum et inquisitorem hęreticę pravitatis, adhibitis doctis viris in utraque lingua et Latina et Hebraica, ne maculam semel abstersam cum magno fidei Christianę incommodo (ut antea factum est) redire contingat.* ||

---

[2] i. e. cap. 18. in VI°. De hæret. V. 2. §. Prohibemus. [11] c. de voti ꝛ vo. redemp. *1.* [20] vt In. Io-|an. in d. c. qđ ſup ꝛ fel. in c. *1.* [28] diſcutiõe (*pro* discussione) *1.*

Digitized by Google

¶ij ¶ *Hęc sunt quę sentiunt, et consultant dicti decanus et doctores facultatis iuridicę in presenti materia (saniori iudicio salvo).*

Serenissime ac invictissime princeps et domine gratiosissime, humillimam subiectionem ac obedientiam cum gratissimo obsequendi affectu, Gloriosissime imperator, Cęsareę tuę maiestatis mandato, quo iam pridem tibi responderi voluisti, Num rei publicę Christianę expediat Iudęis libros auferri, sicut iure tenebamur, ita volentes pro virili nostro saltem affectu obtemperavimus, Nec nobis iucundius, optatius, deligibiliusque accidere posset quam et in hoc negocio, et aliis etiam longe gravioribus grata tibi prę-stare obsequia. Sententiam autem nostram in dicto negocio Iudaicorum librorum serenitas tua quandoque et id quidem propediem (ut speramus) a Reverendissimo in Christo patre et domino domino Uriele Archiepiscopo Moguntino ac principe electore. et c. accipiet.

Congratulamur profecto inprimis reipublicę Christianę quod hac nostra tempestate talem principem nacta est, cui inter tot tantasque nedum Romani imperii, sed et totius orbis fastidiosas occupationes curę est, ut sincera religio Christiana et pacata sit et in portu naviget, magisque ac magis crescat, adaugeatur, amplificeturque, ut non sit ambigendum si presens negocium, ut ceptum est, optatum finem acceperit, Cęsarea tua maiestas complurium perfidorum Iudęorum animas deo illi optimo maximoque expeditissime sit lucrifactura. Id quod eo maxime futurum speramus, Quod cęsarea tua maiestas in ea re vigili, diligenti, solertissimoque sollicitatore utitur utpote Ioanne Pfefferkorn, qui non solum dimissa secta atque perfidia Iudaica fidem nostram amplexus est, sed etiam cum videt olim fratres miserrime cęcutire, galea salutis accepta, accerrimus fidei nostrę contra eosdem evasit propugnator, Cuius fides, constantia, atque integritas, et apud Agrippinenses, cum quibus conversatus est, et infinitos alios satis superque perspecta habetur. Quo fit etiam quod ob tantum fidei nostrę zelum atque ipsam iusticiam persecutiones multas a cęcis Iudęis pa-

¶iij *titur. Qui Iudęi invidia || ducti eundem mordere lacerareque moliuntur. Quas insidias et si serenissimam tuam Maiestatem parvifacere non dubitemus, Attamen rogamus humillime, quatenus eadem serenitas tua dictum devotissimum servulum suum commendatum habere velit, atque sub alis aquilę tueri, defensare, atque fovere dignetur, ubi veluti in Asylo contra omnes rabidorum canum morsus atque latratus tutissimus consistet. Id quod Romano ac Christianissimo principi non erit indignum, et fidei nostrę Catholicę utilissimum: his perpetuo valeat Serenissima tua Maiestas atque nobis deditissimis tuis mancipiis ut volet precipiat, cui nos et quicquid no-*

Digitized by Google

strum est humillime dedimus atque devovemus. Datę ex Moguntia pridie Calen: Novem. Anno virginei partus Millesimo quingentesimo decimo.

Serenissimę maiestatis tuę
Deditissimi Rector doctores totaque
universitas incliti studii Moguntini.

¶ *Consultatio venerabilis Academię utriusque facultatis Erphordensis contra perfidos Iudęorum libros, quam hic propter prolixitatem omisi, quę quidem consultatio cum consiliis prędictarum universitatum conformis est, quemadmodum inferius in consultatione reverendissimi luce clarius videbitur.* ¶ *Heidelbergenses vero consultarunt aliarum universitatum doctores simul esse convocandos, ut ad ecclesię honorem et christifidelium salutem omnia contra Iudęos salubriter tractari possint. Et hęc est summa consultationis illorum. quam quidem consultationem de verbo ad verbum et ex integro hic inserere omisimus eo quod in libro nostro Theutonico integram collocavimus. etc.*

¶ *Consultatio venerandi ac benedocti Iacobi Hochstraten hęreticę pravitatis magistri contra immundos libros Iudęorum.*

Obsequia et devota salutatione pręmissa Reverende in Christo pater ac domine gratiosissime. imperiali iussioni et desiderio gratię vestrę cum debita reverentia satisfacere cu||piens, pro ut inquisitori hęreticę pravitatis ¶iij[b]
a iure prescriptum est, consului maiores in divina lege pariter et humana lege viros pręcellentissimos. cum ergo mea exilitas in eandem cum eis concurrerit sententiam, satisfacere mihi visum fuit ad respondendum gratiosissimę vestrę paternitati, si me referam ad sententiam dominorum doctorum de nostra pręclarissima universitate Coloniensi. Supervacuum enim duxi vestram gratiosissimam dominationem aliunde satis multipliciter occupatam nimis attędiare prolixioribus ineptiis. hoc unum tamen ex vestra reverendissima dominatione humiliter exoptans, ut et me inter suos humiles oratores et servulos annumeratum habere dignetur, et huic pauperculo pręsentium latori Ioanni Pefferkorn paternali affectu assistere velit, tanquam viro probato et fidei Christianę prę ceteris ex Iudaismo conversis fervido zelatori, cui post suam in Christo regenerationem laus est et approbatio per totam ecclesiam sanctam Coloniensem. In his quamoptime valeat vestra dominatio per multa sęcula felix. Ex Colonia die nona Octo. Anno incarnationis. M.CCCCC.X.

Vestrę reverendissimę paternitatis et gratiosissimę dominationis
Humilis orator et servulus frater Iacobus
Hochstraten ordinis prędicatorum Regens studii
Et hęreticę pravitatis inquisitor. et c.

Frater Iacobus Hochstraten.

Digitized by Google

Obsequia et devota salutatione humiliter pręmissa Serenissime imperator. negocio in causa Iudęorum per vestram Maiestatem parvitati męę imposito debita cum reverentia satisfacere cupiens, communicato prius (ut par est) cum divinę et humanę legis doctoribus, sentimentum meum quantum epistolaris brevitas patitur compendiose absolvam. Certum est libros Thalmudicos qui plurimi sunt, nedum errores et falsitates, immo blasphemias et contra Christum et contra propriam legem continere, si doctoribus ecclesiasticis linguam Hebraicam callentibus credamus. Et hoc quidem ita esse tali didici experimento. Rabbinus quidam librorum Thalmudicorum zelator, unum ex his mihi obtulit volumen, quod non minoris auctoritatis apud Iudęos quam libros Moysi esse asseruit. Hunc librum examinari faciens plurima deli-
(C 4) *ramenta et blasphemias in eodem || deprehendi, ex quibus certos articulos vestrę celsitudini inspiciendos his allegatos transmitto. Huiusmodi in uno libro qui apud eos ęqualis auctoritatis ęstimatur cum sacra scriptura, ut habentur blasphemi et impii errores, quid aliud de residuis pręsumendum, quam quod maximas hęreses et blasphemias contineant non solum contra fidem Christianam, verum et contra legem propriam, propter quę certe moti Gregorius et Innocentius summi pontifices quoddam volumen quod vocatur Thalmud mandaverunt comburi, ut testis est nobis Ioannes Andreę in novello post Innocentium Capitulo 'Quod super his' De voto et voti redempt. super verbo 'defensionem'. His ergo attentis expediens, deificum, et imperiali maiestate dignum, saluti quoque Iudęorum est pernecessarium, ut dimissis eorum usui dumtaxat libris veteris legis, omnes alii libri ab eis recipiantur, sub ea tamen publica protestatione, quod facta diligenti examinatione illi libri eis relinquantur, quorum usus pro vero intellectu veteris legis est eis salubris, Reliqui vero qui nullam eis pariunt utilitatem vel ędificationem nisi ad Iehennam penitus comburantur. Et quidem in hoc nulla fit eis iniuria. Nam tales libros esse corrumpendos iure antiquo sanxitum est: Scribitur enim in L. Ceterę Dig. Famil. hercisc. quod libri improbatę lectionis ad iudicium non veniunt, neque iudex de eis dividendis se debet interponere, sed omnes protinus sunt corrumpendi. Non igitur aliqua in hoc metuenda est iniusticia. quin potius impium et irreligiosum est, eis usum talium librorum permittere, per quos ipsi irrisores Christi filios suos blasphemare docerent. foret prętera imperiali celsitudini opus dignissimum, si in prędata librorum examinatione per eos qui Iudaicam intelligunt scripturam extraherentur inibi contenti articuli erronei, impii et blasphemi contra propriam legem, et institueretur contra Iudęos solemnis inquisitio, et super articulis extractis mature examinarentur. Et quidem si tunc articulos illos recognoscant erroneos, etiam et tunc consequenter fateri habent libros tales eis esse periculosos et merito combu-*

---

4 . fencimentū *1.*

Digitized by Google

rendos, Si autem articulos tales defenderint et obstinati in eis perseveraverint, certe tunc poterit Cęsarea Maiestas, quam unice super se coram Pilato stantes regiam habere potestatem professi sunt, tanquam hęreticos sacrilegos in divina || *et propria eorum lege condigna animadversione pu-* (C4b)
nire. ¶ *Hęc sunt Serenissime Cęsar, quę meę exilitati occurrerunt respondenda vestrę celsitudini, quam pro fidei catholicę reverentia, et pro suo proprio honore, exoratam velim, ut istud pium negocium, quod inter Romanos imperatores sanctissimo consilio vestra celsitudo primitus tentavit, etiam strennue perficiat Et quidem si dissimulare non velimus, non modica ad prosequendum ceptum negocium vestrę Maiestati incumbit necessitas Si enim concedatur Iudęis eos retinere libros qui imperiali iussione eis fuerint ablati, non parum roborantur ipsi in sua perfidia, insultabunt Christianis, obicientque eis, nisi libri eorum veri essent et sancti, non eis fuissent imperiali decreto restituti. Vacillabunt Christiani simplices talia audientes, habebuntque viros ecclesiasticos suspectos velut mendose volumen Thalmudicum incusantes Et sic Synagoga Sathanę tandem stabit in honore, ecclesia vero Christi sanguine fundata vacillabit in confusione. Valeat et in ęternum gaudeat Cęsarea maiestas, quam deus optimus maximusque suę ecclesię conservare dignetur per milia tempora felicem. Datum Colonię nono Octobris. Anno Millesimo quingentesimo decimo.*

Vestrę celsitudinis

¶ *Humilis orator et servulus frater Iacobus Hochstraten ordinis prędicatorum et hęreticę pravitatis inquisitor. et c.*

¶ *Frater Ia. Hochstra. qui supra.*

Consultatio domini Victoris de Karben, olim Iudęi nunc vero Christi sacerdotis, qui cum universitate Coloniensi conclusit, hic propter prolixitatem omissa.

Consultatio Ioannis Reuchlin, quam scripsit pro Iudęis et contra nos Christianos illorum libros defendendo, hoc loco propter prolixitatem inutilium ac pessimorum verborum omissa. Et si quis Philocapnion sive Reuchlinista nos interroget 'Quare non posuisti hoc loco consultationem Ioannis Reuchlin de verbo ad verbum sicuti aliarum universitatum. et c.?' Respondeo Ea non esse a me promulganda, || *quę in scandalum ecclesię pro Iudęis con-* D
scripta sunt, immo etiam quę ab inclytissima cęsarea maiestate (pro ut inferius in mandatis luce clarius patebit) arrestata, contempta, ac tandem ab omni usu pręcisa et in nihilum redigenda, quę inquam a diversis universitatibus condemnata, ab episcopis aliquot prohibita, a tribus insuper aliis doctissimis viris (qui infra nominantur) reiecta, ac nunc demum in urbe Romana coram sanctissimo super manifestissima hęresi pessimisque erroribus sunt accusata. et c. Illa enim impugnare non est modo nostri

Digitized by Google

officii, sed theologorum, et in primis sedis apostolicę, quę a corpore vivo putrida proculdubio resecabit.

Postquam prenominatę consultationes (ut ad historię continuationem revertamur) unaquęque seorsum ad gratiosissimum dominum episcopum Moguntinum venerant, misit Coloniam, ubi habito, significans mihi quod ego deberem me ad suam gratiam conferre, volens me cum consultationibus illis ad Cęsaream maiestatem mittere. et quanquam mihi illo tempore omnino hoc esset inconveniens, cum uxorem et liberos meos educare atque alere conveniret, Etiam cum essem propter Iudęos in continua cura mei corporis et vitę, tamen in honorem omnipotentis dei et laudem virginis Marię et ad communem utilitatem Christianę fidei dereliqui uxorem cum liberis, nec timens quid mihi a Iudęis fieri possit. veni igitur ad Episcopum Moguntinum, qui tunc temporis erat Moguncię in castro angeli, in omnibus bene animatus, et significans mihi quomodo universitates ac hęreticę pravitatis magister per inspirationem sancti spiritus ita uniformiter conclusissent, ac si in uno fuissent cubiculo. Postea interrogavi, an etiam doctor Ioannes Reuchlin misisset suam consultationem. Tunc respondit, 'Pepericorne, habeas bonum animum, eius consultatione optime carere possumus, quoniam ex eius consiliis nihil aliud consideramus quam quod habuerit Iudaicum nequam post aures suas sedentem'. Tunc dixi, 'Si fides Christiana est vera, Reuchlin nullam perfidiam mihi facturus est'. tunc sua gratia ioco dedit mihi alapam et consolabatur me, quod ego in fide Christiana pusillanimis esse non deberem, eo quod ipsa vera esset. Adiecit quoque quod ego scripta Ioannis Reuchlin non deberem curare, inveniren-
tur tam bene nebulones et homines nequam docti || et indocti inter Christianos, sicut olim in veteri testamento inventi sunt. Quibus dictis petii scire, quidnam ille homo consuluisset. dixit optimus ille princeps: 'Pepericorne, Reuchlin non est tui oblitus. vade ad Cancellariam et iube ut dent tibi ipsius consultationem, invenies fidem non satis magnam': Ivi itaque ad Cancellariam et inveni consultationem ipsius in scamnis iacentem, quam scribarum pueri sępius legerant pro ridiculo habentes. Legi igitur illam de folio ad folium, et inveni in ea quod neque Turcus aut Sarracenus cogitasset, taceo quod fecisset. nam quemadmodum Iudas Salvatorem nostrum tradiderat ac vendiderat, ita me Iudęorum causa apud Romanum imperatorem et archiepiscopum Moguntinum prodiderat, propter quam etiam causam ipse iam a doctoribus sacrę scripturę impugnatur. ¶ Item consultatio illa etiam tunc temporis a doctore Hermanno Heß, et magistro Rucker utriusque iuris doctore Moguntino exscripta est Etiam a doctore Bartholomęo concionatore in summo Moguntię, Etiam a venerabili domino magistro Georgio Licenciato, tunc temporis Canonico in ecclesia divę virginis in Moguncia nunc autem plebano in Nurmarck, et omnes qui eam

Digitized by Google

legebant aut legere audiverunt, dicebant aperte, quando Reuchlin hanc consultationem scripsit, tunc pinguis Iudęus sedit in libro ipsius. Post hęc concessi ad episcopum dicens, 'non existimabam quod tanta perfidia inter Christianos esset. sed quales Urię David litteras dedit, tales et ipse pro nobis sicuti invenio in scriptis eius'. Tunc dixit mihi, imperatoria procul dubio maiestas sciret quam optime cognoscere probum ab improbo, et quando Cęsarea maiestas consultationem illam in propria persona videre non haberet tempus, ipse non dubitaret, quin Cęsarea maiestas esset ordinatura doctos et expertos ad examinandum hoc negocium. Et sic misit me cum consiliis et scriptis suis ad imperatoriam maiestatem, prout nunc sequitur.

Serenissime ac invictissime princeps et domine gratiosissime, meam humilimam subiectionem ac obedientiam offero cum gratissimo obsequendi officio. Gloriosissime imperator, sicuti mihi nuper per commissionem quandam commendasti, quod universitatibus Coloniensi, Moguntinensi, Erphordensi et Heidelburgensi, prętęrea Iacobo Hochstraten sacrę theologię professori, ac hęreticę pravitatis magistro, doctori Ioanni Reuchlin, et quibusdam aliis Hebraicę litteraturę peritis, tuę celsitudinis causam indicare et commendare, ut causam hanc diligenter examinarent et consultarent, quomodo negocium hoc sit inchoandum et pręsertim, an tales libri (quibus utuntur super libros decem pręceptorum Mosaicorum, prophetarum et veteris testamenti) tollere laudabi||le sit et Christianę fidei utile, et hanc consultationem mihi mitterent, quam ego ulterius legere deberem, et una cum consilio meo apud Ioannem Pepericornum mitterem tuę serenitati secundum mandati tui commissionem: hoc ego tanquam obediens perfeci, et prędij nominatis universitatibus et viris tuę Cęsareę maiestatis propositis de Iudęorum libris proposui, petens super hoc consultationes esse habendas et mihi dein mittendas. Insuper ab universitate Coloniensi, Moguntinensi et Heidelburgensi et hęreticę pravitatis inquisitore et doctore Ioanne Reuchlin consultationes cum opinionibus suis recepi, quas etiam legi. invenio igitur consilia universitatis Coloniensis, Moguntinensis et hęreticę pravitatis inquisitoris esse conformia, quę etiam summopere mihi placent, et negocium hoc satis laudabile iudico: Nempe quod omnes Iudęorum libros cuiuscunque nominis fuerint, ad tuas manus recipias, solenni protestatione, quemadmodum consilium universitatis Coloniensis indicat, et ut doctę constantesque personę in utraque lingua tam Latina quam Hebręa ad hoc ordinentur, libros ac veteris testamenti textum quasi suorum doctorum libros examinare. Quia igitur textus veteris testamenti (quemadmodum consultatio Moguntina indicat) per suos Rabinos et doctores sunt corrupti et in opprobrium fidei Christianę aliter expositi, laborandum est quales libri eis sint dimittendi vel auferendi. Possunt etiam Iudęi vocari et de hoc examinari.

---

1 lege|gere *1*. 37 coſultatio *1*.

Digitized by Google

Sed si in suo errore et opinione perseverare velint, tunc decet Cęsaream maiestatem dare operam (si tales libri aliquo pacto utiles existimarentur) ut deponantur penes Christianos prelatos, quod si inutiles, ut tollantur et comburantur. Tantum est quod ex hoc negocio capere possum, nec imperatorię maiestati mentem meam celare, humiliter rogans tuam Cęsaream maiestatem, ut Serenitas tua velit deliberare, et quo negocium hoc iamdudum inceptum perficiatur nec omittatur. in hoc factura est Cęsarea maiestas rem deo gratissimam, ac summum honorem consequutura apud Christianum populum. Datum die Martis post festum Simonis et Iudę. Anno. et c. decimo.

Tuę Cęsareę maiestatis
obediens et subditus
Uriel archiepiscopus Moguntinus,
ac elector imperii. ||

Bij[b] *Postquam Cęsarea maiestas Reverendissimi in Christo patris ac domini archipręsulis Moguntini literas et consilium audivit, erat sua serenitas optime inclinata audire reliquas consultationes, sed propter ingentia ac notabilia negocia Cęsarea maiestas legere vel audire in propria persona nequivit: tamen ut haberet rei veritatem, ordinavit ad hoc tres notabiles ac bene doctos viros, eis mandans et committens ut causam hanc bene examinarent et perpenderent, ac demum concluderent easque suę serenitati scriptis mitterent, quod sic actum est. Nam illi tres venerabiles domini, quorum primus fuit doctor Baldung Cęsareę maiestatis consiliarius, Secundus dominus Angelus utriusque iuris doctor in universitate Friburgensi, Tertius autem devotus pater dominus Gregorius prior in Carthusia prope Friburgum, qui Margaritam philosophicam composuit, ad hoc sunt ordinati, cui Cęsarea maiestas pręter ceteros maxime confidebat. hi doctores inspexerunt et examinaverunt ad amussim omnes consultationes, et archiepiscopo atque ipsis universitatibus et hęreticę pravitatis inquisitori penitus adhęserunt, ut hic in sequentibus patet.*

Serenissime invictissime imperator, illustrissime princeps ac clementissime domine. In negocio libros Iudęorum tangente, Utrum libros quibus nostris utuntur temporibus, exceptis libris Moysi, prophetarum ac veteris testamenti, ab eis tollere sit deificum, laudabile, ac fidei nostrę sacrę proficuum, Insuper quibus viis ac mediis in negocio hoc procedendum sit, ut ad salutarem finem perveniatur: Ex commissione imperatorię maiestatis vestrę nos uti veri obedientes ac subditi eiusdem imperii maiestatis vestrę, singulari diligentia, studio ruminavimus atque pensiculavimus negocium hoc, consideravimus pręterea consilia Reverendissimi in Christo patris ac domini domini Urielis Archiepiscopi Moguntinensis. et c. similiter universitatum Coloniensis ac Moguntinensis. et c. necnon aliorum doctorum ac peritorum

Digitized by Google

consilia et scripta ad negocium hoc conducentia diligenter conspeximus, Atque ex omnibus his quid nobis videatur breviter annotavimus, saniori || *consilio ac finali decisione vestrę imperatorię Maiestatis in omnibus sem-* Piij
per salvis.

¶ *Inprimis. Cum inter multiplices libros quibus Iudęi utuntur, reperiuntur .XXIIII. libri quos essrim narbo vocant, in quibus continentur libri quinque Moysi ac libri prophetarum et veteris testamenti, qui omnes in nostra biblia continentur et habentur, et tanquam veri sancti boni ab ecclesia catholica sunt recepti, et ab ecclesiasticis doctoribus explanati, Tales cum breviario ab ipsis extracto, quem Iudęi hafftores vocant, quo in Synagogis suis utuntur tempore festivitatum suarum, possunt eis utiliter et sine omni periculo dimitti.*

¶ *Omnes autem alii et singulariter liber qui dicitur Thalmut cum omnibus suis appendiciis et extractis sive sit in orationibus aut alio quovis modo Similiter et alię eorum glosę super prędictos viginti quattuor libros, videlicet Moysi prophetarum et c. pręsertim post destructionem templi ab eorum Rabinis conscripti, Signantur duo libri quos nominant inzam et tolduth Iesu hanozri, quum prędicti contineant plures diversosque errores ac hęreses contra legem naturę ac Moysi, Necnon blasphemias ac impietates atque contumelias contra Ihesum christum deum ac redemptorem nostrum, et suam dignissimam matrem semper virginem Mariam, in derisionem scandalum ac vilipendium sacratissimę fidei nostrę christianę tendentes, nihilominus ac operantes ad seductionem Iudęorum, confirmantes eos in perfidia, excęcatione ac errore suo, Avertentes quoque eos ne ad sacratissimam fidem Christianam convertantur, propter quę et antiquitus a summis pontificibus et aliis ecclesiasticis doctoribus Hebraici sermonis peritis, Sacrę etiam theologię ac utriusque iuris professoribus condempnati et abiecti fuere.*

¶ *Tales omnes possunt, immo debent ex vestrę Cęsareę Maiestatis commissione a Iudęis tolli, quemadmodum consilia prędicta Reverendissimi domini Archiepiscopi Moguntinensis ac universitatum Coloniensis, Moguntinensis. et c. concorditer persuadent, iudicantium opus tale esse dignum vestra Cęsarea maiestate, deificum, laudabile, sacrę fidei nostrę, ipsis quoque Iudęis utile.* ||

¶ *Quibus autem viis ac mediis negocium hoc incipiendum, prosequen-* Piij[b]
dum ac finiendum sit, videtur nobis (salvo semper in omnibus vestrę Cęsareę maiestatis saniore consilio) quum libri tales non in uno determinato loco, sed per totum Romanum sacrum imperium sparsim in diversis locis habeantur, in quibus Iudęi hinc inde habitant, quod ex vestrę Cęsareę maiestatis mandato et commissione omnes et singuli archiepiscopi totius imperii per se et suos suffraganeos in suis diocesibus, auxilio et assistentia

---

[17] Signantur *1.* *scriptum fuerit* signanter.

Digitized by Google

brachii secularis officialium, scilicet consulum etc. a Iudeis predictos libros supra specificatos, videlicet Thalmut recipiant ac tollant et sub certa ponant custodia. Et ut vestra imperatoria maiestas melius faciliusque possit certificari de libris receptis a Iudeis ac ipsis dimissis, quot scilicet qui et quales sint, ad precavendum etiam dolum et fraudem, consulimus ut omnes libri tam recepti quam dimissi per notarium publicum cum suis propriis nominibus distincti in duobus registris eiusdem tenoris conscribantur, quorum unum maneat cum libris receptis in loco, ubi libri recepti sunt, alterum vestre Cesaree maiestati mittatur, et ita fiat in omnibus et singulis locis ubi Iudei habitant.

¶ *Quum autem libri recipiendi plures sint, et non de facili possunt discerni boni a malis, si qui tamen tollerabiles inter tales reperiri possent, ad precavendas etiam querelas Iudeorum, videtur nobis quod post receptionem hac descriptione librorum, ut premittitur, vestra Cesarea maiestas committat aliquibus viris peritis in Hebraica ac Latina lingua, honestis ac deum timentibus, qui receptos repositosque libros diligenter lustrando revideant, et si invenirent aliquos in philosophia, in medicinis et in septem artibus liberalibus ac similibus, immunes tamen a predictis Talmudicis blasphemiis, impietatibus, erroribus et heresibus, tales possunt ex ipsis Iudeis ex commissione vestre Cesaree maiestatis restitui, quos Iudei habere possent cum viginti quatuor libris eis a principio dimissis.*

¶ *De residuis vero libris damnandis consulimus elegi aliquos in pergameno scriptura ac charactere meliore, ut distribuantur in librariis Christianorum, ibique ligari cathenis ferreis, ne subtrahantur, ut sint in usum Christianorum studiosorum et in perpetuum testimonium contra Iudeos. cum etiam his convinci possunt de blasphemiis, impietatibus, erroribus et heresibus, propter que eis iuste sublati sint.* ||

(B 4) ¶ *Residuos autem omnes vindex errorum et impietatum vorax flamma consumat, quemadmodum Reverendissimi consilia domini Archiepiscopi Moguntinensis et universitatum supra specificatarum persuadent.*

Hoc est, generose domine Cesar semper Auguste, consilium nostrum super hoc negocio a Cesarea vestra Maiestate nobis commisso, conforme consiliis Reverendissimi domini archiepiscopi Moguntinensis ac sepe nominatarum universitatum. Quod dignetur eadem Cesarea maiestas vestra clementissime omnino suscipere atque tanquam imperator ac Christianitatis supremum caput: ¶ *Conservator protector verus dominus atque advocatus, presens negocium salubri inicio ceptum, convenientibus mediis ad optatum deducere finem, Nec ullis persuasionibus imperfectum relinquere, quum eius intercessio post tam gloriosum principium cederet in perpetuam infamiam, vilipendium, ac derisum, derogationemque non tantum vestre in-*

[4] quot] q⁹ *1.* [16] p̃dictꝭ almudicis *1.* [19] ex (*non* et) *1.* [20] vestra Ce. ma. *1.* [23] discribuantur *1.*

Digitized by Google

victissimę Cęsareę maiestati, Sed et totius sacrę fidei Christianę apud levem, vanum ac contemptibilem Iudęorum populum, haud dubium confortaret huiusmodi intercessio in sua obstinata cęcitate Eius autem persequutio sine omni hęsitatione omnipotenti deo gratissima cumulabit eidem vestrę Cęsareę maiestati ęternum et incommutabile pręmium in ęternitate Promerebitque eidem victoriam contra inimicos suos in tempore, bonamque famam in perpetuum apud homines.

Hieronimus de leonibus dictus baldunck sacrę theologię professor artium et medicinarum doctor Cęsaris consiliarius ac apostolicus prothonotarius manu propria scripsit.

Angelus . u. iuris doctor Almę universitatis Friburgensis ordinarius lector manu propria scripsit.

Pater Gregorius prior domus Carthusiensis prope Friburgensem civitatem manu propria scripsit. ||

¶ *Ab istis prędictis tribus consultatio Reuchlin non solum est reiecta* (β1b) *ac inutilis reputata, Verum eam de articulo ad articulum transposuerunt et eam digitis scandalosam indicarunt. Et in huius testimonium: habetur in articulis Ioannem Reuchlin ea quę annis exactis cuidam nobili de Iudęis conquestus sit, scripsisse atramento nigro, Illa autem quę nunc pro Iudęis consultaverit, scripsisse atramento rubeo.*

¶ *Nota lector*

¶ *Unam falsitatem et sinistram Reuchlinistarum persuasionem, qua proh dolor multi boni Christiani misere decepti sunt. Ipse enim Ioannes Reuchlin non erubuit dicere, quod Colonienses non intellexissent speculum suum oculare Theutonicum et propterea ipsorum iudicium esse nullum. Nunc aperite oculos mentis vestrę, o vos Christiani, et intueamini veritatem in Christo Ihesu, qui nos redemit sanguine suo precioso. posito casu quod Colonienses non intellexissent Theutonicum ipsius superioristicum, id quod tamen in se falsissimum est, tres tamen illi dignissimi et doctissimi viri atque in diversis facultatibus periti Theutonicum illud optime intellexerunt, qui non in Brabantia sive Hollandia aut in Westphalia seu Francia nati, sed in locis Suevię vicinis et ita ipsius conterranei, et summa ipsi amicitia iuncti. Nam requisiti per Cęsariam maiestatem, veritatem supprimere non voluerunt. Hęc sunt verissima et totius negocii res gestę. in cancellaria Cęsareę Maiestatis continentur. Quare sub periculo vitę et morte publica semper ero paratus ista probare.* ¶ *Item quod tres illi viri doctissimi et veri superioristę atque ipsius amici fecerunt, hoc factum fuit priusquam Ioannes Reuchlin suum speculum oculare Theutonicum imprimi fecit et antequam universitates se interponerent Et propterea scripsit in speculo suo ocu-*

Digitized by Google

lari articulo .XXII. suarum declarationum contra illum Carthusiensem unum ex tribus illis prenominatis. et sic nec illi nec aliis per impudentissimas suas invectivas pepercit, qui suos errores ferre non potuerunt et sola veritate inpugnarunt. Futilis igitur obiectio, quod nos, quibus indies mandata imperatoris mittuntur, ipsius Theutonicum intelligere non potuisse-
¶ *mus. etc. Sed nunc ad con||tinuationem facti quod tribus illis per Cesaream maiestatem commissum fuit revertamur.*

¶ *Negocium illud quod per tres illos celeberrimos viros factum fuerat, cum aliis consultationibus Cesarea maiestas in bona custodia servare fecit ac sua serenitas Moguntino Archiepiscopo respondit et per litteras scripsit quas quidem attuli Reverentie ipsius.*

Maximilianus dei gratia. et c. Reverende princeps, nepos et elector: tue charitatis consultationem sive scripta ac consilia aliquarum universitatum in causa Iudeorum et libros tangentia nobis per Ioannem Pepericornum allata bene intelleximus: et tue Reverentie negocium nobis totum bene placuit, et similiter aliorum quorundam preter universitatum consultationes nobis placuerunt Et ita per totum ut bonus atque laudabilis processus fiat, quia res in se arduissima est, volumus et aliis sacri Romani imperii statibus rursus de hac causa tractare et finaliter concludere. Datum in Friburg decimo tertio Ianuarii. Anno. et c.

¶ *Ex istis et aliis patet quam zelosissime serenissimus noster Imperator et quam strennue in hoc sacratissimo negocio sese exhibuerit, rem arduissimam esse dicens et toto imperio dignam. Quapropter contemnendi sunt, maxime Christiani, qui nescio quo spiritu maligno, illud nullum putant. Sed nunc ad continuationem historie revertar.*

¶ *Lectis his litteris nunciavi gratiosissimo domino meo Archiepiscopo, quomodo Cesarea maiestas ad negocium hoc examinandum tres doctissimos viros ordinasset, et ipsi per inspirationem sancti spiritus cum universitatibus prenominatis et hereticę pravitatis inquisitore conclusissent, et quomodo consultationem Ioannis Reuchlin non solum contempsissent, Verum etiam de articulo ad articulum in scriptis indicassent, quapropter ipsa esset spernenda. Tunc dixit 'Pepericorne, omnia hec bene perpendimus, et presertim consultationem Ioannis Reuchlin, et omnes qui hanc legunt et audiunt, non aliter dicere possunt quam quod immundo spiritu sit macu-*
b *lata'. Adiecit || etiam quomodo in hoc negocio ulterius procedi non possit, sed expectandum esse usque ad proximum diem conventus principum. tunc velit Cesaream maiestatem et reliquos principes adhortari ut res ista bonum sortiretur finem. Sed tunc temporis nullus fuit conventus principum, quapropter res illa fuit protracta. Quam ob causam Iudei non solum se roboraverunt et contra nos Christianos se opposuerunt, sed etiam ad me dicebant 'Reuchlin novit te expedire et tibi resistere: hunc ad defen-*

Digitized by Google

dendum nos et libros nostros contra te excitare volumus' et multis aliis sermonibus illicitis in nostrę fidei dedecus et vituperium mihi restiterunt. Tunc quęsivi ex Iudęis: 'quis patefecit vobis consultationem Ioannis Reuchlin, aut unde scitis vos quod pro vobis et contra me consultaverit?' Tunc fecerunt tanquam illi, quorum os ex cordis superabundantia loquitur nec tacere potuerunt, et notificarunt mihi quomodo cum Ioanne Reuchlin essent in magna familiaritate et optime scirent de hoc negocio. Tunc intra me cogitabam, 'nunc tenebit diabolus candelam', ac illius proverbii Germanici recordabar 'doctrina facit perversos': prętерea mente mea volvebam 'estne Ioannes Reuchlin tantę audacię, quod Romano Imperatori apertissima mendacia et pessimos errores audeat mittere, multo magis aliis principibus?' Et omnia quę audiveram a Iudęis, rettuli quibusdam honestis Christianis Moguntię. quid nam ulterius agere deberem? Tunc consultum est mihi, quicquid coram Imperatoria maiestate Iohannes Reuchlin mihi falso imposuisset, illud deberem diluere et me in hoc scriptis publicis excusare: et sic composui ac edidi Speculum manuale contra pravitatem Iudęorum Insuperque aliquos inutiles articulos ex consultatione Reuchlina excerpsi. et hęc omnia ad defendendum honorem meum in manuali speculo in scriptis publicavi, verum de consultatione Ioannis Reuchlin nullam faciens mentionem. quod quidem speculum manuale misi Ioanni Reuchlin et obtuli si facta esset ei a me iniuria, paratus fuissem sicuti adhuc sum ante Cęsaream maiestatem vel universitates aut hęreticę pravitatis inquisitorem in omnibus locis respondere omniaque probare usque ad ignem.

¶ *Et illo eodem tempore fui nundinis Franckfordiensibus. tunc iterum misit gratiosissimus dominus meus Moguntinus ad me* || *ut quamprimum venirem ad se, et proposuit quomodo universitas Erphordensis etiam misisset sibi suam consultationem reliquis conformem, quam quidem consultationem Erphordenses propter publicas seditiones et intestina bella citius mittere non potuissent, quemadmodum reliquę universitates. Et sic misit me ad Cęsaream maiestatem cum consultatione illa et litteris suis hoc pacto sonantibus.* Eij

Serenissime Illustrissime Cęsar, gratiosissime domine, meam subiectionem ac obedientiam vobis offero Quemadmodum vestra Cęsarea maiestas tempore exacto petiit per mandatum, ut honesti et benedocti doctores et magistri universitatis Erphordensis mitterent consultationem suam, quomodo in hoc negocio (quod Iudęorum libros tangit) agendum esset, Sic miserunt mihi eam in scriptis, quam quidem ulterius vestrę serenissimę maiestati transmitto. Et cum tot universitates in hoc negocio sunt consultę et hę omnes unius mentis sunt, ac negocium hoc tam late extenderunt Sic petimus ut vestra Cęsarea maiestas velit causam hanc ita tractare ut (quemadmodum incepta est) ad bonum perducatur finem: in hoc vestra Cęsarea maiestas receptura est a summo deo mercedem et apud Christianum popu-

Digitized by Google

lum magnum honorem ac laudem: Hoc suscipiat a me vestra Cęsarea maiestas in bonam partem. Datum in Moguntia Feria tertia post diem Paschalem Anno .XI.

Obediens Uriel Archiepiscopus Moguntinus et elector princeps.

Postquam prędictas litteras Cęsareę maiestati presentavi: tunc dicebatur mihi quomodo Ioannes Reuchlin esset in curia Imperatoris magnis factionibus et contra me graviter esset conquestus, sperans me puniendum in corpore et vita, propterea quod suam iniusticiam in manuali speculo veritate publice correxissem. Cumque volebam egredi Cęsaris pallacium, prędsto erant venerandi ac benedocti domini, doctor Zobel bonę memorię, prępositus tunc temporis in Nurmarck, et doctor Peudinger Augustensis adorientes me verbis severis quemadmodum eis Iohannes Reuchlin inspiraverat. Tunc ‖ *viriliter eis respondi, dicens quod nos duos secundum morem iuris suscipere ac penitus audire vellent, Et hoc factum iniustum corrigere secundum suum meritum. et sic exivi pallacium. postea misit prępostitus famulum suum ad me, invitans me ad cenam. ubi cena peracta, incepit prępositus, sicut prudens et apprime doctus vir, mecum loqui de quibusdam articulis, propter quos Ioannes Reuchlin de me esset conquestus, ut alteram etiam partem quantotius audiret. Tunc ego ipsius honorificentię totum hoc negocium unum cum reliquo adeo clare exposui, ut digitis suis tangere posset. Deinde dixit prępositus ad me, merito Ioannes Reuchlin daret mille ducatos, ut commode et honore suo salvo exoneratus hoc negocio foret. Iniciebat mihi prędterea bonam spem, quamvis Reuchlin magnis factionibus stipatus esset in curia imperatoris, tamen nihil contra me aut perficere deberet aut consequi: Illo igitur eodem vespere conferebat se prępositus ad imperatorem, ubi quid cum sua maiestate tractaverit penitus ignoro: Sed tertio deinde die eram ex mandato Cęsaris a consiliariis suis vocatus et proposuerunt mihi gravissimam querelam Ioannis Reuchlin, qui non erat prędsens, ut responderem ad hanc: ex qua ratione hoc fecissem. Respondi ego, unius viri sermo est medius, altera quoque pars audienda est. petii quoque ut apud me vocaretur Ioannes Reuchlin ad audiendum scripta (ut ita dicam) contra scripta, os contra os. Adieci quoque ut quicquid essem locutus aut scripsissem, illud velim coram excellentissimis consiliariis scriptis et iure probare. Et ad legittimam responsionem meam iusserunt me consiliarii recedere. deinde vero quid inter se tractaverint ignoro. Sed Cęsareę maiestatis Cancellarius dominus ipse Serenteiner attulit mihi a curię consiliariis responsionem, quomodo Cęsarea maiestas velit negocium illud committere Episcopo Augustensi, et ego deberem lętus abire domum in bona pace, nec interea temporis contristari aut quid mali metuere. Nunc autem postquam Reuchlin intellexit, quod astucia et practica sua ad opprimen-*

Digitized by Google

dum me apud Cęsaream maiestatem ac consiliarios eius habere locum non posset, et consultatio etiam sua apud multos litteratos viros reiecta atque contempta foret, Tunc Reuchlin diabolica et obstinata superbia motus || *ad* C iij *defendendum errorem suum, effinxit in consultationem suam Germanicam Latinam interpretationem, quę tantum sonat sive ad rem facit, quemadmodum ille qui se tempore hiberno antiquis caligis tegit aut veteres calceos antiquo reficit corio. Huiusmodi igitur glosam cum consultatione et pręterea probosa quędam verba contra me expressa in unum volumen redegit, imponens huic libro nomen oculi specularis, quod impressum divulgari fecit, mittens ad nundinas Franckfordienses, ut ibidem publice venderentur. Nunc autem quia Iudęi eodem tempore erant Franckfordię ex omnibus regionibus, et audiverunt quod talis liber in favorem illorum conscriptus venderetur, cucurrerunt ipsi quasi famelici canes, ementes libros illos, in magna et innumera copia, Latina autem glossemata prędicta abiecerunt de consultatione Germanica et suppresserunt, eo quod separabilia essent ab eadem et ita solam consultationem, quę erat pro eis et contra nos, retinuerunt, ad disputandum cum pusillis aut rudibus Christianis, ut eos seducere possent in suam fidem sive rectius perfidiam, quod quidem proculdubio factum est.* ¶ *Nunc igitur animadvertite, factum est in uno sabbatho, quod Iudęi in quadam magna aula gaudium ingens et conventum habuerunt. Deinde autem, quemadmodum ego certior factus sum, instruxerunt Iudęi duas imagines seu figuras, quarum una esset Ioannes Reuchlin in angelica forma instar prophetę, Altera vero figura Pepericornus in forma diabolica. has figuras contra se, hoc est e regione, ad intervallum aliquod collocarunt. unusquisque igitur Iudęus habuit in manu sua librum Ioannis Reuchlin, erectis brachiis circum illas imagines ducentes choreas exilientes in altum, quemadmodum in Egypto circum conflatilem vitulum saltarunt, Inter chorisandum autem ante imaginem Ioannis Reuchlin flexerunt genua sua, magnum ei impendentes honorem: me autem tanquam diabolum percusserunt et cultris petierunt. deinde quodam die solis adducti sunt in vicum Iudęorum hi libri Ioannis Reuchlin venalesque propositi. quapropter mirabantur Christiani, eo quod inauditum esset libros Christianorum solere vendi Iudęis: Hoc postremo dictum est Archiepiscopo Moguntino, qui cum audisset, consultationem ipsius esse, a se et ab aliis reiectam, misit ad* || *plebanum Franckfordiensium sacrę theo-* C iij[b] *logię professorem, ut diligenter animadverteret de libris illis. Ideo pastor ipse vix legerat duas quaterniones et continuo exclamavit alta voce 'ad patibulum, ad patibulum cum libro hoc'. Quapropter prohibuit per mulctam ducentorum aureorum, ne aliquis venderet hos libros. Quo facto misit evestigio eundem libellum ad universitatem Coloniensem. etc.*

---

[9] *Immo* Ocularis speculi. [35] Petrum Meyer.

Digitized by Google

Nota Primo.

¶ *O tu Christiane, qui ista legis, aperi obsecro mentis tuę oculos et noli immoderato favore excęcari, Cum Ioannes Reuchlin prius misisset consultationem suam sive speculum suum oculare ad archipręsulem Moguntinum et deinde ad imperatorem, nullas adiecit declarationes, nulla glossemata, nullas excusationes, quibus hęretica sua scripta verteret in melius, Postea vero dum esset et ab archiepiscopo Moguntino et a tribus illis clarissimis viris (de quibus supradictum est) aliisque quam plurimis cum sua consultatione reiectus, videretque nequitiam suam multis legittime patefactam, et se in periculo infamię apud plerosque constitutum, suam imprimi fecit consultationem, quam Speculum oculare nominavit, et quasdam Latinas declarationes illi adiecit, separabiles tamen (id quod pessimum erat) a principali et sontico libro, quemadmodum iam statim enarratum est. et c. Iam considerate, o vos Christiani, et favete veritati, Quale (obsecro) signum est hoc, quod Reuchlin non audebat sibi ipsi confidere nec dare in lucem per publicam impressionem suam consultationem sine declarationibus, qualem prius ipse nudam ediderat? Est profecto signum pessimum, quod ipsius scripta magis excusationibus indiguerunt quam quę ab aliis tunc temporis scripta fuere.* ¶ *Si aliquis Reuchlinista obiecerit 'Necessarium erat declarationes adiicere propter ipsos theologos, qui scripta illius Theutonica male intellexerunt', Respondeo, illam obiectionem simpliciter esse nullam et frivolam, quia tunc temporis nulla se adhuc universitas illi negocio interposuerat neque illius consultationem viderat. Et ut hoc adiungam, priusquam impressum fuisset ab adversario speculum oculare, a multis iam iureconsultis et aliis solertissimis laicis sępenumero reiectum fuit. et c.* ||

(¶4) *Nota Secundo.*

¶ *Obiiciat nunc alius Reuchlinista sinistre informatus et mihi proponat, dicens 'Tu in culpa es, quod Ioannes Reuchlin imprimi fecit consultationem suam quod speculum oculare vocant, cum ipsis declarationibus, eo quod tu expresse contra ipsius consultationem in manuali tuo libro scripsisti et illam impugnasti aut rectius pervertisti'. Respondeo novam istam obiectionem falsam esse, et hoc tali ratione quod ego in meo libro manuali (Theutonice 'in mynen hantspegel') nunquam expresse aut verbis apertis ipsius consultationem nominaverim, aut de illa mentionem fecerim, quanquam hoc tamen iure facere potuissem, eo quod nulla erat consultatio, et quod plus ipse apposuerat consultationi suę quam ei erat mandatum ab Imperatore, Etiam quod ipsa tunc temporis mandato imperiali tribus illis doctoribus (quorum antea feci mentionem) fuisset exhibita, Et ab archiepiscopo Moguntino et prenominatis doctoribus reiecta nec celata, mihi atque aliis data fuisset. Attamen ut tanto iustius age-*

Digitized by Google

rem et ipsi adversario nullam iniuriarum ansam pręberem, nominare in meo libro non volui ipsius consultationem, id est (ut theutonice loquar) syn raetschlach. False igitur mihi hactenus hoc impositum fuit, sicuti liber ipse meus, de quo nunc mentionem feci, perpetuo testabitur.

Nota Tertio.

¶ *Posito tamen casu quod ego perfidia (si veritatem licet fateri) et occultis ipsius scriptis lacessitus, importune et expresse contra ipsius consultationem scripsissem, debuit ipse, qui doctor est et senex, moderatius mecum egisse et sibi ipsi temperasse, nec propterea suas hęreticas pravitates in favorem Iudęorum contra Christianos per totum mundum seminasse, nec inimicis Christi nova contulisse gaudia.* ¶ *Item si in meo speculo manuali quovis modo offensus fuisset Ioannes || Reuchlin (id quod tamen fieri* C 4b *nolebam, sicuti protestatus sum in libro meo supradicto, littera et columna tertia) debuisset merito vel coram Cęsarea maiestate, vel coram archipręsule Moguntino, aut in camera imperiali contra me iuridice processisse, et non metipse apostaticam suam consultationem impressam in publicis nundinis per universum emisisse.* ¶ *Quod autem facere illud, hoc est me in ius vocare debuisset, tali patet ratione: Nam in speculo meo manuali, paragravo antepenultimo, expresse satis hoc protestatus sum. Sic enim scripsi: Si doctor Reuchlin ob hęc mea scripta contra me conqueri velit, ego ultro venire paratus ero vel ad Cęsaream maiestatem, vel ad Reverendissimum Urielem archiepiscopum, vel ad doctores diversarum universitatum (sive hi sint Colonienses, sive Moguntini, sive Friburgenses, sive Erphordenses, sive Heidelbergenses) vel ad alios pręfectos aut iudices sęculares, ut coram illis veritas ipsa patesceret .et c.* ¶ *Item fateor me in manuali meo speculo quandoque Ioannem Reuchlin nominasse, sed nunquam ipsius consultationem expressisse. Item fateor me in eodem libro contra ipsum scripsisse, sed solum de his quę me dumtaxat concernebant, et quę antea a me sępius contra Iudęos scripta fuere, sicut de oratione felaschummodim .et c. Non scripsi ego hęreticas ipsius propositiones quas ego non intelligo, sed illa solum, quę ipse contra me perperam et occulte susurrarat, licet hoc publice tunc temporis ab eo factum maluissem.* ¶ *Subticui ego Ioannem Reuchlin comparasse (ut ab aliis intellexi) humanitatem Christi habitui meretricio et scripta doctorum ecclesię antiquis caligis, Subticui etiam Ioannem Reuchlin in sua consultatione posuisse, Christum non fuisse a Iudęis tanquam verum deum interemptum, et multa alia id genus pessima, quibus ego me interponere neque possum, neque debeo, neque volo, neque etiam tunc temporis interposui, quia hoc doctorum erat .et c.*

---

12 fuiſſ3 *1.*

Digitized by Google

Nota Quarto.

¶ *O vos Christiani, audite nunc argumentum Reuchlinistarum, quo*
me convinci posse falso arbitrantur. Sic || *enim obloquuntur mihi 'Tu*
baptizate Iudęe es in culpa quod Ioannes Reuchlin contra te scripserit,
tibi minatus sit, te accusarit et c.' Respondeo hoc falsisssimum esse et
nihil eo falsius et hoc probo tali ratione: priusquam enim consultationem
ipse suam scripturus esset, nunquam eum aut vidi aut novi, Quapropter
cum iam consultandum esset quid de quibusdam Iudęorum libris agendum
foret, (ut supra dictum est) profectus sum in domum ipsius. Quo cum
venissem, me humanissime tractavit et de meo adventu gavisus fuit, et
quod amplius est, me instruxit, quidnam facere deberem apud imperato-
rem, sicut ipsius chirographo probare possum. Deinde tamen callidius ex
me rebus omnibus ab eo intellectis mihi dissimulanter promisit se sanctis-
sime scripturum. Quo minime servato mihi apud Cęsaream maiestatem
contra datam fidem impiissime in sua consultatione detraxit, ut patet in
speculo oculari, et sic me tradidit sicut Iudas Christum, et multo peius,
quia hic publice, ille autem occulte. Hoc ubi incredulus legeram, iustis-
simam habui occasionem scribendi contra eum consultatione saltem ipsius
nunquam nominata. Et ideo prior me lęsit, non ego illum. Perfidus
igitur Ioannes Reuchlin condemnandus, et ego (ut ingenue fatear) in
nullo reprehendendus, quod quam verum sit, sapientibus patet semperque
patebit.

Nota Quinto.

¶ *Alio nunc medio utar et vero quo luce clarius videbitur, quod ipse*
propter meum librum, hoc est speculum manuale, non habuerit occasionem
imprimendi suam consultationem, Immo etiam, quod quamvis a me lęsus
fuisset in libro meo prędmemorato, uti supradictum est, quod tamen non
debuerat, neque etiam (id quod notatu dignissimum est) quovis modo poterat
suam edere consultationem, aut in ea contra me scribere. Hęc autem
probo tali ratione: Nam cum una essemus coram Cęsarea maiestate et ipse
me accusasset cum suis, eo quod ego edidissem speculum meum manuale,
inclytissimus imperator audita per suos a me rationabili causa silentium
utrique nostrum indixit, et ad tempus ab eo sive a suis nobis constituen-
dum, pacem ab utraque parte inter nos duos servari || *voluit. Ipse igitur*
Ioannes Reuchlin non fuit obediens voluntati imperatoris sive consiliariis
eius optime meritis, sed non expectans tempus quod nobis constituendum
erat, sua sponte et sua (ut ita dicam) temeritate imprimi fecit suam er-
roneam consultationem. ¶ *Et prędterea si nullo modo illud futurum re-*
conciliationis tempus expectare voluisset, debebat ipse me tanquam civem

---

21 ſi *1.* 37 vt itam dicã *1.*

Digitized by Google

Coloniensem pro suo arbitrio in quodcunque ius coram quovis iudice (prout iuris est) vocavisse, eo quod paratum me obtuli ea in re (ut pauloante dictum est) coram quocunque semper obedientissimum esse velle .et c.

¶ *Ex his igitur et aliis prędictis rationibus (quibus me defendendo extremum iudicii diem expectaturus sum) satis vere et clare patet, me Ioannem Pepericornum neque adversarii consilia iniuste publicasse, neque ipsum suam perditissimam consultationem ob speculum meum manuale in lucem edidisse. Intelligenti igitur et bono Christiano satis. Quapropter continuabimus Quomodo scilicet ex Franckfordia speculum ipsius oculare primum ad manus doctorum pervenerit.*

Quum pastor Franckfordensis (ut supra dictum est) ex mandato Archipręsulis Moguntini in nundinis prohibuisset ne quisquam tam sonticum oculare speculum venderet, et deinde cum eiusdem Archiepiscopi iussione inquisitori hęreticę pravitatis Coloniam misisset, nec ille solus (eo quod plus vident oculi quam oculus) rem tam ancipitem aggredi vellet, fuerunt ibidem ordinati ab universitate et ab hęreticę pravitatis inquisitore duo Egregii doctores, quorum unus fuit Venerabilis magister noster Arnoldus Tungarensis sacrę theologię professor, primarius Regens in collegio Laurentiano, Alter vero fuit venerabilis et Religiosus pater, et dominus, magister Conradus Regens Monasterii prędicatorum, Conterraneus et singularis etiam amicus ipsius Reuchlin. His prenominatis doctoribus ab universitate commissum erat quod ipsi deberent librum hunc perpendere et diligenter examinare, de folio scilicet ad folium, de verbo ad verbum, atque de articulo ad articulum, et in quo dubitarent, deberent ipsi hoc proponere universitati, ut latius omnia discuterentur. Ceterum cum doctores in labore essent atque multos pravos articulos excerpsissent: tunc Reuchlin hoc percipiens, continuo scripsit ex patria sua ad doctores nostros libenterque purgasset || domum suam, petens humiliter et se subiiciens nostris f ij *doctoribus quod in quibuscunque ipse errasset aut peccasset, se ultro illa revocare velle, quemadmodum sequentes ipsius satis hoc superque testantur litterę.*

¶ *Egregio viro et excellentissimo sacrę theologię doctori domino .N. de Tungaris in splendidissima Coloniensi universitate cathedram sanctissimarum scripturarum tenenti domino suo quam observandissimo.*

¶ *S. D. P. Egregia tua virtus et sapientia, Excellentissime doctor, qua in tam illustri omnium bonarum doctrinarum universitate, ut sol astris,*

---

[15] accipitez *1.* [20] Conradus] Kollin. [22] Epistola sequens extat etiam in Illustr. viror. epp. ad Ioa. Reuchlin. Hagenoæ 1519. 4°. pagg. p ii sqq. quam in sqq. 2. designo. [32] *In 2. hæc inscripto est:* Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doc. egregio sacræ Theologiæ Doctori de Tungaris .S. D. P.

Digitized by Google

sic tu optimis quibusque prȩstas, id merito tuo facit, quod nuper defensionis meę contra libellum quendam famosum adversus me turpiter editum censor ut audio a Reverendo clarissimorum theologorum collegio sis datus. Quo plane gaudeo te mihi talem tantumque contigisse, qui posses compati humanis infirmitatibus, virum tam doctum, tam peritum, et forte in vita multis quoque mortalium periculis temptatum, ubi pro tua exuberanti perspicatia videbis, me non mea temeritate ulla in hanc Charybdim, in hęc malę fortunę involucra, in hos scylłeos scopulos impegisse, sed mandato Imperatoris et archiepiscopi prȩceptis paruisse, ut celere quid de cremandis Iudęorum libris sentirem, obsignato fideliterque transmisso consilio, cum nemine antea communicato patefacerem. Nam excellentię tuę, doctor eximie (ita me deus adiuvet) recte iuravero, mihi tum quum essem in dictando, nullius universitatis venisse in mentem, nullum me cogitasse hominum consiliorum collegam, quamvis in commissione nominatim alios quoque deprehenderim, quibus par negocium fuisset imperatum. Atqui festinatione laboris imprudens ego, non quid alii dictaturi essent, sed tantum quid ipse afferrem, in medium consideravi. Quare per deum immortalem nullius docti hominis contemptu ea scripsi, Tantumque abest ut elatione, fastu, livore aut erga quosvis litteratos tumore animi in his scriptis usus sim, ut etiam nemo de me veraciter proferre queat, me quibus vixi quinquaginta sex annis ullo unquam tempore scientiarum peritos neglexisse, aut eorum cum aliquo rixam habuisse. Sed omni ego disciplinę semper honorem detuli, maxime autem sacratissimę theologię, ita ut novissime in fij[b] *illius profectum, utilitatem atque laudem || Hebręorum linguam in latinas regulas, opus antea inauditum, redegerim, eiusque dictionarium construxerim labore meo plenissimum, cum nonnullo rei meę familiaris impendio ac iactura. Tantum me movit sacrarum litterarum insignis excellentia et eiusdem discipulorum honor et decus. Id scribo ut nemo me arbitretur illustre illud et splendidissimum gymnasium vestrum contempsisse, qui adhuc nesciam quale vos consilium dederitis: potuit autem fieri ut cum de cremandis Iudęorum libris nullam legem, nullum Canonem, nullum decretum publicum, nullam universalis ecclesię determinationem particulari modo specifice latam vidissem, tum ego rem omnem tanquam in iure dubitabilem tractare topico rhetorum more ad persuadendum apto instituissem, ubi omnis animi motus mihi pro argumento fuit, sive causaret quantamlibet suspitionem, seu vehementem violentamve prȩsumptionem aut certe necessariam probationem, ut in deliberativo dicendi genere fieri consuevit. In ipsis autem argumentis fortasse digressus sum paulo amplius quam oportere quibusdam videatur Et ut me peregrinorum cohors istac transeuntium certiorem facit, ego multis in Civitate vestra calumniis insimulor, quas*

---

[32] vniuerſis *1. ipse i. f. correxit.*

Digitized by Google

Pepericornus, peperiphrones mihi nullis meis demeritis precedentibus circumquaque cursitantes struunt Accedit ad hoc quod quidam spectatissimi theologię candidati fortassis egre ferre possent, me qui sacrarum litterarum discipulus nunquam fuerim, hominem scilicet eius scientię ignarum auctoritates inseruisse divinas et sanctorum patrum testimonia a me non bene (ut aiunt) intellecta. Egregie et excellentissime doctor, observandissime domine, adducta per me cernes theologica, sicut rusticorum sacerdos in sermonibus medicinam allegare posset. Fateor enim, in scholis theologiam non didici, sed civiles leges. quare vestram disputandi rationem ignoro. Est autem nihilo minus mihi pura conscientia, quod voluntas mea non avertatur a Christo qui est caput ecclesię. Quicquid igitur sancta ecclesia (quę est columna et firmamentum veritatis) credit, idem ego et taliter credo Et sicut ipsa exponit sacram scripturam, ita ego exponendam censeo, atque confiteor, et si usquam aliter exposuissem quam patiatur intellectus ecclesię, quod tamen fecisse me non memini, pro tunc ego sicut pro nunc et nunc sicut pro tunc illud corrigere et emendare paratus sum, et stare omnino || determinationi ecclesię, ut integritatem in me suam fides inconta- ſiij
minata custodiat. Oro igitur, prestantissime doctor, ut si quemquam scriptis meis lesisse tibi videar, si mea facilitas ullum hominem male offenderit, facias me per humanissimę benignitatis tuę indulgentissimas litteras certiorem, habendo in me patientiam et omnia reddam tibi. iubeas velim et monitus recondam gladium, Cantet mihi gallus et flebo, prius ipse tones antequam fulmines. Sic enim natura constituit, ut iguis premoneat crepitu antequam exurat, ruina fragore, antequam supprimat, terra motu, antequam absorbeat, ut talibus minis omnia sibi animantia possint a damno cavere. Valeas feliciter opto, perquam colendissime doctor, et magnificę facultati theologię quanta potes diligentia me obsecro commendes, in meliorem partem omnia et benigniorem interpretando. Datum peregre, quum forte fortuna tabellarius quidam contigisset accinctus itineri. quinto Cal. Novembris. Anno domini. M. D. XI.

¶ *Ioannes Reuchlin phorceñ. ll. doctor.*

Nota lector.

¶ *Videamus nunc quam leviter et inconsiderate in hac epistola evagatus sit. Oro igitur atque obsecro vos in domino Iesu ut veritatem non modo audire sed etiam tueri velitis.*

---

[1] & Peperiphrones 2. commeritis 2. [6] intellecta] neglecta. 2. doctor & obſ. 2. [9.10] quare datur — ignorare. 2. [11] eccleſie 1. [12] credit, et qualitercunqȝ credit, 2. [14] usquam] ullo tempore 2. [16] Ego p nunc ſicut pro tunc & tunc ſicut pro nunc illud 2. [17] Per errorem in 1. est €iij suam *non habet* 2. [26] opto fœliciter 2. [27] theologicæ me 2. *omisso* me *ante* obsecro. [29] accinctus itineri obtigisset. 2. quinto *omis.* 2. [31] *Subscriptionem omis.* 2.

Digitized by Google

¶ *In primis itaque laudat mirifice venerabilem virum dominum Arnoldum Tungerensem. postea autem in sua defensione (sed verius offensione) ita turpiter et falso eundem contemnit et vituperat ut nihil supra.*

¶ *Titulum tamen epistolę non omittamus Videatis obsecro quomodo mucrone suo proprio conficiatur, ut stulto respondendum sit iuxta stulti-* 5
tiam suam. Sic enim scripsit 'Egregio et excellentissimo sacrę theologię doctori dño .N. de Tungari .et c.' Hunc scribendi modum postea in sua execrabili defensione littera c columna quarta circa finem stultissime condemnavit. Nam cum magister noster venerabilis Arnoldus se non Tungarensem sed de Tungari more solito in titulo sui libri scripsisset, voluit 10
fiij[b] *Capnion, magistrum nostrum propterea ob || crimen a patria proscriptum esse. Si ergo sunt malę sive infames orationes, quando sic scribimus 'de Maguntia, de Treveri, de Basilea' .et c. ergo ipse prior ad doctorem nostrum (quem venerabilem fatetur, sicuti est) non de Tungaris sed Tungerensi scribere debuisset aut saltem sui exemplo illam redarguendi levita-* 15
tem omisisse. quia igitur hoc loco (quod nemo negare potest) auctor ipse seipsum scandalizavit suę orationi proprie contradicendo, alium adiungam locum, in quo professę a se veritati manifestissime contradixit. Scripsit enim cuidam viro nobili ante tempora germanice, quod in oratione iudaica Felamschunmodym Iudęi contra nos orent nobisque maledicant, et libros 20
contra nos scribant, postea vero in reprobum sensum nescio a quo actus dęmone, contrarium contra nos omnes scripsit et Iudęos contra veritatem in hoc defendere conatus est ac si ipse melius noscet Iudęorum mores et facta quam hi qui ex illis nati et .XXX. aut .XL. annis eadem proh dolor peccata cum illis perfecere. ¶ *Sed quid erubesceret hic homo vafer omni* 25
hora sibi ipsi contradicere? Tertium audiamus de modo ipsius scribendi et deinde pervertendi levissimo. Magister Ortwinus Gratius vir doctus et honoratus, patre genitus sęculari Frederico scilicet de Graes (quod propter obscurorum virorum epistolas dicitur) et non longe a frequenti domicilio Reverendissimi domini Episcopi Monasteriensis prope Cosfeldiam (ut ego 30
ab aliis intellexi et mille etiam hominibus vero verius apud nos cognitissimum est) habitante, ille inquam magister honorandus scripsit contra Ioannem Reuchlin in quodam carmine (sicuti ego ab aliis audivi et adnotavi) 'Flet Iovis alma parens' .et c. Ex his verbis probare conatus est magistrum Ortwinum hęresiarcham esse, volens Iovem fuisse diabolum et 35
sic inferre Ortwinum voluisse quod Maria virgo intemerata fuisset mater diaboli. quam hęc temeraria sint non est meum disputare quia hoc bestię intelligerent. Hoc solum audivi et est verum quod Ioannes Reuchlin scripsit Archiepiscopo Moguntino quod ipse Mercurius et imperator esset Iup-

---

[19] a. 1505. *Cf.* Reuchl. Defension. Tubing. 1514. 4°. pagg. Kii. sq. Epistolam post hanc Defensionem repetemus. [27] *Cf. infra post Lamentationes O. V. epistolam apologeticam Ortvini Gratii.* [33] *Cf.* Epist. O. V. I. 38. i. f.

Digitized by Google

piter. Si ergo talis interpretatio (quemadmodum ipse vult in defensione sua, littera c columna ultima) in diabolum reflectitur, significavit archiepiscopum fuisse ministrum diaboli, et sic commisit iterum crimen lęsę maiestatis ac ultimo esset afficiendus supplicio. Hęc autem cum transferenti ex auditis et aliorum acceptis a me scedulis pronunciarem, rogatus fui, ut hoc ipsum apponerem, quod videlicet Ioannes || Reuchlin sępissime (§4) *hoc modo prior Ortwino scripsisset, et quod Fumulus noster (cui ignis est proximus) Erasmum Roterodamum, eloquentem (ut audio) theologum interrogare deberet et quidnam ipse in oratione sua ad divam virginem Mariam intellexerit, cum sic oraverit et indies oret: 'O Maria, tu non solum es nutrix Iovis sed mater Iovis'. Intelligenti satis. Patet igitur quod contra doctorem et magistrum Ortwinum scribendo nihil effecerit, sed quod seipsum scandalizaverit eo quod instar beani sive elementarii pusionis in terminis falso et hoc scienter pręstiterit Et inde nulla est causa quod eos odio persequatur, nisi quod contra apostaticam ipsius consultationem pie atque honestissime scripserint. Sed hęc nunc omitto. nec alia ratione hęc tria notabilia primum adducere volui, quam ut boni videant et sapientes quam levis ipse sit scribendo, quam varius etiam et inconstans, ita ut in centum aliis locis auctor frequenter contradicat sibi ipsi, ex quo laudem (nisi apud reprobos) habere non poterit.* ¶ *Secundo igitur, ut ad reliquos epistolę prescriptę articulos deveniam, Ipse Ioannes Reuchlin lętatur et gaudet (sicut in principio epistolę videtis) doctorem prefatum Arnoldum scilicet ordinatum esse censorem negocii et librorum, Postea vero in suis invectivis sive famosa sua defensione, scandalosissimis verbis hoc factum detestatus est.*

¶ *Tertio scribit universitatem nostram esse illustrem in omni doctrina et theologos nostros esse reverendos et clarissimos. Postea vero in suis invectivis et libro famosissimo derogat honori universitatis nostrę et tanquam homo inconstantissimus theologistas eos appellat.*

¶ *Quarto scribit doctorem Arnoldum proculdubio tam perspicacem esse ut compati possit humanis infirmitatibus, quibus verbis satis insinuat se non satis catholice scripsisse, eo quod censuram extimescat. Et propterea ad istorum confirmationem semper instat et instetit, tum apud Cęsaream Maiestatem, tum apud Parrhysienses (sicut ipsius epistola testatur ad illos missa) ut silentium imponatur et ne quid contra eum agatur et idipsum nunc in Curia Romana facit. quod apertum est noxię signum, cum hoc nunquam a nostris sit petitum neque adhuc petatur.* || *Nunquam* (§4b) *autem (sicuti nos facimus) instetit, ut quod iustum est fieret, et quod hoc verum sit, ipsius scripta testantur. verum de his alias.*

¶ *Quinto scribit se non sua temeritate ulla in hanc Charybdim et*

---

34 epistola] data Stuttg. XIII. kal. Iul. a. 1514. (apud Bulæum VI. p. 63. sqq.)

Digitized by Google

involucra incidisse sive impegisse, sed mandato Imperatoris et Archiepiscopi. hic duo attendenda sunt. primo quod prȩsupponit se in periculum venisse. id quod non fuit viri sapientis, eo quod in scribendis consiliis providum atque perspicacem eum esse oportuit. Secundo quod hic satis aperte serenissimum nostrum Imperatorem, virum unum omnium procul dubio prudentissimum, infamare nititur, et id quidem suo impudentissimo mendatio: Nunquam enim inclytissimus noster imperator et unus omnium religiosissimus Ioanni Reuchlin demandavit ut hȩreticas pravitates scriberet et illas postea stante (ut supradictum est) concordia, impressas in lucem ederet. Item quod maius est, nunquam ipsius scripta approbavit, nunquam illis assensum prȩbuit. immo vetuit ea legi et penitus supprimi iussit. Quod hȩc vera sint et in prȩcedentibus et in sequentibus mandatis patet. ¶ *Erubescat igitur (ut cum gratia loquar) semiiudȩus ipse infelix, ac plane reprobus, qui notissimo mendacio suam nequitiam palliare, et caput mundi totiusque christianȩ religionis lumen, ipsumque etiam Archiepiscopum tam turpiter infamare conatus sit. Hoc solum Capnioni demandatum fuit a Cȩsarea Maiestate, ut una cum ceteris universitatibus expresse in mandato nominatis scriberet, quid de Iudȩorum libris quibusdam supra bibliam editis agendum videretur. O utinam inclytissimus noster imperator hanc epistolam ante duos annos legisset: proculdubio ipsum in gemonias scalas coniecisset, tanquam de crimine lȩsȩ maiestatis apertissime convictum. Nemini igitur mirum si de me, si de doctore Arnoldo, si de magistro Ortwino, si denique de aliis viris simul prȩstantibus et bonis mentiri audeat, cum de serenissimo nostro imperatore et Archiprȩsule Moguntino istius negocii principe tam incredibilia in omnibus suis scriptis mentiatur. Et ideo non impugnatur a doctoribus quod mandato imperatoris et prȩcepto Archiepiscopi scripserit, sicut etiam ipsi scripserunt, sed quod longe latius quam sibi commissum fuit, sua temeritate evagatus sit et ea scripserit in favorem Iudȩorum quȩ sibi commissa non fuerunt .et c.* ||

¶ *Sexto, ut at alia properemus. Scribit se celere quid de cremandis Iudȩorum libris sensisset secreto patefecisse .et c. Non debebat inquam tam celere scripsisse, ut iam mandati imperialis oblitus in prȩcipitium rueret. Quia (ut ab aliis ante tempora audivi) Augustus dicere solebat Festina tarde. Quod igitur cito et male factum est, quandoque ut pereat est necesse. Deinde in prȩdictis verbis aliud mendacium incurrit, quod de cremandis Iudȩorum libris consultationem habendam insinuat, cum hoc serenissimus noster imperator nulli unquam commiserit. Quod qui credere noluerit, Imperatoria mandata legat: Aliud est enim perlustrare et supprimere sonticos libros quam comburere. Vehementius ergo mentitus est*

---

10 ſcripa *1.*

Digitized by Google

in defensione sua .Aiij. columna prima, ubi commentus est hanc generalem sibi oblatam quęstionem (et sunt verba eius in forma), An omnes Iudęorum libri pręter bibliam sint perimendi. et c. Nunquam illi neque etiam quibusvis aliis talis fuit oblata quęstio. Et quod hoc verum esse ab omnibus credatur, scripsit paulo ante in eadem columna, se nescium fuisse quid imperator struere suo mandato vellet, nisi forte (ut ipse ait) libros Iudęorum comburere .et c. Si dubitavit, quare in hac epistola audet dicere de cremandis Iudęorum libris? Falsarius igitur quodammodo mandati imperialis et quia inconstans, pręceps, et mendax, a nemine non dico defendendus sed ne audiendus quidem.

¶ *Septimo. Facit iuramentum, magistro nostro Arnoldo, se penitus immemorem fuisse omnium illorum quibus idem etiam negocium a serenissimo nostro imperatore et archipręsule commissum fuit. o levitatem intolerabilem, o cęcam imprudentiam. Debebat homo pręceps mandata et commissiones diligentissime perspexisse, priusquam se ad scribendum contulisset. Quid multa? Festinavit tantum hic bonus vir Iudęos in sua consultatione perperam defendendo, ut iam Christianorum et honestatis penitus esset oblitus.*

¶ *Octavo. scribit se nullius hominis contemptu scripsisse ac in quinquaginta sex annis nullum doctum lęsisse .et c. Hoc falsum est, quia in cęco oculari suo speculo cum appendiciis invectus est turpiter et implicite in patrem Gregorium, priorem domus Carthusiensis prope Friburgensem civitatem, virum religiosissimum, doctissimum et optimum. Et* || *in signum* b *veritatis quod hoc feceris, fecisti manum depingi ad marginem, ut tuę malignitati satisfaceres. Sed quare obsecro contempsisti talem ac tantum virum O tu Reuchlin, nisi quia ex mandato imperatoris cum suis collegis, viris profecto clarissimis, conterraneis quoque tuis, et supranominatis, qui tuum theutonicum bene intellexerunt, consultationem tuam non approbavit, sicut patet in articulis qui sunt penes imperatoriam maiestatem, quemadmodum etiam supradictum est.* ¶ *Item lęsisti me proditorie in consultatione tua. id quod facere non debueras, sicut iam statim satis sufficienter est probatum. postremo lęsisti omnes doctores ecclesię et totam Christianitatem, id quod maius fuit quam si unum lęsisses.* ¶ *Taceo quomodo brevi tempore uni ex nostris amicorum suorum scribens gavisus sit de morte Archipręsulis Moguntini, Archiepiscopi Coloniensis Philippi (eo quod contra eum essent) et doctoris Hieronymi imperatoris consiliarii et prothonotarii apostolici, qui verus superiorista, unus illorum trium superioristarum fuit, de quibus dictum est supra. Taceo etiam quomodo laudaverit Parrhysienses, et deinde uni poetę apud nos scribens eos supra modum vituperaverit. Quod igitur non fecit prius, hoc satis superque postea in sua senectute supplevit, et propterea in nullo excusandus.*

Digitized by Google

¶ *Nono. Gloriatur se composuisse dictionarium hebraicum ex industria sua. sed hoc falsum esse satis ostendi in aliis meis scriptis, eo quod parum aut nihil ex se habeat, sed omnia emendicaverit a Iudęis. quibus etiam non erubescit ea gloriose scribere quę soli deo conveniunt, sicut infra latius patebit. Dico igitur quod ad penam mortis sustinere paratus sum, quod ipse Ioannes Reuchlin non novit omnem Iudęorum scripturam legere, taceo intelligere. Falso itaque sibi tantam gloriam vendicat, qua minime dignus est. Dignus tamen, quemadmodum plerique, qui aliquas auctoritates quandoque ex Grecis afferunt et alia ignorant*

¶ *Decimo. Scribit in epistola precedenti dubitative, scilicet 'potuit fieri', et in offensione sua .A.iij. columna prima affirmative loquitur, se nullum decretum vidisse de cremandis Iudęorum libris. hoc* ●ij *quam sit falsum, in consiliis universitatum patet, ubi || multi iurisconsulti allegantur, qui illos apostolico decreto combustos affirmant, sicut etiam Parrhysienses in sua sententia expresserunt. Si igitur neque theologus es, ut in eadem ista epistola fateris, neque iureconsultus, eo quod principales non legeris, debebas hoc consultandi onus reliquisse, nec tibi arroganter vendicasse quorum peritiam non habebas, neque unquam es habiturus. Timendum est igitur quod tua superbia te decepit et quod magis studiosus sis circa prophana et nihil ad ecclesiam pertinentia quam circa divina aut ea quę supra firmam petram sunt ędificata.*

¶ *Undecimo Scribit in precedenti epistola quod nequaquam splendidissimum nostrum gymnasium contempserit. id quod etiam satis superque ostendit in suis ad nos epistolis, in quibus supra modum et in celum (prout oportuit) extulit universitatem nostram. Sed quare obsecro? ut suis vulpinis adulationibus sacratissimę theologię doctores a iusticia averteret. Verum non sunt theologi ipsi aut iureconsulti (prudentes saltem viri) eius nature ut more porcorum fricent et veritatem deserant. Ipse igitur in sua offensione (defensione dicere volui) quam fuerit inconstans, levis et reprobus, pauci sunt omnium qui ignorant.*

¶ *Duodecimo. scribit fieri potuisse quod nullum canonem de cremandis Iudęorum libris invenisset .et c. Primo igitur non ostendit se iureconsultum, ut supra dictum est. Secundo respondemus (sicut supra) nunquam fuisse motam quęstionem de cremandis Iudęorum libris. Tertio respondemus, locum negativum (ut ab aliis intellexi per theutonicam informationem) nihil habere roboris, nihil firmitatis. Quapropter in favorem Iudęorum satis stulte locutus est. Sed hanc materiam (quia ego eam non intelligo) aliis discutiendam relinquo. Id quod fortasse et proculdubio fiet.*

¶ *Decimo tertio. ineptissime scribit, se ut topico rhetorum more ad persuadendum apto in sua consultatione usum. ac si fides catholica rhetorum pompa uteretur, quod quam falsum atque iniquum sit, Christi exemplum probat, qui non elegit sibi eloquentes aut pomposos, sed piscatores*

Digitized by Google

et indoctos || homines, in signum quod ecclesia non indigeret talibus vafri- Eij[b]
ciis. Non debuit igitur in sua consultatione Ioannes Reuchlin et in causa fidei talibus uti ambagibus, cum hoc illi neque a serenissimo nostro imperatore, neque ab Archipręsule Moguntino demandatum esset. Sed nimia curiositas (si verum fateri licet) eccęcat oculos .et c.

¶ *Decimoquarto scribit se nunquam fuisse discipulum sacrę theologię, et dicit se allegare theologica sicut sylvestris sacerdos allegat medicinam. miror igitur quare sacram scripturam sinistre a se allegatam non commutet in melius. mirorque amplius quare se tali ac tanto fidei negocio tam late tamque arroganter interposuerit, et iam pertinaci animo (id quod hęreticorum est) tot universitatibus reniti audeat. Sed fecit bonus ipse vir Ioannes Reuchlin quod plures alii fecerunt, qui aliorum hominum nequam sinistris persuasionibus decepti se ipsos incauti perdiderunt.*

¶ *Decimoquinto scribit se habere puram conscientiam et omnia credere quę ecclesia credit .et c. Nihil est hoc dicere, dummodo et scripta et verba contrarium probent. Scit enim ipse quę scripserit religioso patri magistro nostro Conrado Kolin Ulmensi .v. kal. Febr. Anno .M.D.XII. quod scilicet verba debeant deservire intentioni. Si igitur talis fuit ipsius intentio et adhuc est, qualia sunt eius scripta et verba, hęreticum procul dubio ipsum esse dicamus necesse est. et id verum esse multarum universitatum testimonia probant.*

¶ *Decimo sexto. Orat humiliter magistrum nostrum, ut errores hęretici sibi in scriptis mittantur. Adiicit quoque Cantet mihi gallus et flebo .et c. ac si diceret Cum mihi loca manifestata fuerint in quibus erravi, tunc paratus ero omnia revocare. Sed*

astutam vapido gerit sub pectore vulpem.

Missi fuerunt ipsi articuli, accepit errores suos a doctoribus nostris, sed nihil revocavit, ut infra latius post epistolam universitatis nostrę sequentem narratur. ¶ *Arrigant igitur hoc loco aures suas Reuchlinistę quidam et in corde doleant qui non erubuerunt falsis susurrationibus circumferre et multos decipere, dicentes, quod articuli erronei non essent || ipsi per nostros missi .et c. Hęc autem quia latius infra probaturus sum,* Eiij
et quia in epistola sequenti patent, hic missa facio.

¶ *Decimoseptimo. hoc in primis notandum est quod Ioannes Reuchlin scripsit se velle obedire doctoribus nostris et omnia se facturum, dummodo fieret cum honore nominis sui. Sic enim (id quod negare non potest) semper scripsit in omnibus epistolis suis ad magistros nostros ab eo missis. Sed quid hoc est si vanitas non est? Pueri volunt male facere sed nolunt corrigi, Fur quidam furatus est calicem, sed non vult suspendi, Petrus deliquit sed non vult confiteri .et c. Qui publice peccat, publice pęniteat*

---

[17] *Cf.* infra pag. Eiij. [26] *Pers.* sat. V. 117. servas (*non* gĕrit).

Digitized by Google

et publice puniatur. Non potest igitur scandalum publicum (quod iam totum pęne orbem obumbravit) e medio tolli, nisi per publicam revocationem. idque ita fieri debere, universitates aliquot suis sententiis approbarunt.

¶ *Ultimo. Iubeas (inquit) velim, et monitus recondam gladium .et c. vult sibi per nostros pręcipi, sed non vult obedire. neque etiam pręceptis obedivit, sed dum simularet se obedire velle, theutonicam edidit declarationem, quę nihil fuit ad propositum, ut statim immediate post epistolam sequentem dicetur.* ¶ *Pręterea minatur nobis hoc loco, dicens, monitus recondam gladium. Hoc quam sit puerile quis non videt? Non sunt tam leves magistri nostri aliarumque universitatum doctores, ut vel pomposis laudibus intumescant, aut pravis adulationibus commoveantur, aut minis terreantur, quo minus id quod iustum est in ecclesia dei perficiant. Quid multa? Minatus est sępissime nobis in epistolis suis, quanquam minus prudenter, ut infra latius dicetur. Quapropter ad continuationem historię redeundo, quid nostra universitas ipsi responderit videamus. Necesse est enim ut hoc loco brevis sim. Nam si singula et quę in hac epistola et quę in ceteris (maxime ad Parrhysienses) false ac perperam scripsit, explicare contendero, oporteret me volumen amplissimum instar biblię componere. Nos igitur quę sequuntur, syncero mentis oculo perlustremus .et c.* ||

Giij[b] ¶ *Huiusmodi litteras et errores ipsius ocularis speculi una cum glossa proposuerunt universitati prędicti doctores et de articulo ad articulum adnotarunt et unanimiter omnia perpendentes vero verius cognoverunt libellum esse sparsum multis scandalosis sermonibus: et favore perfidorum Iudęorum contra bonos mores, honestatem Romanę ecclesię: non attentis per nostros doctores suis glossis in calce libri satis debiliter appositis. Quod si hoc aliquid ad rem faceret quod aliquis deprehensus et notatus in aliquo maleficio velit facere glossemata: tunc omnium furum pessimus ac etiam traditores suam nequitiam in bonam partem exponere possent, et sic numquam esset iusticię executio. Verum enimvero, scripserit ipse quomodocunque scripserit, fuere inter alios sęculares prędicatores et prędsertim doctor Conradus prędnominatus in continuo labore, quomodo possint Ioannem Reuchlin commode eruere, et maxime cum ipse in litteris suis prędmissis scripserit, se obtemperaturum sacrę Romanę ecclesię et universitati Coloniensi.* ¶ *Ego igitur per immortalem iuro deum, quod omnes docti et prędicatores condoluerunt Ioanni Reuchlin propter senium et eruditionem suam, qua male erat usus, quo pacto possint invenire viam ut contra suam personam nihil agerent, sed solum ad supprimenda ob honorem ecclesię scandalosa sua scripta: et propterea miserunt ad Ioannem Reuchlin Christianam instructionem et adhortatorias litteras his verbis subsequentibus.*

Digitized by Google

¶ *Universitatis Coloniensis christiana instructio ad Ioannem Reuchlin erroris sui gratia dimittendi et supprimendi.*

¶ *Sequitur Copia litterarum primarum facultatis ad doctorem Reuchlin in causa consultationis suę vulgo impressę.*

¶ *Spiritum consilii sanioris. Fuit nobis, spectabilis et egregie vir, post proximas nundinas Franckfordienses oblatus quidam tractatus sub titulo speculi ocularis tuo nomine inscriptus, quem dum nonnullis ex nostris revisendum examinandum tradidissemus, comperimus in eo, quod neque ex te neque ex quoquam Christiano nostro sperabamus, te scilicet in eo tractatu in modum consultationis omnibus tuis || viribus annixum ut re-* (64)
verendissimo in Christo patri ac principi electori domino nostro gratiosissimo Urieli Archipręsuli Moguntino, ac per illum serenissimę imperatorię maiestati persuaderes super negotio librorum iudaicorum, quatenus idem negocium laudabiliter per eandem Cęsaream maiestatem ceptum interverteres. quod ut commodius (uti forte tibi visum fuit) faceres, multa ad rem impertinentia latissime porrecto calamo quasi quicquid tibi in via qua ibas occurrere potuit decerpere voluisses, in unum coegisti. quo factum est ut festinus ad terminum quo properabas et incautus non satis probaveris an rosas forte an urentes urticas aut male olentes flores inconcinne in sertum componeres. Ac per hoc non solum nimie fautorię Iudaicę perfidię notam improvidus apud christianos lectores incurristi Sed et Iudęis ipsis, crucis et sanguinis quo nos loti et redempti sumus inimicis, qui uti nobis relatum est, hunc tuum tractatum vernacula nostra lingua editum et impressum legunt et circumferunt, occasionem prębstitisti quo amplius nos irrideant, quando inter Christianos et quidem inter eos qui inprimis docti reputantur, te unicum invenerunt, qui suam causam agat, tutetur ac defendat. quasi neque Christum neque virginem matrem neque apostolos neque fidem nostram intemeratam blasphement unquam aut vituperent, sed quicquid faciant, aut maiores eorum scripserint, in sui defensionem et nulli in prębiudicium aut vituperium fecerint. Et quia ut illud imperatorię maiestati sufficienter persuadere posses, varias et quasdam invalidas rationes

---

[3] *Extant hæ litteræ in* Illustr. viror. ad Reuchl. epp. Hagenoæ 1519. 4°. pagg. q...qii, *sic inscriptæ:* Decanus cæterique professores facultatis Theologicæ, Gñalis studii Coloniensis Imperialium Legum Doctori, DN. Iohanni Reuchlin Sueuorum Confœderationis Iudici, moranti Stutgardiæ, sibi venerando atqȝ dilecto Salutem, & spiritum intelligentiæ sanum. Fuit *et c.* [7] tractatus] libellus *2.* [8] nomini *2.* [9] examinandumqȝ *2.* [10] cõchristiano nr̃o *2.* [13] libello *2.* [18] hic illicqȝ occurrere *2.* [20] urentes urticas aut *omis. 2.* [26] inprimis *omis. 2.* [30] faciunt — scripserunt *2.* [32] quasdam] quidem *2.*

Digitized by Google

aranearum telis fragiliores adduxisti, auctoritates quoque diversas scripturę sacrę et sacrorum doctorum renitentes ad sensum quem tu volebas contorsisti, Nonnullas etiam propositiones male sonantes et piarum christifidelium aurium offensivas hinc inde interseruisti, quo suspectum te reddis quasi non caste, pure et sinceriter ut oportet de fide, de scripturis sacris, de ecclesiasticis tractatoribus sentias. Quod nos vehementer et plus quam dici potest dolemus utputa conmembro nostro infirmato pro Christiana pietate condolentes Nam teste apostolo omnes unum corpus sumus quotquot in Christo baptizati sumus. Ne ergo malum hoc latius in alios serperet Neque in eo tu computresceres, nec perfidi Iudęi in immensum gloriarentur: Mature deliberavimus de modo quo per nos et alios quorum id maxime interest huic malo occurreretur. verum nunc paucis exactis diebus venerandi (B1b) *magistri nostri || Arnoldus de Tungeri et Conradus Kolin confratres nostri nobis quasdam litteras ex te ad se datas ostenderunt et legerunt, quibus revera non parum fuimus exhilerati, quod illis infirmitatem tuam et improvidum errorem humiliter ac catholice fatebaris, rogando eosdem quatenus te nostro collegio commendarent ac singula in partem benigniorem coram nobis interpretarentur. Quod et ipsi diligenter cum magna charitate (quemadmodum petisti) facere curaverunt. Effecerunt quoque his litteris, ut te catholicum ecclesię verum et obedientem filium reputamus et reputabimus, si quod vulgo male sparsisti, recolligere studeas, et lapides tollere, quo alii in via dei sunt offensi, sicut in Hieremia scriptum est, tollite de via lapides. verum quia te scripsisti non meminisse ubi nam scandali occasionem prestitisses aut scripturas exposuisses aliter quam patiatur intellectus ecclesię, Idcirco his nostris litteris indicem implicatum miltimus, in quo annotatę sunt propositiones et allegationes sparsim per te ex scriptura sacra et ex utroque etiam iure impertinenter allatę, super quibus (ut nobis visum est) in apologetico tuo, quod latine scriptum consultationi tuę iunxisti, non satis pro fidei tuę synceritate te expurgasti. Super his ergo petimus ut per tua scripta nos latius mentem tuam develando informes aut exemplo humilis et sapientis Augustini palinodiam cantando retractes. hęc enim est ingenua et vere christiana cum charitate severitas, corrigere ulque emendare opus quod improvida et male circumspecta festinantia struxit, quatenus integritatem in te suam fides incontaminata custodiat. Vale. Anno .M.D.XII. secunda Ianuarii.*

---

[2] scripturæ sacræ, & utriusqȝ iuris renit. 2. [3] positiones 2. [11] mō p q̄ 1. modo quo per 2. [13] Tungari necnon Frater Conradus de Vlma, sacrarum literarum professores eximii nobis 2. [15] exhilarati 2. [19] Effeceruntqȝ ut 2. [21] male] incaute 2. [22] quo] quibus 2. [23] speciatim *ante* scandali 2. [25] literis his nostris illorum ind. 2. [29] NON SATIS 2. [30] . Quare petimus 2. [33] emendare aut etiam destruere op. 2. [34] struxit. Nam sic (ut verbis tuis utamur) inte-

Digitized by Google

¶ *Ex his litteris potest unusquisque amator veritatis funditus percipere, quod laudabilis universitas Coloniensis (in quo tot egregii et honesti et benedocti viri sunt) non fuerit inclinata Ioannem Reuchlin lędere aut honorem eius carpere, sed solummodo superfluam maliciam christianę ecclesię extinguere et ab hominibus tollere .etc. Nunc si Reuchlin ita fecisset quemadmodum scripserat se facturum, tunc in hunc usque diem nihil de hac causa sciretur, fuissetque penitus extincta. Verum Reuchlin pertinax effectus pro suis peccatis nullum volebat pati dolorem: etiam diabolus superbiam suam deponere || nolebat nec dicere potuit 'domine miserere mei, Erravi et iniuste feci', quemadmodum Regius propheta et divus Augustinus fecerunt. Sed Reuchlin tandem astucia sua effinxit in consultationem suam et etiam in suas antiquas declarationes alias novas et theutonicas interpretationes, quibus nomen dedit 'Clara ocularis speculi declaratio' ad obtinendam in mundo illam, credens se nova illa theutonica declaratione voluntati doctorum et scandalo publico satisfacere potuisse. Sed hoc quam omnino puerile esset et vanum nemo bonus ignorabit.* S

Nota lector.

¶ *Ad hoc igitur declarandum fuit sępe admonitus Ioannes Reuchlin a nostris, et id quidem piissime, ut illius ad nostros et nostrorum ad illum epistolę testantur, ut tandem beatum Augustinum sequendo errores suos legitimis et apertis et sufficientibus declarationibus revocaret. Quod cum se facere velle callidius promisisset, edidit theutonicas declarationes cum aliquot invectivis parum aut nihil a latinis antea impressas discrepantes. Hoc ergo ubi doctores nostri considerarunt, et nihil ab eo prędter verba ac illusionem acciperent, iustissima occasione contra eum habita, publice contra eum scripserunt. et id quidem non solum doctores ipsi Colonienses, verum et alii plerique diversarum universitatum doctissimi celeberrimique viri, ut postea sequetur. Hanc igitur ob causam serenissimus ipse imperator, gratiosissimus noster dominus et supremus defensor Christianitatis ex innata charitate et devotione quam erga fidem christianam habet, publicum mandatum contra Ioannem Reuchlin emisit, sonans de verbo ad verbum hoc modo.*

¶ *Mandatum contra speculum oculare Ioannis Reuchlin ad arestandum et deponendum in locis ad ulteriorem commissionem.*

Nos Maximilianus dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanię, Hungarię Dalmacię et Croacię .et c. Rex, Archidux

---

gritatem in te suam fides incontaminata custodiet, illuminante te Christo, qui ad ædificationem aliorum te sanum et incolumem servet. Vale. Ex Colonia, nostri Decanatus sub sigillo, die secunda, Mensis Ianuarii. Anno domini M.D.XII. 2.

22 impressas (*non* impressis) *1.* 32 Germanice in Pfefferkorni Brantspiegell p. ℨ ii sq. et in *Beschyrmung Iohannes Pfefferkorn* fol. rrrii^{b}. rrriii.

Digitized by Google

Austrię, dux Burgun||die et Brabantię et Comes palatinus .et c. optamus sive nunciamus omnibus imperii electoribus, principibus tam ecclesiasticis quam sęcularibus, prelatis, Comitibus, liberis dominis, Equitibus auratis .et c. Capitaneis, Schultetis, Consulibus, Senatoribus, Civibus, communitati et omnibus reliquis nostris et imperii subditis ac fidis, in quacunque dignitate statuve sunt, et presertim consulibus et senatui Franckfordiensi, et quibus hę nostrę litterę indicantur, nostram gratiam et omne bonum. Venerabiles, illustres, chari nepotes, electores imperii, principes, nobiles, honesti, devoti et chari nobisque fidi. Nobis compertum est Ioannem Reuchlin legum doctorem, aliquos libellos composuisse, impressisse ac publice vendidisse, atque emisisse, in quibus ipse inter reliquos valde multos articulos expressit, qui iudaicorum librorum negocio utiles et nostrę christianę fidei in contumeliam esse possent, propter quos Iudęi non solum in sua obstinata cęcitate roborarentur, sed etiam multi Christiani simplices perverterentur. In hoc nobis tanquam Romano Imperatori ac supremo capiti et defensori Christianitatis prospicere convenit, Mandamus igitur vobis omnibus et unicuique vestrum sub pena amissionis gratię nostrę, districte mandantes ac etiam volentes quod vos prenominatos libros Ioannis Reuchlin ubique in vestris provinciis, civitatibus et ducatibus, vendere aut emittere nequaquam permittatis, Sed eos ad manus vestras per arrestationem recipiatis, et id quidem per cautionem nostrę penę. In hoc expletis nostram synceram demandationem. Datum Colonię septimo die mensis Octobris Anno .et c.

Per Regem pro.
ad mandatum dñi Imperatoris.
Serenteiner.

¶ *Nunc postquam mandatum tale contra Ioannem Reuchlin exauditum est et se nullo pacto excusare posset, Itemque cum videret excellentissimum doctorem magistrum nostrum dominum Arnoldum de Tungari ex mandato legitime et sancte contra eum scripsisse, sicut iam prenarratum est, accepit ad se alios septem immundos spiritus eos commovens adversus universitates et inprimis contra venerabilem, devotum et apprime doctum virum magistrum Arnoldum de Tungari, precipuum amatorem veritatis, de quo etiam ||* Aij *Ioannes Reuchlin sepissime omnis excellentię in suis litteris testimonium dedit, se ei per omnem obedientiam submittens. Sed diabolus quia mendax est et omnem pertinaciam insibilat omnemque maliciam, libellum quendam famosum, bonarum aurium offensivum, suam videlicet impudentissimam defensionem, de novo ipse edidit et ad nundinas civitatis Franckfordiensis ut venderetur emisit. propter quod Iudęi maxime lętabantur, dicentes, quod deus nunquam deseruisset eos in suis tribulationibus Quemadmodum plebanus Franckfordiensis ad magistrum Arnoldum de Tungari*

Digitized by Google

scripsit, quo pacto Iudęi ex libris Reuchlinianis deteriores essent facti. quę litterę sic sonant.

¶ *Post devotam sui recommendationem .S.P.D. Venerabilis et Egregie domine doctor. binas litteras .V. D. pridie per magistrum Georgium de Nurnberga accepi, unas quibus significat dominatio vestra quid de libello Reuchlin actum sit et gaudeo vehementer esse viros bonos pro veritatis defensione decertantes, ne impii Iudęi de nostra religione risum decetero ut hactenus fecerunt moveant Quia manifeste nobiscum dixerunt quod dominus nunquam dereliquerit eos, sed semper novos mittat defensores. Alterę litterę erant copię litterarum Reuchlins, in quibus satis se humiliat. utinam hoc antea fecisset, priusquam virus hoc in religionem et curiosos christianos effudisset .et c. Valete meque ut vestrum diligite. Datum Franckfordię in die Scholasticę virginis .Anno .et c. duodecimo.*

Petrus meyer Francfordensium plebanus.

¶ *Verumenimvero, quia Ioannes Reuchlin ultra mandatum imperatorium (ut ante dictum est) novum libellum famosum edidit in malum exemplum omnium hominum (cui est nomen defensio) sed potius offensio, Cęsarea maiestas iuste provocata secunda vice, alterum mandatum emisit per totum imperium contra Ioannis Reuchlin viciosos libros, hoc est contra oculare speculum et ipsius defensionem iniustam sic sonans.*

¶ *Nos Maximilianus .et c. optamus et nunciamus omnibus et singulis imperii electoribus, principibus tam ecclesiasticis quam sęcularibus, prętatis, Comitibus, liberis dominis, Equitibus auratis, Capitaneis, consulibus .et c. || Omnibus etiam aliis nobis et imperio nostro subditis cuiuscumque status* Gij[b] *aut conditionis existentibus, quibus hę nostrę imperiales litterę aut copię fideles exhibitę, lectę, aut pronunciatę fuerint .et c. nostram gratiam et omne bonum. Venerabiles, illustres, chari nepotes, electores imperii, principes, nobiles, honesti, devoti nobisque fidi. Sicuti nos tempore exacto in honorem et laudem omnipotentis dei, etiam sustentationem nostrę sacrę fidei, ipsis Iudęis in imperio nostro existentibus, eorum Thalmud et alios libros, quibus contra fidem christianam et sua pręcepta utuntur, et per hoc in ulteriorem errorem deveniunt, tollere decrevimus, Et propterea aliquos libros videre et auferre permisimus, Itemque cum nunc propter nostra imperiique nostri negotia ingentia in hoc ad tempus quiescendum duximus, volentes tamen cum tempore in hoc negocio ulterius tractare, facti nunc sumus certiores, quomodo Ioannes Reuchlin legum doctor, singulariter iterum et nuper emiserit et imprimi publice fecerit libellum quendam, in quo ipse totam facultatem theologicam universitatis Coloniensis, et honestum no-*

[21] Extat Germanice in Pfefferkorni *Sturm-Glock* pag. a iij sq. et in *Beschyrmung* fol. rrriiij. sq. [37] impmi *1.*

Digitized by Google

bisque devotum virum Arnoldum de Tungari sacrę scripturę doctorem quam turpissime carpat et infamet. Cum igitur talis libellus famosus nostro proposito sit contrarius et communis plebecula deterior efficiatur, huius causa nobis tanquam Romano Imperatori, supremo capiti et protectori ecclesię christianę diligenter prospiciendum est. Quare mandamus vobis omnibus et prȩsertim nostris charis nepotibus et electoribus imperii, Archiepiscopis Moguntino, Coloniensi et Treverensi, etiam hęreticę pravitatis inquisitoribus, ut vos tales prętactos libros quos Ioannes Reuchlin in causis Iudęorum edidit, in vestris provinciis, civitatibus e medio tollatis et supprimere facialis, nec eos vendi aut emi permittatis, et id per penam nostram ad hoc reservatam, vestris etiam mandando ut huiusmodi libri supprimantur, ita ut illis eisdem libris nemo peior efficiatur aut infametur. In hoc synceriter facietis nostram voluntatem. Datum in Confluentia. nono die mensis Iulii. Anno .et c.

Per Regem. pro.
Ad mandatum Cęsarię maiestatis proprium.
Gabriel vogt. ||

Biij

Nota Primo.

¶ *O tu Christiane qui conscientiam habes, intuere obsecro veritatem, et noli levibus caligantis Fumuli scriptis inverti deque gradu sapientię in sentinam stulticię deiici. Noli inquam obliquis ac plane falsis Reuchlinistarum persuasionibus in scylłeos scopulos, inque cęcitatis involucra et in perplexas labyrinthi ambages detrudi. Nonne ex his duobus prȩcedentibus mandatis satis superque liquet, serenissimum nostrum imperatorem nunquam Ioanni Reuchlin demandasse, ut vel hęresim in sua consultatione scriberet, vel scandala, invectivas, opprobria, falsitates, iniurias, blasphemiam, contumelias ac mille tandem mendacia aut plura fortasse, in sua (ut ipse ait) defensione, turpiter nimisque impudenter, nullis etiam prȩcedentibus demeritis (modo rem ipsam rite libremus) effutiret? Quippe si talia Cęsarea Maiestas (quod absit) imperasset, nunquam postea inhibuisset. Quod quam sit verum nemo est omnium qui non videt. Verum de his et aliis pluribus ineptiis atque mendaciis latius infra sub breviloquio dicemus.*

Nota Secundo.

¶ *Ego Ioannes Pepericornus scripsi statim supra me vero verius probaturum, ipsum scilicet Ioannem Reuchlin nostrum calumniatorem suas hęreticas pravitates stygiosque suos errores a nostris doctoribus (id quod in hunc usque diem Reuchlinistę ipsi falso negarunt) per litteras in schedulis recepisse. Hoc enim et si ex epistola universitatis nostrę ad ipsum missa et hic pauloante ad oculum posita satis liqueat, tamen in veritatis*

Digitized by Google

confirmationem, et maxime ut nodus nodo vinciatur, afferre in medium libuit, quę in epistola sua ad primas theologicę facultatis litteras, sexto kal'. Fe. Anno. M.D.XII. ex Stutgardia nostris doctoribus scripserit. Sunt igitur hęc ipsius verba.

¶ *Cupitis primum de me experiri, sim ne desertor an amator veritatis catholicę Quare propositiones quasdam ex meo consilio de cremandis Iudęorum libris dato, quę vobis frivolę, scandalosę et minus bene sonantes videantur, excepi earumque exemplum ad me vestris cum litteris transmisistis, || desyderantes ut post declarationes, prius a me simul cum con-* Giij
silio meo editas, latius mentem meam revelando vestras dominationes informem, quia non satis pro fidei mei synceritate (secundum quod vobis visum sit) me expurgaverim Ubi profecto latere non potest, sed seipsam plane ostendit ingens virtus humilitatis vestrę, qui ut unanimes idem ipsum sentiamus, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam in vera qui-
dem humilitate a me poscitis ulteriorem declarationem sive informationem, ut litterę vestrę sonant. Ego vero agnoscens ingenii mei tenuitatem, quod sentio quam sit exiguum, explicare theologicas subtilitates, mihi tanquam laico et quidem digamo temere non arrogavero Cui explicationes fidei et singulares eius decisiones recte licebit sine culpa ignorare. Defero autem
omnem huiusmodi honorem excellentissimę facultati vestrę, paratus nunc et semper ubicumque erraverim benigne potius corrigi in misericordia a iusto quam ut caput meum impinguet oleum peccatoris .et c.

Hęc ille. Ex istis verbis (charissimi mei) satis patet adversarium nostrum suos errores a nostris recepisse, et ob idipsum Reuchlinistas plerosque in hunc usque diem satis misere per devia et scienter quod peius est aberrasse.

Nota Tertio.

¶ *Ex verbis precedentibus Ioannis Reuchlin multa etiam pręter id quod volui considerantur. Primo quod fatetur consilium suum una cum declarationibus (ut supra dictum est) in lucem venisse. Secundo quod grato accepit animo, nostris (ut ipsi scripserunt) se minus per suas elucidationes satisfecisse, cum tamen postea in sua offensione ob hanc eandem rationem plurimum blasphemet atque indignetur. Tertio dicit quod nostri doctores nihil (sicuti verum est) per contentionem aut per inanem gloriam quęsierint .et c. Hisce suis et aliis verbis quantum in sua tandem offensione inconstanter contradixerit, pauci admodum sunt qui idipsum*

---

[2] *Extat epist. in* Illustr. viror. epp. ad Reuchl. Haganoæ 1519. 4°. *fol.* q iij *sq. inscripta* Ioan. Reuchlin Phorceñ. LL. Doctor, Celeberrimæ Facultati Theologiæ Colonienſi. S. D. P. [5] Cf. supra pag. Giij[b]. [8] excepistis 2. [11] meæ 2. [15] declar. sive *om.* 2. [17] THEOLOGICAS SVBTILITATES 2.

Digitized by Google

ignorent, Reliqua igitur quę supersunt et ex pręcedentibus adversarii, aut in Christo potius amici verbis capi possunt, optimo cuique discutienda relinquo.

Nota Quarto. ||

(94) ¶ *Posset hoc loco Reuchlinistarum mihi aliquis obiectare Noster fortasse Capnion latiores adhuc informationes ab universitate tua sibi mitti desideravit. Quid obsecro tot ac tantis informationibus ultro citroque opus esse potuit, ubi antea (ut statim ipse confessus est) suas edidisset in oculare speculum declarationes, et postea theutonicas, sub eadem pęne forma (ut supra memoratum est) edendo nihil ad rem fecerit, quin potius nostris illuserit? Qualis est ille doctor aut potius (ut mihi temperem) seductor, qui duplices in sua scripta declarationes scribendo diversarum universitatum doctoribus pro fidei synceritate ac puritate satisfacere non potest? Nunquid aliis universitatibus ac consultoribus commentariis declarationibusve est ullis opus? Minime inquam, Syncere etenim et catholice scripserunt.* ¶ *Itemque si latiorem adhuc declarationem supra quam oportuit habere voluisset, debuisset tandem et ab Erphordensibus et a Moguntinis et a tribus potissimum illis (de quibus ante dictum est) clarissimis viris sibique finitimis suorum errorum latibula quęsisse.*

Nota Quinto.

¶ *Nunc autem quia de informationibus loquimur, quas a nostris doctoribus nimis superabundanter expostulavit, consideremus oportet ipsius hominis inscitiam. Nosse enim debuit, publicam sibi dumtaxat revocationem, et nihil aliud, tum ad honorem Ihesu christi tum ad fidei augmentum, tum ad ecclesię firmitatem omniumque christifidelium salutem restare, Illa etenim vera atque omnibus sufficiens declaratio fuisset: Nam quid necesse erat illi ut tam curiose tamque arroganter in orthodoxę fidei negocio scriberet, ut nunc sit Sibylla opus interprete? Non emeritus miles sed tyro sępiuscule redarguendus. Quid capularis senex et qui doctissimum se haberi vult tantas suorum scriptorum ab aliis declarationes expostulabit? Ridicula me hercule res est ac penitus detestanda. voluit fortasse ad longum Platonis annum et ad kalendas gręcas informari, ut sic longo annorum discursu evoluto in sua ipse hęresi aut opinione prava (citra*
(94b) *tamen sui nominis notam)* || *permaneret et absque condigna correctione immunis evaderet.* ¶ *Ceterum quid in omnibus suis scriptis facit amicus noster? Lupum in periculis ęmulatur, qui in fossam incaute lapsus, quo magis exitum unguibus scalpendo parat, eo magis et os et oculos stercoribus opplet. Nullis igitur ambagibus, nullis contentionibus, nullis invectivis, nullo mendacio, nullo colore, nulla tandem eloquentia sese his rationibus exolvet. sed homo infamis (nisi novum virum induat) in ęternum permanebit.*

Digitized by Google

Sequitur historia
Nam reliqua latius infra dicentur.

¶ *Quamquam Archiepiscopi et hęreticę pravitatis inquisitor duplices illos scandalosos libros, hoc est et oculare speculum et defensionem ipsius Ioannis Reuchlin iuxta commissionem et mandatum Cęsareę maiestatis tollere et supprimere evestigio licite potuissent, tamen ne Ioannes Reuchlin posset interloqui aut conqueri (quemadmodum a principio huius negocii in hunc usque diem fecit) sic hęreticę pravitatis inquisitor ex commissione Archipręsulum scandalosos libros Ioannis Reuchlin non solum in universitate Coloniensi visendos doctoribus prębuit, verumetiam in aliis universitatibus omni honore et laude dignis, videlicet Lovaniensi, Erphordensi, Moguntinensi, qui simul cum Coloniensibus libros illos examinaverunt et ad unguem perpendentes suis sententiis doctrinalibus quid de illis agi potissimum debeat deciderunt et sancte determinaverunt, quemadmodum nunc de verbo ad verbum legi potest.*

¶ *Sententia venerabilis et laudabilis universitatis Lovaniensis facultatis Theologię contra speculum oculare Ioannis Reuchlin igne comburendum pronunciata.*

¶ *Decanus totaque facultas sacrę theologię universitatis studii Lovaniensis universis et singulis has nostras litteras visuris, vel cum legentur audituris, Salutem. Quamquam quilibet Christianus vero ac recto catholicę fidei amore fervens || paratissimus esse debeat ut hęreses, errores doctrinasque pravas contra sanctam fidem obortas pro sui ingenii modo extirpet atque eliminet, Maximę tamen et specialiter sacrę theologię professorum est provincia, ut ostendant, declarent et per modum doctrinę definiant quę assertio hęretica, quę erronea, quę postremo in fide suspecta censeri debeat, ut parati sint rationem reddere de ea quę in Christianis est fide, ne filii tenebrarum plus quam oporteat sapientes, in simplicium mentibus catholicę fidei lumen vel obscurent vel extinguant. Nuper itaque venerabilis ac pręclarus dominus et magister noster Iacobus de Hochstraten, religiosus ordinis prędicatorum, artium et sacrę theologię professor eximius, necnon hęreticę pravitatis inquisitor, libellum quendam ad nos attulit sedecim folia continentem, quem et ipse prius et venerabilis decanus totaque sacra theologica facultas almę universitatis Coloniensis per litteras petierunt per nos legi et visitari et an recta ac integra per omnia essent quę continerət censeri.* ¶ *Nos vero volentes libenter tam sanctam provinciam obire, volentes item pręmemoratę facultati in quibus possumus grati-*

12 qui *sic l.* 16 Hæc sententia ut sequentes quattuor ex Prenotamentis repetitæ sunt a Peperic. 34 sedecim] *Coloniensibus* viginti *proposita.* cf. p. 135. v. 9. 24.

Digitized by Google

ficari, idque pro veteri inter nos prędecessoresque nostros atque eos singulari necessitudine libellum prędominatum per singula folia notarii nostri manu subsignatum, quibusdam ex confratribus nostris visitandum, legendum examinandumque commisimus et deinde ipsi quoque omnes una eodem in loco congregati, qua potuimus vigilantia visitavimus et relegimus, singula diligenti examine perpendentes. Quod quidem cum faceremus, unicorditer censuimus, libellum ipsum variis erroribus et assertionibus in fide non parum suspectis passim esse respersum et inprimis pertinaci Iudęorum perfidię consentanea continere. Ideoque concorditer unanimique suffragio, matura deliberatione prędvia, iudicavimus libellum non solum esse reiiciendum ac reprobandum, ipsiusque usum omnibus inhibendum, verumetiam totum igni exurendum, ut errorum ipsius nulla radix exstet, unde eidem denuo pullulare possint. In horum autem testimonium curavimus hanc nostram sententiam seu conclusionem per notarium nostrum libello prędicto ascribi, ac eidem Sigillum quo in similibus utimur per cordulam appendi. Datum Lovanii. Anno dñi. M.D.XIII. Mensis Iulii XXVIII. memorato sigillo nostro in testimonium prędmissorum his appenso. ‖

3b

¶ *Sententia facultatis theologicę studii Coloniensis contra speculum oculare Ioannis Reuchlin igne comburendum pronunciata.*

¶ *Universis et singulis prędsentes litteras nostras visuris, lecturis vel audituris. Decanus facultatis sacrę theologię insignis universitatis studii Coloniensis ceterique doctores et magistri in eadem facultate actu regentes obsequiosam recommendationem ac salutem in domino. Tametsi universaliter quivis vere Christianus ex fidei catholicę zelo et christi Iesu domini nostri charitate etiam ad sanguinem usque in cordis synceritate operis effectualiter exhibitione et vitę corporalis dispendio inimicis ac corruptoribus fidei sacrosanctę resistere debeat et reluctari, prędcipue tamen sacrę theologię professoribus, eloquiorum divinorum tractatoribus negocium huiuscemodi incumbit, quatenus armatura dei induti, lumbos charitatis et veritatis prędcincti, lorica iusticię circundati, scuto fidei armati, galea salutis cooperti et bicipiti vibrantique gladio verbi dei muniti, ad reserandum veteris legis typum, et evangelicę veritatis misterium inveniantur idonei et ad resistendum omni adversę potestati parati Quatenus Christi salvatoris nostri et orthodoxę fidei inimicorum ęmulatorum atque pseudodoctorum molimina, errores atque suspectas doctrinas ab area ecclesię doctrinaliter definiendo valeant extirpare.* ¶ *Quo circa dum dudum libellus quidam (cui titulus speculi ocularis inscribitur) nobis oblatus et ad examinandum traditus*

---

[32] reſarandum *l.* referendum *est in Ortwini Prędnotamentis.*

Digitized by Google

fuisset, in quo de Thalmud et quibusdam aliis Iudęorum libris non cremandis agebatur, eundemque tunc multipliciter suspectum habuissemus et Iudaicę perfidię inordinate faventem, fuimus tamen nuper denuo per Egregium venerandumque patrem et dominum magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten, religiosum ordinis prędicatorum, Artium et sacrę theologię eximium professorem, necnon hęreticę pravitatis inquisitorem, propter nonnulla imperialia ceterorumque Archipręsulum mandata, ipsum (ut asserebat) urgentia legitime requisiti, quatenus eundem libellum quem in vernacula lingua impressum in se viginti folia continentem denuo nobis obtulit rursum legere et visitare dignaremur Et an talis habendus esset qualem illum publica fama et prędata mandata viderentur reputare. Nos igitur intuitu dei || et catholicę fidei benigne hoc onus suscipientes, volentesque Jij *etiam causis supranominati inquisitoris pro nostro debito non deesse, prędenominatum libellum certis ex confratribus nostris et magistris iterum revisendum diligentiusque legendum ac examinandum commisimus. Post quorum iudicium et diligentissimum examen facultaliter ad nos reproductum Omnes et singuli sub debito prędstiti iuramenti in eodem loco congregati diligentia nobis possibili simul singula perlustravimus, matureque omnia perpendentes tractavimus Et cum hoc faceremus concorditer censuimus et deliberavimus libellum ipsum pias aures christifidelium et maxime simplicium graviter offendere, multos quoque et varios articulos in fide plurimum suspectos et scandalosos, hęresim quoque sapientes et Iudęorum inprimis perfidię consentaneos continere. Quapropter unanimi consensu, matura deliberatione prędvia, iudicavimus prędfatum libellum viginti foliorum per singula folia notarii nostri manu subsignatum, non modo supprimendum aut de manibus christifidelium tollendum, usumque eius inhibendum, verumetiam flammis tradendum et igni cremandum esse, ne eius aliquatenus memoria remaneat, quo aliquando in futurum ex eo possit error aut scandalum repullulare. in quorum prędmissorum omnium et singulorum fidem, robur et evidens testimonium hanc nostram conclusionem et sententiam catholicam per notarium nostrum publicum illi libello (ut prędfertur) nobis prędsentato ascribi fecimus Necnon sigillum facultatis nostrę prędmemoratę eidem per cordulam sericeam appendi. Datum et actum Colonię in publica nostrę sacrę theologicę facultatis congregatione In insigni Conventu fratrum minorum habita Anno salvatoris dñi nostri Iesu christi. M.D.XIII. die .XVI. mens. Augu.*

9.24 viginti] *Lovanienses* sedecim *tantum habebant* (cf. p. 133. v. 34.), *totidem Parisienses* (cf. p. 141. v. 14.), *Erphordenses* undeviginti (cf. p. 136. v. 15.)

Digitized by Google

¶ *Sententia honorandę facultatis theologicę universitatis Erphordensis pronunciata contra speculum oculare ab Ioanne Reuchlin editum, supprimendum et e mundo auferendum, cum tali annexo ut nulla glossemata nullęque declarationes (id quod notatu dignissimum est) illud seu illum salvare possint.*

¶ *Quandoquidem omnium est et eorum maxime qui sacrosanctę theo-*
Jij[b] *sophię professioni sacramento sese constrinxerunt, fidei veritati,* || *ubi in periculo versari videtur, fidele perhibere testimonium Nos Hermannus Serges de Dorsten artium et sacrę theologię professor, decanus ceterique magistri modo in studio generali ac universali Erphordensi Theologicam facultatem repręsentantes per venerabilem et religiosum patrem artium et sacrę theologię professorem eximium ordinis fratrum prędicatorum Conventus Coloniensis, patrem Bernhardum de Lutzenburgo requisiti, quo libellum quendam decem et novem chartarum de erroribus falsis, impiis, male sonantibus, ac hęreticis propositionibus multorum opinione suspectum revideremus, examinaremusque, necnon et nostra de illo pro illibatę orthodoxęque fidei attestatione et scandali amotione aperiremus sententiam, sentimentumque panderemus iuxta professionis nostrę debitum et charitatis legem refragari votis nephas duximus. Quum itaque iamdudum iuxta Cęsareę Maiestatis commissionem per Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Urielem Archipręsulem Moguntinum sacri imperii per Germaniam Archicancellarium ac principem electorem, dominum nostrum gratiosissimum et ordinarium, super dubio de libris Iudęorum comburendis nec ne discutiendo nobis exhibitam, veluti obedientię filii prout nobis visum fuerat sub solita protestatione responderemus Cęsaream maiestatem ac ita quemvis alium principem per terminos sui dominii teneri, nedum decere ut a Iudęis libros falsitate ac blasphemiis christiani nominis notatos, quibus in sui perniciem educantur et quasi ab uberibus odium in Christi salvatoris nostri nomen sugunt, quicunque illi sint, prorsus tollat, prout et retroactis sęculis ab utriusque status principibus non semel factitatum litteris proditum legimus, quemadmodum plenius in nostra consultatione continetur, quo etiam votis Reverendi patris memorati totiusque venerandi collegii excellentissimorum doctorum theologicę facultatis studii Coloniensis confratrum atque faulorum nostrorum in ęvum colendorum pro quorum parte requirimur morem gereremus, Cum primis libellum eundem de manu publici Notarii, a facie et dorso singularum chartarum consignari iussimus, atque quoad potuimus, revidimus, examinavimus et diligenter perspeximus, invenimusque auctorem ipsius alioquin singularis ac prędeminentis eruditionis virum doctissimum, triplicis linguę hebraicę, gręcanicę,*
Jiij *atque latinę, peri*||*tissimum celebri fama de vitę ac morum integritate nobis multipliciter commendatum, et prout commendabilis sua testatur protestatio,*

Digitized by Google

quam consultationi suę et prępmisit et subnexuit, bonum ac catholicum christianum, se suaque Romanę ecclesię determinationi humillime subiicientem, forensium philosophorumque more liberis verbis usum, nec ad divi Augustini pręceptionem certam loquendi regulam quę Theologum et de fidei misteriis ad intelligendum difficillimis verba facturum deceret undique observasse, et quum superioris ac ordinarii sui auctoritate requisitus, non sua sponte sese ingesserit, nec per modum determinationis in publicum, sed consultationis ad principem clementissimum conceptum suum sub Sigilli decreto emisisset, minus extimuit seu prędidit, quempiam ex dictis suis errandi sumpturum occasionem, aut scandalisatum iri. ¶ *Quapropter quum ex verbis incaute prolatis sępe error oriatur et hęresis, et libellus memoratus non undiquaque satis digestus sobriusque et adamussim libratus appareat, quod minus pertinenter nonnunquam sacra citentur eulogia, minusque reverenter ecclesiasticorum quam hebraicorum doctorum fiat memoria, ac nimis generales et universales in eo nonnullę continentur propositiones, ex quibus etsi citra auctoris intentionem falsa ac hęretica elici deducique possent dogmata, simplices Christiani scandalizari, perfidi Iudęi in cęcitate sua confortari, aliaque christianę nostrę religioni evenire incommoda: iudicamus sępe fatum libellum (citra tamen auctoris sui notam ac ignominiam, ne regis Idumęę ossa in cineres usque consumantur) supprimendum, tollendum, e medio delendum, ac communi hominum simplicium maxime et eorum quorum posset esset offensivus, usui prorsus intercidendum, minime obstante, quod universa ipsius dicta glosas aut expositiones aliquas, vel sensus logicales veros habere possint aut de vi grammaticę vel logicę aliquam recipere defensionem, aut si seorsum ponerentur, ad sensum aliquem possent trahi verum. In quorum fidem, robur ac evidens testimonium duximus has nostras litteras patentes Sigilli nostrę facultatis appensione muniendas. Actum Erphordię in congregatione nostra. Anno gratię M.D.XIII. die vero tertia mensis Septembris, de mandato dominorum decani ceterorumque magistrorum facultatis Theologicę studii Erphordensis.*

Hammannus fruoff notarius subscripsit. ||

¶ *Sententia facultatis theologicę studii Moguntini pronunciata contra Speculum oculare Ioannis Reuchlin e medio tollendum.* Jiij[b]

¶ *Universis et singulis prępsentes nostras inspecturis vel audituris Nos decanus ordinarius, ceterique theologicę professionis magistri et doctores universalis gymnasii Moguntini in noticiam deduci volumus prępsentium tenore. nos veluti sacrę Theologię et veritatis professores pro orthodoxę fidei tuitione ac defensione requisiti quendam libellum vernacula lingua editum per Ioannem Reuchlin sacrarum legum doctorem uti prenotatur congestum,*

---

[8] decreto (*non* secreto) *1. et Prenotamenta.* [38] Thcoſophie *Prenott.*

Digitized by Google

ac speculum oculare nuncupatum diligenti auspicio legeremus, singulasque sententias in eodem libello positas veritatis quasi libra pensaremus Nos itaque uti decet verę fidei catholicę et christianę veritatis professores summo studio ardentique affectu ea quę Christi sunt amplexantes, prędictum libellum diligentissima qua potuimus lucubratione conspeximus iterum atque iterum vidimus ac legimus, complures (heu dolenter scribimus) in eodem dicto libello sententias deprehendimus piarum aurium offensivas aut parvulorum scandalum illativas, sacrorum doctorum irreverentiam evomativas, iudaicę perfidię favores nutritivas, vel etiam de hęresi suspectas. Quia tamen prędictus doctor Ioannes Reuchlin in calce dicti libelli protestatus est nihil aliud velle sapere aut sentire, prędterquam christianum deceat virum, submittens sese ac scripta sua determinationi ecclesię, ideoque quantum huic protestationi actum contrarium non fecerit, honorem famamque viro servamus, matura quoque deliberatione prędhabita, libellum dictum unanimiter doctrinali more tollendum, hominum usui prohibendum atque damnandum iudicamus. Datum Mogun. Anno dñi .M.D.XIII. die vero Iovis mensis Octobris .XIII. nostręque professionis sigilli sub appensione. De mandato venerabilis et eximii dñi Theol. facul. decani et ordi.

Io. fritz Notarius et bedellus subscripsit.

¶ *His actis, Iuxta commissionem imperatoris et sententias universitatum ut antea demonstratum est: hęreticę pravitatis magistri per consen-*
(34) *sum Archiepiscoporum et iuxta iuramentum || sacrosanctę sedi apostolicę prędstitum, libellum Ioanis Reuchlin corripiendum assumpserunt Et in medio huius negocii Reuchlin per suas calliditates et dolos extreme per fas et nefas laboravit ad christianam veritatem impediendam, etiam ut hęc causa prolongaretur. Atqui non perpendens animo bonus hic vir quid ex suis suspensionibus, impedimentis, dissuasionibus, vafriciis et vaniloquentia omnibus christifidelibus mali accidere posset, Et sic a sede apostolica (velut per apparentiam boni) commissionem Spirę, etiam aliquos iudices iuxta suam voluntatem impetravit, in sua narratione proponens, quasi universitas Coloniensis ac hęreticę pravitatis magister hoc ex invidia fecissent, id quod in se falsissimum est, cum nullam antea controversiam cum eo unquam habuerint, sicut epistolę etiam ipsius ad nos frequenter missę luce clarius testantur, et sicut etiam sententia Erphordensium satis liquido ostendit, qui cum singulari quadam recommendatione illum extollerent, in fine tamen ob veritatis amorem gravissime condemnarunt. Ceterum omnia hęc, hoc est ipsius ex urbe Roma commissionem minus iuste, immo iniustissime acquisitam hęreticę pravitatis magister non curavit Sed ex commissione Cęsareę maiestatis, et sententia universitatum cum appositione manus Archiepiscopi Coloniensis Speculum oculare Ioannis Reuchlin iudicialiter Colonię ablatum perpetuis diebus condemnatum publice tandem in*

Digitized by Google

ecclesia sancti Andreę comburi iussit, sicuti sententia sequens de verbo ad verbum idipsum attestatur.

Sententia Alterius hęreticę pravitatis inquisitoris contra speculum oculare Ioannis Reuchlin.

¶ *Christi crucifixi nostra opprobria suę incarnationis et amarę passionis misteriis delentis nomine invocato Pro tribunali sedentes et solum deum, eius iusticiam et religionem prę oculis habentes ipsiusque in religionem divinam (quę in omnium tendunt iniuriam) commissa opprobria, ac hęreticę superstitionis invia, inulta dimittere nolentes, in causa inquisitionis contra speculum oculare Ioanni Reuchlin inscriptum, in processu causę clarius designatum institutę (citra tamen ipsius auctoris notam, quem ob eius humilem submissionem et alia eius laudabilia scripta pro catholico || habemus. Potest namque non hęreticus dicta hęresim sapientia scribere,* (34b) *ut de abbate Ioachim apud iura constat) per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam actis causę meritis diligenter visis et revisis Theologorum et iurisperitorum nobis communicato consilio pariter et assensu ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus et declaramus memoratum libellum hęreses sapientem, et errores multos continentem perfidis Iudęis plus quam deceat favorabilem, ecclesię dei iniuriosum, ac sacris ecclesię doctoribus irreverentialem, christifidelium maxime simplicium scandalisativum, ipsumque prętерea (scriptura seu impressoria arte per Coloniensem diocesim multiplicatum) communi hominum usui interdicendum, condemnandum, supprimendum, tollendum, ac igni publice concremandum, prout interdicimus, condemnamus, supprimimus, tollimus, pariter et igne concremari pręcipimus.*

¶ *Lata et executa est publico incendio Colonię hęc Sententia in die Scholasticę virginis. Anno.* XIIII. *et c.*

¶ *Contra hęc omnia iudices Spirenses non inspecta priore causa secundum suam voluntatem et intellectum tulerunt sententiam, quod oculare speculum Ioannis Reuchlin cum suis glossematibus et interpretationibus in calce libri appositis nihil erroris aut hęresis in se haberet, Etiam quod ab omnibus possit legi. Propter quod Iudęi non solum maximopere gavisi sunt, verum etiam per hoc deteriores facti et eorum Rabi iccirco per totum imperium Wormatii conventum habuerunt disputando et in similibus, omnino arbitrantes, quando oculare speculum Ioannis Reuchlin pro se, et contra tot universitates et doctos admissum sit, verum haberi possit indicium a deo destructionis Romani imperii et appropinquationis Messię quem ad hunc usque diem expectant. Et sicuti veraciter sum factus certior, Iohannes Reuchlin fuit Wormacii illo tempore vel breviter ante hoc tempus*

[3] Alterius] *i. e.* Ioannis de Colle. *cf. Prenott.* p. ult. [11] Ioachim] Cf. Hutteni Opp. III. p. 199. adnot. ad v. 209. [28] sentent.] lat. d. 24. Apr. a. 1514.

Digitized by Google

aut post, in hospicio apud doctorem Werner. Sed quid negocii sibi fuerit Wormatii ignoro. Hoc tantum scio quod tempore quodam meridiano duo Rabini Iudęorum petierunt loqui cum Ioanne Reuchlin, quod cum olfecisset, ipse cum Iudęis egressus est diversorium. Et quid inter se egerint aut ||
A *tractaverint mihi non est compertum. Sed hoc bene scio quod Iudęi nunc Ioannem Reuchlin pluris faciunt et sanctiorem iudicant quam unquam Moysem, Heliam aut reliquos prophetas iudicarunt. Et talis malicia primum orta est ex sententia Spirensi, a qua quidem sententia Reverendus doctor Iacobus Hochstraten hęreticę pravitatis inquisitor ad sanctissimum papam appellavit Quapropter in propria persona illuc evestigio profectus est ad Christianam veritatem obtinendam .et c.*

¶ *Ceterum ut sanctissimus noster in hac causa penitus esset instructa et tota Christianitas potius adhęreret multis universitatibus aliisque doctoribus ac clarissimis seorsum viris, quam uni laico aut duobus tribusve per favorem fortasse nimiamque prępcipitationem rem ipsam minus bene libran-tibus, alma nostra universitas Coloniensis totam causam cum omnibus ad eam pertinentibus et insuper sententiam Spirensem misit Reverendę et excellenti universitati Parrhysiensi, ad discutiendam et examinandam penitus causam hanc. similiter Ioannes Reuchlin oculare suum speculum cum omnibus suis interpretationibus et defensionibus (ut in actis doctorum Parrhysiensium patet) prępnominatę universitati Parrhysiensi misit. Quapropter quomodo universitas eadem et quam iuste ac sancte negocium hoc funditus examinaverit, nunc ante oculos patebit.*

¶ *Sententia Parrhysiensium doctorum condemnativa ocularis speculi Ioannis Reuchlin ad ignem: non obstantibus sententia Spirensi aut quibuscunque aliis eius defensionibus per eum met illuc missis. et diligentissime ibidem perspectis examinatis. diu multumque per .XLVII. videlicet sessiones ab octoginta ad minus doctoribus discussis ac tandem iustissime condemnatis. ponderata semper in omnibus articulis et scriptis auctoris ipsius intentione.*

¶ *Universis prępsentes litteras inspecturis decanus universique Parrhysiensis academię Theologi doctores Christianam salutem. Turris David ex qua pendent mille clypei, omnis armatura fortium, hostiles sępius experta tumultus inconcussa totiens evasit, quotiens victrix malicię sapientia, ancillas suas*
Ab *(ut est in proverbiis) misit ut vocarent ad* || *arcem Quarum prępsidiis hostium proderet insidias, insultantium conatus redderet irritos, adversasque vires prorsus disperderet, id quod hac nostra tempestate satis superque plerisque exploratum esse non est ambiguum Siquidem orthodoxa fides sacris elo-*

[12] inſtructa *sic 1.* [24] *Extat in* Actis Doctor. Parrh. biiij.

Digitized by Google

giis, ceu David turris propugnaculis undequaque septa, dum intestinos utcunque sibi ascriptorum militum patitur insultus, Ancillas suas easque inter se Germanas Theologorum Academias, Coloniensem inquam, Moguntinensem, Lovaniensem et Erphordensem, sacra sophia vocavit ad arcem iudaicę perfidię machinis obsessam eiusdemque Thalmudicis propemodum oppressam tormentis Quibus ut suffragaremur, cunctisque communi christianę rei causę patrocinaremur, misso ad nos libello quodam, cui Ocularis speculi non sine macula nomen inditum est, Ioanni Reuchlin ascripto, nostro cauterio inurendo iteratis epistolis etiam atque etiam efflagitarunt pręstanti doctrina viri Theologi Colonienses magna proculdubio nobis semper necessitudine iuncti. Quorum sane votis religione plenissimis citra christianę ipsius religionis iniuriam refragari minime licuit, quando Hieremię vaticinio Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. ¶ *Morem igitur supplicibus gesturi libellum prefatum chartis sexdecim papyreis manu conscriptum, cum alias frequenter, tum novissime die Mercurii altera mensis Augusti Anni. M.D.XIIII. nobis apud Sanctum Mathurinum debito iuramenti sacramento rite congregatis exactissima cura discussum, examinatum, ęqua lance trutinatum, adamussim et articulatim libratum nostra doctrinali sententia dicimus esse respersum multis assertionibus falsis, temerariis, piarum aurium offensivis, scandalosis, erroneis, Iudaicę perfidię manifeste fautoriis, sacrosanctis ecclesię doctoribus iniuriis et contumeliosis, in Christum eiusque sponsam ecclesiam blasphemis, de hęresi vehementer suspectis, plerisque hęresim sapientibus, et hęreticis nonnullis. Ob idque libellum huiusmodi esse iure supprimendum, de medio tollendum atque igne publice cremandum.* ¶ *Ipsius autem libelli auctorem ad publicam revocationem compellendum Non obstantibus glosis, quibuslibet interpretationibus et defensoriis, nobis hac in re oblatis.* ¶ *Ipsos vero Thalmudicos libros (quos tota animi contentione ocularis speculi auctor contendit esse asservandos) Apostolica auctoritate iam pridem rite fuisse damnatos, immo vero nostrorum antecessorum divini pariter et pontificii iuris peritissimorum inter*||*pretum, nostri Parrhysiensis studii doctrinali in-* Aij *terveniente sententia iure fuisse crematos ingenue fatemur Huiusque modi damnationem iure optimo duximus esse approbandam. in quorum omnium fidele testimonium et robur hanc nostram sententiam publici nostri Notarii chyrographo signatam nostro quoque sigillo iussimus muniendam. Datum Parrhysii in nostra publica congregatione apud divum Mathurinum celebrata Anno Christianę salutis Quingentesimo decimoquarto supra Millesimum altera Augusti.*

¶ *Ioannes Nery subscripsit.*

¶ *Hanc sententiam et aliarum universitatum et imperatoris mandata contra libros Ioannis Reuchlin attulit et porrexit Summo pontifici venera-*

Digitized by Google

bilis et apprime doctus dominus frater Iacobus Hochstraten hęreticę pravitatis inquisitor Et quoniam decuit sanctissimum dominum nostrum hęreticę pravitatis magistro in hac re nihil denegare, Sic sanctitas sua Reverendissimos duos Cardinales de sacro concilio seriosissime ordinavit ut negocium hoc et libros Ioannis Reuchlin funditus perpenderent, et deinde causam hanc Concilio proponerent. Insuper ne Ioannes Reuchlin posset interpellare aut ullam afferre excusationem, quemadmodum sępius in hoc negocio adinvenit Sic papali potestate a prędictis iudicibus Cardinalibus missa est illi citatio in quadraginta diebus comparendi Romę et ut sententia Spirensis, prout de iure revocari posset. ¶ *Postquam talis citatio allata est Ioanni Reuchlin, tunc ad protrahendum iudicium allegavit quomodo Cardinalis sanctę Crucis esset in hac causa partialis et sibi suspectus. Secundo allegavit quomodo universitas Coloniensis librum suum ex lingua germanica in latinam false traduxisset et librum hunc reliquis acedemiis frustillatim misissent, propter quę in suis sententiis, contra se latis decepti forent. Quod tamen in rei veritate nunquam compertum est ac nunquam comperietur, cum ipsemet librum suum cum additionibus ipsis Parrhysiensibus miserit, Etiam quod liber suus Romę iterum ex germanico in latinum transpositus omnino in singulis concordaverit cum traductione universitatis nostrę Coloniensis.* ||

Aij[b]

Nota Primo.

¶ *Duo hic prędmemorantur, lector charissime, quę (etsi puerilia sunt) rationibus tamen diluantur summopere est necessarium Obiicit nobis Ioannes Reuchlin, et id quidem falso quod doctores nostri ipsius theutonicum non intellexerint, et ob idipsum iniquam fecerint traductionem Respondeo istiusmodi cavillum nihil in se firmitatis habere sed levissimum esse ac plane falsissimum. Quod licet in prędcedentibus, littera D folio ultimo satis declaratum sit, hoc tamen non oberit adiecisse Nostram videlicet universitatem multos habere et doctores et magistros et tunc temporis plures habuisse qui omnes veri superioristę et sint et fuerint, ipsius etiam conterranei et perfectissimi suę linguę interpretes.* ¶ *Secundo si nos male traduximus ipsius theutonicum, id quod in se falsum est, quare (obsecro) Parrhysienses condemnaverunt eum, quibus a nostris missa fuit translatio iuxta ipsius adversarii nostri correctionem in defensione sua (licet satis ridicule) expressam.* ¶ *Tertio ut omnes Christiani unanimiter et perpetuo credant, sacratissimę apud nos facultatis theologicę doctores synceram edidisse translationem, hoc solum adiiciam, quod in urbe Romana (uti pauloante prętactum fuit) nova facta est translatio et id quidem per sacrosanctę sedis apostolicę commissionem, per omnia et in omnibus, quę ad materiam pertinebant, cum nostra concordans.* ¶ *Quarto Si doctores nostri non intel-*

4.6 concilio] i. e. Lateranensi. 19.20 *Hoc falsum esse constat.*

Digitized by Google

lexerunt theutonicum ipsius quo Suevi utuntur, tanto melius disputare contra nostros Moguntię potuisset, cum illuc aliquot doctores nostri ad habendam cum illo disputationem venissent. verum id facere non audebat, veluti publicum est et notorium. Quod igitur in suis scriptis erraverit, et disputare cum nostris non fuerit ausus, nemini mirum videbitur, quia superius in sua epistola, per se ipsum theologica in suo speculo oculari adducta scripsit, sicut rusticorum sacerdos in sermonibus suis medicinam allegare posset .et c.

Nota Secundo.

¶ *Est et aliud (de quo statim facta est mentio) leve quoddam cavillum, quo Reuchlinistę quidam diu multumque tripudiarunt suum patronum Ioannem Reuchlin imprudenter secuti.* || *Susurraverunt equidem et* S iij *ipse in primis Oculare suum speculum per nostros frustulatim, et (ut ipsius verbis utar) truncatum et mutilatum dolo malo universitatibus missum, quo facilius quoslibet doctores in suam opinionem traherent. Fundamentum vero istius obiectionis ex eo solum elicere conati sunt, quod universitates ipsę in suis sententiis super numero foliorum Ocularis speculi non concordant. Respondeo, in exscribendis exemplaribus non posse neque etiam necessarium esse (maxime ubi diversi sint scriptores) numerum foliorum observare.* ¶ *Ceterum ut puerile hoc omittam, Adversarius noster seu potius in Christo amicus Ioannes Reuchlin, integrum oculare suum speculum Parrhysiensibus misit, adiunctis etiam omnibus suis declarationibus, defensionibus et id genus aliis armis, ut ipsius ad illa testatur epistola. Adiecit quoque et has preces Ego (inquit) quantum potero humilime peto, ut me facturam vestram non destruatis, neque de gremio et de corpore vestro membrum me lędatis .et c. Iterum oravit eundem sermonem dicens Obsecro vos patres meos quam observandissimos, dignemini in hac causa ocium prędferre negocio et contra me filium et alumnum vestrum nihil statuere, definire aut declarare. et c. hęc ille. Modo ad propositum, si frustulatim misimus speculum ipsius oculare vel ad Parrhysienses vel ad alios, et ipse integrum, quare obsecro non est pro se sententiam consecutus? Aqua hęret et nimis frigidus antiquis se caligis tegit. Reverendi autem magistri nostri Parrhysienses viri illuminatissimi ac fide probatissimi, quorum ingenia aquilina et divina potius quam humana ad cęlos usque pertingunt, videntes ipsius in scribendo falsitatem et fictas adulationes, veritatem pluris quam suę universitatis membrum fecere. Nam si iustam habuit causam, non quo nihil definirent, sed quo iusticię munus exequerentur, ipsius erat officii expostulare. Quid multa? Grandis moles levibus*

---

[2] po|uisset *1.* [2] notarium *1.* [11] uum *1.* [17] *Cf.* p. 135. [23] illa *non* illos *1.* *Epistola, data* Stutg. d. XIII. kal. Iul. a. 1514. *est in* Actis DD. Parrh. *et in* III. virr. epp.

Digitized by Google

innixa columnis nec adamussim structa, in arenoso suo fundamine stabilis esse non potest.

¶ *Postremo, fictas dixi adulationes et preces vanas, simulationes quoque adiiciam ac dissimulationes. Nam ipse in quadam epistola uni poetę apud nos a se missa turpissime ut supra dictum est et cum maxima sui nominis infamia doctores Parrhysienses detestatur, et probrosis nominibus (id quod facere non debebat) eisdem illudit. Sic etiam nostris indigne fe-*
Aiij[b] *cit.* || *Nam quos antea sępenumero in suis scriptis extollens supra quam oportuit reverendissimos appellavit, postea in mendacissimo, levissimo ac famosissimo sue defensionis libro histrionicis impudentissimisque conviciis eosdem (si veritatem licet dicere) multosque alios viros prestantissimos et optimos turpissime insectatus est. Ipsius igitur impudentiam (ut cum gratia apud bonos loquar) inauditam et mendacia sine fronte e multis pauca, licet superius tacta sunt, latius tamen in subsequentibus explicentur necesse est, ne me falso ipsi quicquam imposuisse lectores boni arbitrentur, neve idem ille liber infamis posthac defensio sed offensio et mendaciorum codex appelletur.*

Nota Tertio.

¶ *Posset aliquis obiicere Parcendum erat Ioanni Reuchlin velut excellenti poetę et in sęcularibus litteris apprime erudito, casu etiam posito, quod bis aut ter aut quater in sua consultatione aberrasset. Respondeo, id verisimile quodammodo pueris aut favore eccęcatis videri, quamvis tamen non ita sit, cum in ecclesia dei omnia debeant esse syncera, omnia pura, clara, illibata, et nullo errorum intervallo discreta. Nam teste apostolo ut ante octo annos didici Omnes unum corpus sumus quotquot in Christo baptizati sumus, qui non multas sed unam sibi dumtaxat sponsam ab ęterno prędelegit Nulli ergo errores, immo et ne unus quidem admittendus, cum ex una scintilla maximus interdum ignis exurgat.* ¶ *Secundo. ponamus casum quod princeps quidam equum emerit speciosissimum centum videlicet ducatis, et idem ille equus intra duo aut tria miliaria ter dumtaxat aut quater ceciderit, Quęritur, quid de tali equo censendum sit? Respondebunt sapientes, non esse illum tali precio dignum, nequaquam tamen ex toto contemnendum, eo quod imprudens fortasse, vel alio nescio quo impedimento interveniente citra naturę debilitatem sese prostraverit. Quid si tricies, si quadragies, si octogies intra duo miliaria lapsus fuerit? Clamabunt omnes, vilem esse bestiam nec aratro dignam. Modo ad propositum: Si Ioannes Reuchlin bis, ter, quater aberrasset, mi-*
(Aij) *nime tamen laudandus, verum quia septuagies* || *et amplius fortasse in suo speculo oculari atque aliis in locis (ut multorum probant testimonia) ineptissime deliravit, et frequenti suo lapsu alios labi fecit, a nemine non condemnandus iudicabitur. Ob hęc prędicta magis est consonum veritati,*

Digitized by Google

talem tantumque virum ac senem ex propria (ni fallar) malicia et prava sua voluntate (id quod doctissimis sepe viris contigit) suas hęreticas pravitates conscripsisse, quam ex ignorantia aut calami lapsu. Sed quare obsecro? ut infami fortasse gloria et nimia curiositate seipsum redderet et insignem et famosum, sicuti quendam cum adhuc Iudęus essem, fecisse accepi, qui ut gloriosum se faceret, Dianę templum accendit. ¶ *Quid multa? Nimis curiosus fuit scribendo Ioannes Reuchlin, et plus ceteris universitatibus occulte apud Cęsaream Maiestatem et Archipręsulem Moguntinum videri voluit. Nam ubi doctores reliqui vix duo folia sancte scripserunt, ipse viginti fortasse in re non necessaria insipienter emisit.*

Nota Quarto.

¶ *Ex verbis apostoli prędecedentibus nova criticorum oboritur quęstio, quę et multos proh dolor Reuchlinistas atrociter (sed ut spero ignoranter) momordit. Dicunt enim cum suo patrono: Quomodo hic Pepericornus sacras litteras et iura ac latinorum sententias allegare novit, cum Romanę linguę non sit peritus? Respondeo hanc obiectionem esse futilem, licet magnos etiam viros in hunc usque diem male perverterit. Ego qui mecum fero et calamum et pugillarem, ea possum adnotare quę vel in sermonibus publicis vel in conventiculis audio eruditorum. Quot ego doctorum et religiosorum prędicationes intra duodecim annos audivi? quot admoniliones? quot sanctorum patrum auctoritates? quas ego vel per meipsum retinere aut ex eisdem interrogare aut ad tabulam potui reponere.*

¶ *Prędterea ego hoc mediusfidius (citra iactantiam tamen) de meipso profiteor quod omnia quę vel in biblia vel in sacris evangeliis habentur, per meipsum et absque interpretis adminiculo citare possim, et ad omne propositum allegare, sive quis nostram alemanicam linguam velit* || *sive* (a 4ᵇ *hebręam. Et ut hoc ipsum adiiciam Omnia ego evangelia quę per totum annum in ecclesia dei ad populum exponuntur memorię commendavi et ad unguem recitare didici, quod non omnes fortasse facere poterunt qui in litteris sęcularibus et fabulis plus ęquo obbrutuerunt.* ¶ *Postremo ut huic obiectioni satisfaciam Habeo filium Laurentium nomine, ingenuum profecto adolescentem et liberalibus disciplinis studiisque poeticis anxie impallescentem, qui infinitas quodammodo et oratorum et poetarum sententias tum ex suorum ore prędceptorum, tum ex studio privato, ad omnem mihi materiam et ad omne propositum recollegit. Quapropter cum ego dicerem 'Ioannes Reuchlin est valde senex', respondit filius 'Maledictus puer centum annorum' Et iterum allegavit Hugonem quem dixisse affirmabat quod inter abusiones huius sęculi sola maior est senis obstinatio. Dicenti etiam mihi Ioannem Reuchlin seipsum laudare solitum, respondit 'hoc*

---

[20] quod adm. *1.*

Digitized by Google

faciunt stulti quos gloria vexat inanis' .et c. Hęc et alia multa sępiuscule ex filio intelligens magnam proculdubio spem et doctrinarum et eloquentię de tam ingenuo adolescente concepi, ita etiam ut quę ego indoctus facere non possum, ipse tandem perficiat. ¶ *Non errent igitur (obsecro) diutius Reuchlinistę qui indies (licet fortasse ignoranter) dicere consueverunt mė absque magistrorum nostrorum instigatione sacras litteras citare non potuisse. Doleant quoque omnes illi qui falso circumtulerunt, quod propter scripturarum allegationes meum manuale speculum ab eisdem doctoribus et compositum et subornatum foret. Erubescat etiam et in ęternum ingemiscat Ioannes Reuchlin, qui in sua defensione (ex qua mille profluunt mendacia) in littera* B *folio primo columna prima mentiri non erubuit et sine probationibus dicere quod doctores nostri in eodem libro multis eum lęsissent calumniis. Nam ut omnia probem rationibus, Testor deum et conscientiam et adiuro deum vivum, quod manuale meum speculum (de quo sępe apud doctos fuit contentio) neque compositum sit Colonię neque impressum. Ubi ergo? me quis roget. Moguntię inquam. . Et quis tibi tot allegationes scripturarum dedit? Illi profecto tres celeberrimi iustissimique viri de quibus dictum est supra, qui ex mandato serenissimi imperatoris omnium consilia perlustrantes solam ipsius Fumuli consultationem reiecerunt, cum omnium aliarum universitatum consilia absque aliqua communicatione, instinctu sancti spiritus in omnibus concordarunt. hanc igitur obiectionem declaratam relinquo.* ‖

Nota Quinto.

¶ *Dicet fortasse aliquis 'qui sunt illi articuli pravam hęresim contra ecclesię doctores et catholicam fidem continentes?' Respondeo in aliquot illos opusculis impressos satis et supra fortasse quam simplicibus aut malevolis convenit esse publicatos et ob hanc causam his meis scriptis minime interserendos nec dignos quidem qui interserantur.* ¶ *Prętерea Ego me inidoneum censeo, qui hęreticas ipsius et prępostera positiones aut debeam aut possim impugnare. quam etiam provinciam (ut hoc bene intelligant Reuchlinistę) in hunc usque diem mihi vendicavi nunquam. Unde si quis me roget Quę tunc est contententio inter te et illum? Illa inquam, quod in sua consultatione supra addictam fidem et chyrographum sua mihi manu amice porrectum me apud Cęsaream maiestatem (ut supra dictum est) expresse atque implicite, nullis etiam meis prędecedentibus demeritis contra me iniustissime scribendo incusaverit. Iniustissime dixi. Nam quę in sua consultatione sive oculari speculo falsa esse contra me voluit, antea ipse nobili cuidam viro scribens verissima per seipsum et nullo instigante comprobavit. In his igitur quę me dumtaxat concernunt, et in quibus me non alium gessi quam bonum ac pium Christianum oportuit,*

Digitized by Google

Ioanni Reuchlin in hunc usque diem ab illo proditionis suę tempore primum redargutionis stylum obieci.

Nota Sexto.

¶ *Movebuntur fortasse hoc loco boni viri, dicentes, Audivimus modo mutuę vestrę contentionis inicia, legimus quoque Ioannem Reuchlin reum esse originarium, Credimus insuper te illius consultationem nunquam prodidisse, Fatemur etiam te in manuali tuo speculo legitime et sancte contra eum scripsisse, ex quo (sicuti multis incognitum fuit) in sua te consultatione apud Cęsaream Maiestatem prius et indigne lęsit, quam tu verbum ullo unquam tempore contra illum scripsisses .et c. Sed dic obsecro, ut eo melius rem ipsam intelligamus, Quęnam sunt illa quę in sua consultatione contra te scripsit et aliis in locis approbavit? Multa inquam, hoc autem in primis, quod dixit Iudęos in oratione Felamschommodym non orare contra nos, immo paratiores esse || nobis servire quam damnum inferre .et c. cum tamen hęc et alia id genus similia in manuali meo speculo satis impugnata, optimo cuique falsa ad oculum pateant. Multis igitur omissis non debuit Ioannes Reuchlin sępius a se contra Iudęos approbata in sua postmodum consultatione contra me proditorie scribendo viceversa impugnasse, sed suorum ad virum nobilem verborum memor blasphemias et occultam Iudęorum nequitiam constanter mecum infregisse.* ℌ

¶ *Quod autem dicit in defensione sua seu potius offensione littera ℌ columna prima, sese argumentative dumtaxat et non determinative contra Iudęos scripsisse, In hoc et si merito corripiendus veritati tamen parcit, ut his patet qui ipsius ad nobilem scripta alemanice impressa legerunt. Quapropter ne levitatis argueretur, in libro defensionis suę aut potius mendaciorum, sinistra est usus persuasione.*

Nota septimo quędam pulchra.

¶ *Vereor hoc loco ea ob reverentiam Ihesu Christi enarrare, quę Ioannes Reuchlin ad eundem virum nobilem verissime scripsit, modo constans ipse postmodum in suis scriptis permansisset. Inter cetera dicit Iudęos mirum in modum lętari cum salvatori nostro illudant omne vituperium, omnemque contumeliam tam excogitando quam componendo. Adiicit quoque Iudęos in omnibus suis negociis et in oratione quotidiana et in suis libris quos contra nos scribunt atque legunt et in oratione tandem Felamschummodym id facere indies solitos. Idipsum autem et ego verissimum esse profiteor, sed ipse modo qui postea in oculari suo speculo (sicut iam satis supra dictum est) sibimet contradicens me immerito redarguit seque ipsum in fide catholica suspectum vero verius ostendit.*

¶ *Modo ad propositum et ad ipsam rem deveniendo Ponamus casum impossibilem, me videlicet multa contra Iudęos ignoranter et false scripsisse,*

19.24.29 Dabimus epistolam totiens a Pfefferk. laudatam infra post hanc Defens.

Digitized by Google

non debui tamen ego ob eam causam a Ioanne Reuchlin aut a quovis alio Christiano culpari, tum quod mihi aliisque baptizatis ea in re maxime sit credendum, utpote in talibus nequitiis et criminibus a puerili prohdolor
ſij *ętate ante baptismum exercitatis, tum quod beatus Hieronymus || super Matheum sic scribat Non condemno errorem qui ex odio Iudęorum et pietate fidei procedit .et c. hęc sententia cunctis christifidelibus summopere est adnotanda, quę etiam ad hoc nostrum propositum sanctissime concludendo centum mihi ducatis est charior. Ipsam enim in Augusta olim adnotavi.*

Nota Octavo.

¶ *Dicent fortasse Reuchlinistę nonnulli, Tu Pepericorne stimulo nequicquam recalcitras Non enim is es qui Ioannem Reuchlin tam Iudęis quam Christianis notissimum superare quovis modo possis. Respondeo, non modo Ioannem Reuchlin, verum et omnes mundi principes sola veritate vinci posse, nec esse ad hoc cuiquam vel rhetorica aut eruditione opus. Non sunt viri boni ita simplices ut rationibus instructi verum a falso discernere nequeant. Non sunt etiam laici tam omnis sapientię rudes, ut (nisi sinistris cavillationum ambagibus seducantur) veritati a me prolatę et verissimis fultę rationibus deesse velint. Quapropter ego humiliter oro atque obsecro omnes vos Christianos in Christo Ihesu, ad quoscunque hęc mea scripta pervenerint, ut mihi nuper baptizato et solam veritatem citra cuiuscunque offensionem, immo potius ad necessariam omnium instructionem profitenti adhęrere velitis, maxime qui paratus sim falsa si quę essent non solum revocare, sed mortis sententiam pro illis et pro minimo etiam mendacio coram quocunque tribunali, cum maxima mei nominis, meorumque omnium (id quod factu difficillimum foret) infamia turpiter subire.*

¶ *Postremo ut prędictę obiectioni satisfaciam Dico Ioannem Reuchlin habere conscientiam, quę plura sępe potest, quam ducenti testes ac totidem libri, et ab illa tandem sese intelligat vincendum. Quod ne nimis sero fiat ipsius officii est providere.*

Sequitur historia.

Hoc negocium erroris ac hęresis dictum est magnificentissimo ac Christianissimo Regi Francię et prępsertim de mandatis imperialibus contra libros Reuchlinos emissis et quanquam Rex Francię et imperator in rebus sęcularibus erant discordes, tamen ut hęc et similia hoc loco missa ego
ſijᵇ *faciam, || imperatore fidem christianam tangentia consensit ac sequentes litteras ad sanctissimum papam scripsit sonantes de verbo ad verbum hoc modo.*

---

[29] vicēdū *1.*

Digitized by Google

¶ *Litterę Regis Francię ad Summum pontificem contra libros Ioannis Reuchlin quos supprimendos esse censet.*

¶ *Beatissime pater, intelleximus in prȩsentiarum quod est quidam certus processus laudabilis in curia Romana inter universitatem Coloniensem et quosdam qui fecerunt et composuerunt certos libros continentes plurimos errores et hȩreses contra nostram sanctam fidem catholicam Quos tanquam obstinati et filii iniquitatis defendere volunt, Non obstante quod sint condemnati per doctores in theologia et per inquisitores nostrę fidei catholicę tam in dicta universitate Coloniensi quam in pluribus aliis universitatibus Almanię et etiam in nostra universitate Parrhysiensi. Insuper et scivimus quod qui fuit Rex noster charissimus dominus et pater quem deus salvet de his avisatus antehac scripserit Vestrę Sanctitati de ista materia ad obviandum illis Ea propter et quia nos desideramus quod tales errores sint totaliter et prompte extincti et aboliti propter pericula quę poterint supervenire, Nos supplicamus Vestram Sanctitatem tantum et tam affectuosissime sicut possumus ut sibi placeat capere istam materiam cordi, Et ut donet ordinationem et provisionem talem qualis requiritur in isto casu habendo respectum ad sententias et condemnationes datas per dictas universitates Almanię et per nostram dictam universitatem Parrhysiensem Et ut commendet et ordinet fieri bonam et brevem expeditionem in dicto processu. Et vestra sanctissima Sanctitas ultra hoc quod faciet rem deo acceptissimam nobis etiam faciet singularissimam gratiam et beneplacitum sic faciendo. Quam precamur Sanctitatem in tanto sanctissimo patre deus quam longe velit prȩservare manu tenere et custodire in bono regimine et gubernatione ecclesię sanctę suę.*

¶ *Fecit idipsum illustrissimus ac invictissimus princeps et dominus dominus Karolus Rex Hispaniarum Arragonię .et c. Archidux Austrię dux Burgundię et Brabantię gratiosissimus noster dominus, qui in sua adolescentia (omnipotens deus eum conservet) tam viriliter motus ad summum pontificem libros Reuchlin examinandos et supprimendos scripsit.* ||

¶ *Beatissime pater Clementissime domine, post optata sanctorum* fiij *pedum oscula. Cum divinis nostra anteferimus maiorique quam illa affectu curaque prosequimur, vocat dominus super opera nostra siccitatem, ut multa cum seminaverimus, pauca percipiamus, Cibus non satiet, operimenta non calefaciant. Id quod Iudęis evenisse ex propheticis oracu-*

---

[1] *Item Latine extat in* b = Beschyrmung fol. rlij[b]. [5] laud.] prudens b. [13] salv.] abſoluet b. [20] pariſien̄ b. [22] Et V. ſctā. S. vltra *1. et* b. [24] Sanctitatem] S. *1.et* b. [33] *Item in* Beschyrm. fol. rliij.

Digitized by Google

lis accepimus, propterea quod sibi domos extruentes deo templum erigere neglexerunt. Quod si divina ira ob materialis templi posthabitam curam merito provocata est, quo eum furore accendi putandum est quum caducarum rerum studio spiritalis ędificii sui cuius fides est fundamentum rationem nullam haberi videat. Pependit iam diu et etiam nunc pendet apud b *Sanctitatem Vestram fidei catholicę causa super libello quodam impio, qui tametsi titulo ipso perfidię Iudęorum impugnationem pollicetur, tamen eandem multis suis partibus non obscure adiuvare et fovere comperitur. Quod quam sit verum liquidissime constare potest ex tam multarum universitatum et prędsertim theologię facultatum attestationibus, quarum quis non videat quanti in huiuscemodi rebus facienda sit auctoritas. Cum igitur hic libellus eiusmodi sit, ut et multorum ruinam sit operatus et nisi quam celerrime provideatur, longe maiorem allaturus sit perniciem, tamen protrahitur causa tanta in longissimam diem, forte sęcularium principum authori ipsi carnaliter faventium apud Sanctitatem Vestram intercessionibus Cumque de disceptandi forma ac modo procedendi contenditur, causa ipsa interim negligi videtur. Accepimus causę cognitionem delegatam esse non quidem sacro concilio eiusve diffinitoribus, sed Cardinalibus quibusdam seorsum. Quasi vero de re levi et vulgari controversia sit, quędque longe minoris sit momenti quam multę causę prophanę, quarum decisio concilio reservatur. Oramus igitur et obtestamur Sanctitatem Vestram quantum maxime possumus ex animo, ut arrepta plana charitate et vero dei zelo causam illam diutius non sinat protrahi, sed quam celerrime ei finem imponens Christi Ihesu gregi cuius ipse pastor est prospiciat, ne sędvissimus hic lupus innocenti ovium sanguine rictus suos diutius fedare pergat et offendiculum istud, in quod tam multi pusilli gravissime quotidie incurrunt, a pedibus eorum removeat, ne divinam iram super se provocet, quę eam inceptis suis frustrari velit, in quo rem faciet et Sanctitati Vestrœ ex officio debitam et sanctę sedi apostolicę honorificam et omnibus qui erga christianam rempublicam pie afficiuntur*
ſiij[b] *longe gratissimam. Optamus || felicissime valere Christi in terris vicarium. Ex oppido nostro Middelburgo .XVI. mensis Maii Anno .M.D.XV.*

¶ *Hic sequuntur litterę venerandę universitatis Lovaniensis ad papalem Sanctitatem contra libros Ioannis Reuchlin emissę.*

Dignos non abs re iudicaret nŏs Sanctitas Vestra, beatissime pater, qui privilegiis et immunitatibus, quibus apprimę sacrosancta mater ecclesia nos vallavit ac munivit, privaremur, indignos insuper theologo nomine ac dignitate, nisi circa res et fidem catholicam quam communiter

---

[16] ꝯſilio b. *vult* concilio Lateranensi. cf. p. 152. v. 17. sq. [27] cottidie b. [28] fruſtari b. [31] grat.] optatiſſimā b. [36] *Item Latine in* Beschyrmung foll. ſ[b]. sq.

Digitized by Google

cum omnibus et sacram theologiam quam peculiari quodam nexu profitemur, et cui sedulo incumbimus iuxta vires, diligentiam et operas toto conatu impenderemus, et impensas quoad valeremus continuandas curaremus. Quod si a quovis pontifice maximo etiam minus solerti hoc vereremur, multo amplius a te viro oculatissimo et undequaque doctissimo ac fidei catholicę zelantissimo. quod genus dedecoris ne incideremus, nuper cum oblatus nobis foret ex parte prędarę facultatis theologicę Coloniensis filię tuę Sanctitati deditissimę et nobis summo affectu coniunctę, libellus quidam qui cuiusdam Reuchlin Phorcensis foetura esse dicebatur, examinandus an admittendus esset tanquam fidei orthodoxę consonus, an refellendus tanquam fidei suspectus et populo scandalosus, et sanctis iniurius, habita et diligenti et acerrima discussione librum prout iacebat doctrinaliter, quemadmodum ad nos attinet, condemnavimus, et e medio tollendum arbitrati sumus expedire. Quam condemnationem ad Sanctitatem Vestram, ad quam spectat fidei materias decidere, hęreses et scandala extirpare, et ausus temerarios supprimere, et examinandam et approbandam transmisimus. Suscepimus etiam a nonnullis fide dignis idemtidem a celeberrima Parrhysiensi theologica facultate esse factum, et ab aliis nonnullis universitatibus, quę res non parum nobis spiritualis iocunditatis attulit cum videremus deum optimum sollicitudinem ecclesię suę non segnem gerere, servis suis eundem sensum in fide sua impertiendo, ut theologorum facultates in domo dei ambularent cum consensu et quasi uno ore omnes loquerentur, idem saperent, idem iudicarent, et idem prędicarent. Nunc autem incessit auribus nostris horrendus nec sine lachrymis || referendus rumor per Ger- (54)
manię partes, non parva scandala oborta esse Iudęis Christianis insultantibus. immo quod fedius ac intollerabilius est, nonnulli Christiani eis manus porrigunt, libellos canino lepore ac viperea mordacitate plenos componendo, quibus et theologicam facultatem et ipsius professores lacerant, eludunt ac floccifaciunt et populis rudibus invisam reddunt. Quantum res hęc nefanda detrimenti christianę reipublicę inferat, quantum bonis omnibus infensa sit, quantum roboris a christianis pectoribus adimat tam prędarissimarum universitatum vilipensio, tuo gravissimo simul et prudentissimo iudicio relinquimus. his omnibus et compluribus aliis incommodis occurreretur, si causa hęc quę apud Sanctitatem Vestram pendet, brevem sortiretur expeditionem. Arbitramur enim Sanctitatem Vestram summis quibus prędest curis irretitum huic causę non valuisse operam navare, daturum tamen si hęc tibi fuissent iam diu significata. Ad pedes igitur Sanctitatis Vestrę prostrati humillime supplicamus ut causa fidei apud te fidei patronum qualis sibi debetur locum inveniat, et si quid

---

7 cum] tum b. experte b. 9 reuchlyn b. esse suspectus esse b. 16 ausos b. 18 parisiens b. 19 iucunditatis b. 27 viperia b. 39 flocifaciunt b. 34 occurretur. b. 36 irretitum *et postea* daturum *sic 1. et* b.

Digitized by Google

valent apud Sanctitatem Vestram preces filiorum tuorum tibi obsequentissimorum, nostri causa res hęc quę et fidem catholicam et nos tam intime concernit, et brevem et optatum consequatur finem, ut et his qui pro fide certant fiduciam prębeas, et ab his qui eam eis impugnant vocem insultationis auferas Lovanii decimo kalendas Iunias.

¶ *Sequuntur litterę venerabilis et apprime docti domini magistri Adriani Florentii de Traiecto ecclesię sancti Salvatoris in Traiecto prępositi ac venerandę academię Lovaniensis Cancellarii: et illustrissimi Karoli Hispaniarum Regis consiliarii scriptę ad venerabilem Cardinalem sanctę Crucis libros videlicet Ioannis Reuchlin e medio tollendos.*

¶ *Reverendissime in Christo pater pręceptor observandissime post humillimam commendationem. Commendavi pridem paternitati vestrę Reverendissimę causam fidei quam frater Iacobus de Hochstraten sacrę theologię professor ex zelo dei istic prosequitur rogans ut in expeditione iusticię assequenda eadem paternitas vestra Reverendissima illi adiuvamento esse dignaretur. Sperabamus enim negocium sacri generalis consilii Lateranensis diffinitoribus, quorum paternitas vestra Reverendissima dux* (ƒ4b) *et auriga est commissum iri. || Sed fefellit nos opinio et sollicitatione hominum huius sęculi ne id quidem permissum est ut paternitas vestra Reverendissima ex commissione apostolica cum aliis susciperet causę cognitionem decisionemque. Scribit ob id in pręsentiarum sanctissimo domino nostro papę illustrissimus Hispaniarum princeps, dominus meus, ut causę huic quam celerrime finem imponi faciat. Precor ego paternitatem vestram Reverendissimam et per viscera Ihesu christi obtestor ut ipsa murum sese opponat pro domo dei neque sinat causam fidei apud sedem apostolicam tam parvi fieri ut a diffinitoribus consilii generalis avocetur privatimque agatur ubi de forma processus magis quam de causę merito agitur. Fovete quęso pusillanimem theologum et pars fidei pro viribus adiuvate. Non puto opus esse ut causę merita attingam, quandoquidem rem omnem plenissime et subtilissime ex ipso magistro Iacobo audietis. Quod reliquum est cum omni humilitate bonę gratię vestrę me commendo amplectarque pro munere pręclaro si aliquoties dignetur eadem vestra paternitas Reverendissima opera mea uti quam summo desiderio cupio feliciter agere in terris et post hanc vitam calamitosam ad ęternitatis gaudia pervenire. Ex Middelburgo mensis Maii. die .XVI. Anno .M.ccccc.XV.*

---

5 Louanij x. kl'. Ianuarias. b. 13 *Item Latine in* b. = Beſchyrm. fol. ſij^{b}. sq. obſeruantiſſime b. 14 humilímam b. pridem per. V. b. 15 de ho: ſacre theo. pro: b. 30 pars *sic 1.* b. 33 reliqum *1.*

Digitized by Google

Nota lector.

¶ *O vos Christiani attendite (obsecro) veritatem et equissimum nostri negocii processum. habemus etenim pro nobis multarum universitatum consilia ac doctrinales sententias, summorumque virorum et in primis Parrhisiensium verissima testimonia, quorum etiam nonnulli una cum inquisitore et coniunctim et divisim sese ad publicam disputationem in urbe Romana contra Iohannem Reuchlin aut alios nescio quos Philocapniones obtulerunt. qui Reuchlinistę per devia et nullitates ambulando nihil pręter strepitum iuris prosequuntur, nec disputare cum illis audent, cum vel silentio, vel alia (nescio qua) conditione totum istiusmodi negocium pervertere conentur.* ¶ *Item quale hoc signum est quod nullam ipse pro se universitatem habet? Est profecto pro eo pessimum. Nam si aliquam pro se haberet, diu proculdubio illam expressisset. Mentitus est igitur in principiis defensionis suę,* || *quod scilicet ipse fecerit triumphare veritatem. Si vero apud suos fecit, non est quod id magni faciamus, cum hoc solo privatorum favore et nullo unquam sit doctorum concilio approbatum. Sententia etiam Spirensium parum ipse aut nihil triumphare potest, cum alter iudicum pro tribunali sese abdicaverit ac plane exoneraverit. Sed hoc iudicibus in urbe Romana discutiendum relinquo.* ||

Consummatio Historię.

Quamquam venerabilis ac eruditissimus vir dominus et Frater Iacobus Hochstraten. hęreticę pravitatis inquisitor in propria persona ad defendendam veritatem et oculare speculum legitime impugnandum Romę comparuerit, et probaverit, seque adhuc latius probaturum exhibuerit, iuxta priores sententias, quod liber Ioannis Reuchlin sit flammis ac publico dignus incendio, tamen nunquam ausus fuit (licet multa de eo mendacia circumferrentur, quod scilicet tot et tot equis Romam profectus esset) in propria persona illuc proficisci, sed solum suis astuciis et per suos nescio quos in continuo labore fuit ut omne ius nostrum impediret et ut silentium (quod nos nunquam petivimus) ab utraque parte pręciperetur. Quod ubi a sede apostolica tali conditione impetrasset, ut stante illic lite ultro citroque scribendi silentium servaretur, ipsemet servare non potuit aut saltem sui quos ipse dissimulanter subornavit, veluti modo (proh pudor nephas est dicere) latius cum męrore et lachrymis explicabitur. ¶ *Priusquam tamen ad hoc deveniam, hoc solum adiecero, quo ad consummationem historię sive totius quodammodo negocii, me nihil aliud dicere nunc amplius posse, quam causam ipsam pendere coram sacrosancta sede apostolica in urbe Romana, sperans et pie credens in Christo Ihesu, quod veritas ipsa tot doctorum sententiis approbata eum sit triumphum ad totius christianę religionis honorem habitura, quem nulla sit venturę posteritatis deletura oblivio.*

Digitized by Google

Protestatio.

¶ *Protestor igitur hoc loco, dehinc iterum atque iterum protestor ac quoad vixero protestabor, me non composuisse hunc librum ad Ioannem Reuchlin aut quemvis alium offendendum sed potius ad optimum quemque informandum, ut veritate huiusce negocii et perspecta et cognita, nobis (in quibus iustam causam habemus) non minus equitatis quam bonę tandem famę munus administret. Quapropter ut hęc boni consulant lectores semper exopto.* ||

Summarium totius negocii tituli principalis Protestatio, in quo Ioannes Reuchlin duce veritate accusatur iniuriarum et quod Silentium ab Cęsarea Maiestate nobis impositum multipliciter ipse prius infregerit.

¶ *Possent boni viri dicere, 'quare tu si aliquid habes adversus Ioannem Reuchlin, iudicio illud publico non agis, ut diffinitiva inter vos decisione per aliquem iudicem ordinarium factam pacem aliquando habere possitis?' Respondeo, me cunctis diebus vitę meę nihil aliud voluisse. Adiungo etiam me ut verum Christianum neque verbo neque facto Ioannem Reuchlin offendisse, nisi fortasse ipse mihi supra quam oportuit iniuriarum ansam ultro meis demeritis minime prędecedentibus porrexisset, veluti nunc paucis explicabimus, etsi passim superius delibata videantur, ut omnes Christiani post mille annos iudicare possint, quam impie quamque indecenter et contra catholici hominis morem contraque boni doctoris professionem mecum ambulaverit.* ¶ *Primo igitur cum sub bona fide (ut supra dictum est) Ioannes Reuchlin me in sua consultatione apud Cęsaream Maiestatem nimis inhumaniter lęsisset, silere ego non debui, etiam duce natura. Ex oblata igitur et mihi et aliis ab Archiepiscopo consultatione legitimam habui occasionem, ut quę privatim et falso susurrarat, ego publice in meo speculo manuali refellerem. Quod cum aggrederer ipsius consultationem minime nominando, omnium me principum nostrorum iudiciis ac diversorum per Alemaniam tribunalium censurę subieci.* ¶ *Quid fecit Ioannes Reuchlin? postquam intellexit suos errores per Archipręsulem Moguntinum (qui verus a Cęsarea Maiestate commissarius ad omnium consultationes aperiendas ac perlustrandas ordinatus erat) patefactos esse, neque sibi confidens neque consultationi suę, immo etiam considerans parum se aut nihil iuris contra me habere, si (ut ego volui) me coram quocunque iudice convenisset, accepit consultationem suam prędposteram, quibus declarationes quasdam et invectivas mendaces adiecit, duplici fuga a sua prole deficiens. quod quam puerile*

---

37 quibus *sic 1.*

Digitized by Google

et ridiculum fuerit, nemo est omnium qui non videt. ¶ *Consultationi itaque sue, defensionibus quoque et invectivis impudentibus titulum Ocularis speculi imposuit. Quo per totam* || *Christianitatem nimis impie per* fiij *impressionem publicato, nec equitatis munere (cui ego me semper coram quibusvis iudicibus subieci) per ipsum observato flammivomum ego meum speculum, teutonice 'dien brantspegel' (velut execrabili lacessitus iniuria et ad illud edendum aptissime provocatus) reverenter in lucem edidi. In quo iterum ego superbam ipsius insultationem variosque errores rebus devici necessariis, cuilibet per Alemaniam iudici (id quod in hunc usque diem nunquam ipse facere est ausus) me humilime subiiciens.* ¶ *Sed quid de me loquar neophito? Doctores equidem ipsi Colonienses et plerique alii sacre theologie professores erroneam ipsius heresim ultro citroque considerantes, omniumque christifidelium saluti prospicere, et suo tandem officio satisfacere volentes, hereticas ipsius propositiones et argumenta longe deteriora veris rationibus impugnarunt. nec defuit huic negocio serenissimus noster imperator qui publico mandato per totum imperium speculum ipsius oculare vendi prohibuit et per publicam supprimi arrestationem, sicuti in precedentibus est enarratum.* ¶ *Hec omnia Ioanne Reuchlin invito considerante, et sine prudentia instar rabidi canis (suos errores pertinaciter seu oblique per ambages defendendo) non solum bonos verum optimos quosque theoninis suis dentibus exasperante, defensionem quandam edidit, verbis aliquantulum concinnam, sed materia turpem ac feculentam. Cui etiam tot insunt mendacia, tot impudentie, tot falsitates, tot sinistre immutationes, tot scandala, tot offensiones, tot denique furoris poetice maledicta et invective, ut si dicere simul illa contendero, me sit Olimpie tempus defecturum.*

¶ *Nunc autem quid ipse feci? bonum pro malo iuxta evangelicam preceptionem reddendo, nec stulto aut rationis inopi stulte respondendo, simul in unum collegi ipsius inprimis consultationem et meum manuale speculum. Deinde speculum eiusdem oculare integrum et meum speculum flammivomum una cum defensione ipsius. His itaque libellis hoc modo simul acceptis profectus sum Stutgardiam ad Ioannem Reuchlin, volens ibidem coram ipsius principe aut consiliariis eiusdem stare iuri, et sententiam (modo in quovis errore deprehenderer) vel ad penam ignis expectare. Hec subterfugiens Ioannes Reuchlin neque mihi coram quocunque viro nobili aut optimate loqui audens, interpellavit tandem apud Cesaream Maiestatem ibi tum presentem inter nos ultro citroque silentii observandi mandatum, in quo etiam honorem mihi a se suppressum restitui procuravit, sperans tali modo totum negocium per universum sopiri posse. Ce*||*terum res ipsa longe aliter evenit. Quanquam enim Cesarea* fiij[b]

---

[18] iussit *deest etiam 1.* [19] inuit[9] (*pro* invito) *1.* [25] poetice *1.* [26] olimpie *1.*

Digitized by Google

Maiestas nobis silentium imposuerat, noluit tamen pusillos scandalizari contumeliosa ac plane mendaci Ioannis Reuchlin defensione, et novo pro nobis mandato ad totius christianę religionis honorem concesso malevolam ipsius defensionem et omnia alia quę in istiusmodi negocio edidisset, supprimi et e medio confestim tolli severissime demandavit. hoc itaque mandatum recentius, de quo nullam in suis scriptis mentionem facit, alteri ipsius mandato penitus derogavit. Ego tamen veluti legitimus obedientię filius nihil contra adversarium moliri statuens, immo et ne cogitans quidem, legi et audivi Ioannem Reuchlin silentium nobis a Cęsarea Maiestate impositum et per se et per suos turpiter et supra quam cuiquam credibile est inhumaniter mea scripta semper pręveniendo infregisse. ¶ *In primis igitur ut rationibus omnia probentur, impręssa est quędam infamis sententia per Reuchlinistas omnibus nobis irreverenter illudens, cui titulus 'Nos scubulorum' .et c. Secundo ipse Ioannes Reuchlin nimis inobediens Cęsareę Maiestati post illud silentii mandatum quod anno decimotertio in mense Iunio emanavit, imprimi fecit multas epistolas, et suas et aliorum succisive ad se missas, invectivarum aculeis omnes nos iniustissime pungentes, quas 'clarorum virorum' inscripsit, anno decimoquarto in mense Martio. In quibus quidem epistolis ℔ primo columna prima contra evangelicam pręceptionem ab ipso Bilibaldo (nescio quo) in Nurenberga nimis impie sum lęsus, me et semiiudęum et de terra vi-*

---

[5] cōfeſſim *1.* [18] Est infra repetendus Processus contra Sentimentum Parrhisiense. [23] Epistola, de qua queritur Pfefferkorn, in Illustr. virr. epp. ad Reuchlin. Hagenoæ a. 1519. 4°. editis legitur fol. k iij. Est autem ex edit. a. 1513. hæc: „Bilibaldus Pyrkaimer Ioanni Reuchlin S. Scripsi vir clarissime æstate elapsa cum hinc Treverim abiturus essem, simulque tibi ostendi Demosthenis orationes una cum commentariis ex Venetiis allatas esse. Inde cum reversus essem, a meis intellexi, libros illos ad te fuisse transmissos, utrum vero illos receperis nec ne haud dum compertum habeo. Bene itaque feceris si hac de re me certiorem reddas. Scripsissem confestim post reditum meum, sed vix limini pedem intuleram, tum iterum abire coactus fui, nuncque demum post multos reversus sum labores. Sed quæ scribenda erant brevibus accipe. Prohibuere olim Ephesii nomen scelerati illius hominis qui Dianæ templum succenderat, litterarum monumentis inseri, scilicet ne ex facinore illo nefasto perpetuam memoriam assequutus esse videretur. Tu vero hominem tibi inimicissimum, et qui aliter doctis præcipue ignotus fuisset, libris tuis celebras. Vidi enim nuper libellos tuos a te emissos, in quibus semiiudæi illius mentionem facis, hominis, cuius memoria de terra viventium delenda esset. Sed scio respondes, te non laudibus sed meritis conviciis illum prosequutum esse, et recte quidem, At non vides? id quod antea dixeram, illum hoc pacto famam seu magis infamiam assequutum esse, et quod propriis virtutibus sibi denegatum viderat, id inimici opera quæsivisse, scilicet ut doctorum volaret per ora virorum, nollem itaque dehinc opuscula tua tali piaculo fœdares, præcipue cum nil ad monstrum illud attinerent. Hæc ut amicus qui te ob virtutes tuas innumeras suspicit et vehementer amat scribo. Tu vero quid faciendum sit mature consyderabis. Reperi Treveri antiquitates varias tam

Digitized by Google

ventium (cum tamen Christianus ipse sim) esse delendum crudeliter iudicando. Accedit Ioachimus Vadianus Viennę Pannonię (ut accepi) habitans, qui me male baptizatum scribendo Capnionis causam victricem iudicat et nulli impudentię parcit. Hoc tamen solo Vadianus ipse in eadem epistola plurimum commendandus, quod adversarium nostrum Iovis vult esse interpretem, hoc est diaboli, iuxta eiusdem adversarii in defensione sua prępostęram interpretationem. Subsequitur deinceps ex eodem loco Simon Lazius non minori me vexans contumelia. Adest quoque dux gregis Ioannes Reuchlin qui in iisdem epistolis (in quibus se mutuis laudibus extollunt seque more porcorum fricant) Cuspiniano suo scribens rabido nos latratu et invidentię morsibus invasit. Tertio brevitatis ego gratia taceo me in Moguntia turpiter ab eo pro tribunali lęsum. Quarto, ut brevius sim, omitto multiplicem contumeliam Spirę mihi neophito et insonti (prout in actis constat) iniquissime et || contra Cęsareę Maiestatis mandatum inobedienter illatam. Quinto impressa est etiam denuo mendax adversarii defensio, tum contra silentii mandatum, tum contra illud, quod tam amarulentam defensionem aut potius offensionem (qua totam pęne Christianitatem pervertit) supprimi iussit, quemadmodum in prędcedentibus est enarratum. Sexto, mentionem me facere oportet illius epistolę infamis quam Parrhysiensibus misit, deo ac hominibus ac mihi tandem per aliquot convicia et falsas persuasiones turpissime illudentis. Impressus etiam est Moguntię libellus contra maleficum auctore Ulrico Hutteno igne exustum, in cuius prędfatione et mihi et prosapię meę immerito maledicitur. Tanta nunc est quorundam prohdolor pseudo christianorum levitas, tantaque orthodoxę fidei degenerans audacia .et c. ¶ *Intueantur nunc Christiani omnes quam iniuste Ioannes Reuchlin et contra Cęsareę Maiestatis mandatum, tam per se quam per suos, me in cunctis obedientem penitusque tacentem offenderit. Considerent etiam boni viri quam impudenter contra nos mentiatur in Apologia sua et multis aliis in locis, nos Cesareę Maiestatis silentium infregisse delirans. Provocatus itaque tot ac tantis con-*

Græcas quam Latinas. Ex quibus Græca ista mitto, missurus et Latina si tibi id placere intellexero, tuum itaque erit rescribere. Vale et quæcunque præstare potero, a me fidenter exige. Ex Nurenberga kalen. decembris. Anno M.D.XII."

[2] Vadiani ad Reuchl. ep. legitur in ed. 1513. pagg. hij[b] hiij, in ed. 1519. pagg. k4[b] l. [5] „cum sis philosophus et Iovis per secretissima mysteria inter Germanos interprés". [7] „Exemplar quoddam illius perniciosissimi hominis adversarii tui Capniomastigis Coloniensis apud quendam mercatorem Suevum inveni, qui etiam plurimum veneni ex libello illo famoso in te nomenque tuum suxerat, cui et nomen tuum odiosum et detestabile erat. Ego statim huic venenoso morbillo mederi satagens præsentissimum pharmacum attuli, utpote Apologiam tuam quam legeret petii, Quæ lecta fortiter omne venenum latenter intra pectus irreptum præsentissimo antidoto expulit". [10] Edit. a. 1513. pagg. hij[b] sqq. ed. 1519. pagg. li[b] sqq. [19] Hæc ep. data Stutg. XIII. kal. Iul. a. 1514. extat in Actis DD. Parrh. bj. sq. et in Bulæi hist. univ. Paris. tom. VI. p. 63. sqq. [20] Est in Hutt. Opp. tom. III. p. 345. sqq.

Digitized by Google

tumeliarum opprobriis, novum edidi libellum, cui titulus 'Campana tormentalis', theutonice 'die storm clock', in qua aperte et absque conviciis manifesta veritate convincitur. Hoc autem quam sancte et decenter et de iure etiam naturali (qua vim vi repellere licet) facere potuerim quis non videt? Citatus tamen ab ęquissimo et circumspectissimo (velut Capnion ipse malevolis suis delationibus subornarat) Cesareę Maiestatis fiscali, solo innocentię ac puritatis clipeo me ipse defendi. Nec mirum. Sunt enim camerę imperialis iudices ac ceteri tandem assessores ita iusti, ita etiam et sapientes et boni Itemque fiscalis ipse tam in cunctis solers ac pius, ut personarum acceptores esse non possint neque etiam velint. Quapropter ego eosdem humiliter deprecor in Christo Iesu, ut mihi infinitis quodammodo vulneribus indigne confosso et ob ecclesię honorem graviter laboranti pie compatiantur, ac veritatem ipsam pro me contra nostros adversarios districto iusticię gladio defensent et prędia semper aliorum provocatione respondenti ac temere nihil agenti prorsus ignoscant. ¶ *Prę-terea hoc ipsum adiiciam Eo tempore quo super memorato libello iniuste accusatus essem, profectus sum continuo (quia nil conscire sibi, nulla pallescere culpa) ad serenissimum nostrum imperatorem cum litteris pro-*
ſiiij[b] *motorialibus ducisse de Monychen sorore ipsius nobilissima et op||tima. Inter pergendum autem scripsi Augustę unas litteras quas adversario meo aut potius in Christo fratri tabellarius Stutgardię presentaret, ut si aliquid iuris contra me haberet, aut si tormentali mea campana aliisve meis scriptis indigne lęsus videretur, me neophitum et Christi tyronem vel coram Cęsarea Maiestate vel consiliariis eiusdem circumspectissimis atque optimis iuridice conveniret. Verum Capnione nostro illuc non veniente, nec via iuris quicquam me contra statuente, magnam Augustę contumeliam a Iudęis sum perpessus, ita etiam (proh pudor nephas est dicere) ut inimici crucis Christi, nobis omnibus illudentes, solum Ioannem Reuchlin velut suum contra nostram religionem patronum ac defensorem in cęlum tollerent.* ¶ *Si vero aliquis mihi obiecerit 'Tu minime dignus ut tecum talis ac tantus vir iuridice quicquam agat, eo quod te macellarium in Iudaismo et ob crimen pecunia redemptum Reuchlinistę suum temeratorem sequentes ingeminent', Respondeo per tribunal salvatoris nostri futurum, hęc omnia a perfidis Iudęis false excogitata et ab impiis Christianis in contumeliam mei nominis (ut latius infra probabitur) nimis indigne promulgata. Cessent igitur talia nobis obiectare quę nihil ad rem faciunt. Nam uter nostrum sit melior, soli deo est notum, qui non verborum pompam aut oratoriam luxuriem, sed nudam dumtaxat veritatem intuetur. Hoc tamen ausim de meipso citra iactantiam profiteri, meos libros a nulla unquam universitate fuisse damnatos, adversarii*

[17] nil c.] Horat. ep. I. 1,61. [19] sorore *et c. sic 1. non genetivi.* [31] Non in hac Defensione, sed in *Streydt puechlyn* latius hæc probare studuit Pfefferkornus.

Digitized by Google

vero non modo damnatos, verum et publice haud indecenter combustos. Quod in nobis quale sit probitatis signum non est meum iudicare. ¶ *Nunc finem huic summario imponamus. Postquam orthodoxę fidei negocium ut multa alia quę superius sunt explicata transeunter omittam, ad sacrosanctam sedem apostolicam per viam appellationis a reverendo inquisitore est devolutum, sollicitavit Ioannes Reuchlin in urbe Romana, ut stante illic lite ultro citroque silentium imponeretur. Quo facto, et id nobis ite observantibus, Reuchlinistę ipsi servare recusarunt, et velut rebelles atque inobedientissimi sacrosanctę sedi apostolicę, finem illic negocii sacratissimum ultimamque decisionem expectare noluerunt, sed nos omnes scribendo turpiter prevenientes, neque postremo ipsum, ad hoc presens opus edendum temerario ausu, ultro ac minime lęsi provocantes, per totam Christianitatem suam execrabilem hęresim ac diabolicum virus in ecclesię scandalum omniumque nostrum infamiam effuderunt. Hęc omnia modo declarabuntur, ut iusto tandem iudice vincat veritas et nepharii homines quorum* ‖ *nomina non sunt expressa meritam quandoque suę temeritatis penam et maledictionem a Christi in terris vicario consequantur.* (a4)

De epistolis obscurorum virorum et de protestatione principali in titulo libri posita, me scilicet incredibili adversariorum malicia provocatum, ut rupto per illos silentio hanc invitus ederem apologiam.

¶ *Nunc autem ut premissa ostendam, ego primum conqueror deo et hominibus, cęlo et terrę, quantis ego perditorum hominum contumeliis aut unius fortasse nebulonis malicia lacessitus, hunc meum librum catholicum et minime famosum ad Christianorum omnium informationem edere procuravi. Impressę sunt igitur intra annum et silentii tempus epistolę aliquot famosissimę et infames quę obscurorum virorum inscribuntur, in quibus ego ceterique viri prestantissimi et optimi qui se unquam sacratissimo fidei negocio pro me et ecclesia dei interposuerunt mirum in modum exulcerantur. Inscribuntur autem (ut dixi) obscurorum virorum ut libri frontispicio non modo seipsos infames redderent, verumetiam neque cęlum neque terram extimescentes, nulli parcerent impudentię, per mille mendacia ac blasphemias, tum in ecclesiam dei, tum in sanctos eius, tum in optimum quemque minis apostatice debacchando, ita etiam ut neque Iudęi, neque heretici, neque Sarrhaceni, neque Thurcorum nebulones, aut scorta multorum annorum, immo et ne inferi omnes, tanta maledicta tamque mendaces invectivas et publica tandem scandala excogitare possent. Quod ut luce clarius ostendatur, pauca sunt e multis adnotanda quę instinctu maligni spiritus absque suorum nominum et loci professione (id quod levissimorum est hominum) in lucem edere non erubuerunt. In*

[34] minis *1.* (*non* nimis)

Digitized by Google

prima igitur ridicule peierat per nomen dei. In secunda sacrarum litterarum interpretes perfidis Iudęis comparat et in eadem sanctum Petrum cum suis clavibus irridet. In quinta ironice et derisorie scribit in sanctum spiritum. In septima ridicule loquitur de indulgentiis sacrosanctę sedis apostolicę. In undecima et in duodecima per irrisionem iocatur de sacro sancti spiritus officio ac gratia eius. Itemque de tunica domini contra Treverenses et quod beatus Hieronymus non sit de stylo evangelii ac multa alia contra ecclesię doctores, quod scilicet ea quę scripta sunt in libros sententiarum sint fantasię, satis impudenter effudit. In duodecima scribitur de summo pontifice moderno quę nunquam fortasse cogitavit et in eadem non erubescit mentiri de Cardinalibus, Episcopis et consistorii auditoribus, quod multa munera ab inquisitore nomine nostro acceperint, velut ęquissimi viri in sacro fidei negocio corrumpi pos-
(M4b) *sent.* ‖ ¶ *Item in eadem epistola sancto Thomę quodammodo illudens sanctissimum dominum nostrum papam his verbis insectatur 'Si (inquit) non timerem excommunicationem, ego vellem dicere quod papa erraret'. In decimatertia blasphematur in spiritumsanctum et hoc in materia luxurię, cui nihil peccati contra determinationem ecclesię et sanctorum patrum decreta ascribitur. Fit quoque ibidem multipliciter abusio sacrarum litterarum. Proinde quę virgini Marię ab ecclesia attribuuntur, meretricibus ibidem indecenter applicantur. In eadem dicit turpem amorem esse charitatem, et talem charitatem esse deum, et ergo concludit amorem non esse malam rem, quin potius deum esse amorem luxuriosum. In .XIIII. Scotum deridet propter frequentem missarum celebrationem. In .XVII. de Esticampiano (nescio quo) loquens quadraginta ad minus mendacia contra almam nostram universitatem in rebus ridiculis mentitur. In .XVIII. quędam rythmata octo linearum in derisionem sancti Petri principis apostolorum sunt composita velut ultimus versus indicat. In .XIX. turpissima quędam rythmata contra sacrę theologię doctorem nuper defunctum et qui nihil in vita mali a quoquam commeruit nimis impudenter atque alteri (id quod peius est) falso illa ascribens ore suo venenato effudit. In .XXI. nimis multa mentiendo quoddam in re turpi de sancta cruce figmentum ponit. In vicesima secunda epistola, Primo Rythmatice et ironice ut alteri illudat cum gloria domini nostri et eius resurrectione iocatur. In eadem inducit alium (nescio quem) dixisse, et tamen metipse dicit, quod tunica domini in Treveris non sit tunica domini, sed una antiqua et pediculosa vestis. In eadem etiam habetur nullum beatę Marię virginis crinem esse in terris. Itemque quod beatissimi tres magi et reges inclytissimi sint tres rustici ex Westphalia. In eadem dicit se velle merdare super indulgentias prędicatorum, et hoc*

---

[9] in libros *sic 1.*

Digitized by Google

modo infamat sacrosanctam sedem apostolicam, a qua tales ipsi indulgentias habuerunt. In eadem dicit Theologos nostros esse diabolos et Parrhysienses esse iniquissimos iudices, eosque (id quod falsissimum est) a nostris pecunias accepisse. Item dicit in eadem quod Thalmud non sit ab ecclesia damnatus, cum tamen beatus Gregorius et alii pontifices, ut universitates ipsę testantur, illum condemnaverint .et c. Item in eadem epistola ponitur quod Fortalicium fidei est merdosus liber, nihil penitus valens et quod nemo illum allegare sit solitus, nisi aut stultus sit aut fatuus .et c. O impudentiam hominum sceleratorum O perfidiam pseudo christicolarum qui tam perdita tamque perversa, || nobis in scandalum et a2
Ioanni Reuchlin in vanam gloriam, aut rectius (ut cum sapientibus loquar) ad immortalem infamiam cachinnando protulerunt. Hoc igitur postremum defendendum relinquo toti ordini Minorum sancti Francisci, ut illud sacris impugnationibus inultum non omittat.

In vicesima septima epistola, ponuntur quędam, quę ut ego audio sunt omnium pessima. Confunduntur enim sacra prophanis et turpissima fit in eadem sacrarum litterarum abusio concordantiam faciens inter fabulas poetarum et catholicam scripturam. Hęc sunt igitur obscuri illius nebulonis verba quę nunc sequuntur. ¶ De Phitone (inquit) serpente quem interfecit Apollo, scribit Psalmista 'Draco iste quem formasti ad illudendum ei'. Et iterum 'Super aspidem et basiliscum ambulabis'. De Saturno qui supponitur homo senex, et pater deorum comedens filios suos scribitur ab Ezechiele 'Comedent patres filios in medio tui'. Diana significat beatissimam virginem Mariam ambulans cum multis virginibus hincinde. Et ergo de ea scribitur in Psalm. 'Adducentur virgines post eam'. et alibi 'Trahe me post te, curremus in odore ungentorum tuorum'. Item de Iove quando defloravit Calistonem virginem, et reversus est ad cęlum, scribit Mat .XII. 'Revertar in domum meam unde exivi'. Item de Aglauro pedissequa, quam Mercurius vertit in lapidem, illa lapidificatio tangiturIob. .XLII. 'Cor eius indurabitur ut lapis'. Item quomodo Iuppiter supposuit Europam virginem, etiam habetur in sacra scriptura, quod ego ignoravi prius, quia sic dixit ad eam: 'Audi filia et vide et inclina aurem tuam, quia concupivit rex speciem tuam'. Item Cadmus quęrens sororem suam, gerit personam Christi, qui quęrit suam sororem, id est animam humanam, et ędificat civitatem, id est ecclesiam. De Actęone vero qui vidit Dianam nudam, prophetizavit Ezechiel cap. XVI. dicens 'Eras nuda et confusione plena, et transivi per te et vidi te'. Item non est frustra a poetis scriptum quod Bacchus est bis genitus, quia per hoc significatur Christus qui etiam est bis genitus, uno modo

---

[15] *Immo* vicesima octava. *Inde ab hoc loco Pepericorniani epistularum numeri uno minores sunt.* [17] faciens *sic 1.* [24] ambulans *sic 1.*

Digitized by Google

ante sęcula, et alia vice humaniter et carnaliter. Item Semele quę nutrit Bacchum, significat beatam virginem, cui dicitur Exodi .II. 'Accipe puerum istum et nutri mihi, et ego dabo tibi mercedem tuam'. Item fabula de Piramo et Thisbe sic exponitur allegorice et spiritualiter: Piramus significat filium dei, et Thisbe significat animam humanam quam amat Christus, et de qua scribitur in evangelio 'Tuam ipsius animam pertransibit gladius' Lucę .II. Sic Thisbe interfecit se || gladio amasii sui. Item de Vulcano qui eiicitur de cęlo, et efficitur claudus, scribitur in Psalm. 'Expulsi sunt nec potuerunt stare' .et c. ¶ Hęc prędicta quam sint scandaloza et apostatice conscripta nemo est omnium qui non videt. In .XXVIII. epistola per derisionem abutitur sententiis evangelicis. In .XXIX. de ascensione domini et extremo iudicio fit sacrilega enarratio et omnibus apostolis ac beatę virgini ridiculosa illusio. In .XXX. mentitur papam dedisse indulgentias in rebus inutilibus et maximam facit illusionem sancto Bonaventurę. In .XXXIIII. inter alia mendacia ridicule loquitur de sale benedicto et aqua benedicta. In .XXXV. ponuntur ea quę vix essent dicenda in prostibulo. In .XXXVI. in principio ridicule in sacrum baptisma loquens mentitur Erphordenses determinasse, quod quando Iudęus fit Christianus quod tunc renascitur ipsi prępucium. In ultima epistola omni iniquitate plena scribit se esse crinizatum ad pudenda sua per unum monachum, et alia quędam zodomitica nephanda auditu et pro quibus debetur pena ignis, turpiter effundit. Derisorie etiam loquitur de sale benedicto, et rythmatice ac ridicule orare docet per nomen Ihesu christi et beatos evangelistas .et c. ¶ Omitto alia quę falsissime ac impudentissime in illis conscripta sunt, verum quo auctore et quibus tandem chalcographis edita, non multo post elucescet. Delitescunt enim sub umbris, nec quispiam nobilitate excusandus videbitur, quin potius suis maioribus degenerans, posteris omnibus suę ignobilitatis relinquet exordium. Nec dubium, quin mortis hora sese nunquam talia scripsisse sint desideraturi. Itemque quantum ego ex aliis fide dignis intellexi, a nullo unquam sacerdote in vita absolvi poterunt, quum talia et tam grandia scelera nunquam dimittantur nisi prius publica reclamatione sint deleta. verum hęc sacrarum litterarum doctoribus et inprimis sacrosanctę sedi apostolicę discutienda relinquo. Ceterum ob hęc maledicta, ecclesię catholicę contumeliosa, et nunquam in bonam partem a bonis exponenda, sic libet ad summum pontificem Christi vicarium ac reliquos ecclesię principes exclamare.

Exclamatio ad summum pontificem et ad omnes totius ecclesię prędides.

¶ O beatissime pater, omnium errorum extirpator et cęlestis regni claviger O reverendissimi Cardinales, clarissima mundi lumina O piissimi

[27] *Hoc in Huttenum dici ambiguum non est.*

Digitized by Google

totius christianę religionis antistites, si hęc || *fiunt in viridi, quid tandem* Mij
fiet in arido? O pontifex optime maxime, si tam nephanda stante istic lite coram sanctitate tua a Reuchlinistis pręventione nequam et apostatico ausu perpetrantur, quid obsecro facturi sunt postea, si fidei negocium, a multis nunc universitatibus doctrinaliter decisum, veram iusticię executionem non consequatur? Nam ubicunque talis ac tam caliginosus fumus insperato exhalat, maximus ibi confestim exurgat ignis est necesse. quod ne fiat tuę erit sanctitatis quamprimum providere. Faxit quoque deus, ne veterum aut eliminatorum sectis nova nunc Reuchlinistarum secta superaddatur, neve posteriora sint prioribus longe deteriora. verum hac de re satis.

Expurgdtio infamię quę mihi falso ex instinctu Iudęorum a perversis Christianis est imposita.

¶ *Iam audivimus, quomodo auctor epistolarum obscurorum virorum deum omnipotentem et totam universalem ecclesiam nimis scandaloze offenderit, id quod omnibus iniuriis quę hominibus accidere possunt, longe est anteponendum. Audiamus ergo et nunc propositum nostrum quomodo ego sum lęsus illis epistolis, ut tota ecclesia iudicare possit me iustam causam et habere et habuisse hanc meam defensionem edendi. Ipse enim summus pontifex non nobis solum duobus silentium ad tempus imposuit, sed omnibus ab utraque parte, sicut superius est enarratum. In epistola igitur vicesima tertia et tricesima quinta (ut plerasque aliarum*[7] *illusiones et contumelias omittam) infamem me facere conantur, multa enormia mihi scelera imponentes, quę ego tempore Iudaismi ante baptismum perpetrassem et illa se dicunt ex Iudęis accepisse, ex quorum perfidorum verbis boni Christiani facere testimonium non possunt, nisi fortasse magis credendum sit (id quod esse nunquam potest) inimicis crucis Christi quam summo imperatori ac primatibus Alemanię multisque aliis Christianis, tam principibus quam civitatum rectoribus qui meę probitatis testimonia patentibus suis litteris et sigillorum appensione luce clarius expresserunt, quas etiam penes me habeo et salvatore nostro auspice posteris meis sum relicturus.* ¶ *Ego quoque ingenue fateor, me nunquam aut accusatum, aut in ius vocatum fuisse ob aliquod patratum scelus, aut de quovis etiam crimine pro tribunali* || *convictum, quod qui credere noluerit, qui-* Mij
que vel super minima infamia aliquid conari contra me voluerit, mihi coram notario et testibus imponat aut coram quocunque iudice me citari faciat, et ego me ab omni mediusfidius infamię nota liberum reddam. Naturali igitur iure probus censeri debeo donec contrarium probetur. ¶ *Item tertio, non est credendum illi vel illis, qui sua nomina*

[7] *Moneo anno 1516. hæc scripta esse.* [29] Eiusmodi testimonia exhibent *Streydt puechlyn* a. 1516. ed. et *Eyn mitleydliche claeg* edita m. Mart. a. 1521.

Digitized by Google

non confitentur: possent enim tali modo et in summum pontificem et in Cęsaream Maiestatem omnesque alios mundi principes nequissima expui. ¶ *Quarto non est mirum si Iudęi me infamare conentur, cum ego omnem eorum maliciam (id quod Christianis proh dolor quibusdam immerito displicuit) in meis opusculis et scriptis verissime patefecerim.* ¶ *Quinto, fuerunt duo Iudęi, qui mihi furti infamiam imponere voluerunt, non tamen eo modo ut obscuri contra omnem honestatem cogitarunt, sed ex invidia dumtaxat et execrabili malicia. Nomine igitur meo ad cameram imperialem citati triginta mihi aureos florenorum pro expensis dare coacti sunt et publicam facere revocationem, sicuti per ipsos iudices camerę imperialis probare possum.* ¶ *Sexto, me natum profiteor ex optima Iudęorum progenie et ab ipsis tum Iudęis valde amatum fuisse, veluti testibus idoneis semper probare possum et maxime illorum qui intra paucos annos sunt baptizati.* ¶ *Septimo. Cum Iudęus essem, vixi Iudęorum more, feci quę alii fecerunt, semper tamen citra cuiuscunque infamię nęvum, quia ut in proverbio dicitur, inter lupos conversantem ululare oportet. postea vero ubi Christianus sum factus, me in fide catholica et in vita et in moribus et in omnibus meis rebus fidelem ac iustum ab omni infamię macula prędservavi, quemadmodum litteris serenissimi nostri imperatoris et aliorum principum, nostrorum etiam et senatorum et consulum, optimorumque sine numero virorum testimonio probare possum. Hoc tandem adiiciam non esse Christianum in terris, qui expresso suo nomine mihi aliquod crimen iuste aut vere imponere audeat. Quę igitur in duabus illis epistolis contra me et contra uxorem meam scribuntur, turpissime sunt et mendacissime excogitata, a Iudęis libentius quam a pseudo christianis ferenda.* ¶ *Octavo Si aliqua unquam infamię malicia mihi vere imposita aut unquam in me vel a nostris vel ab aliis cognita fuisset, nunquam venerabiles domini civitatis Coloniensis et ęquissimi provisores me in hospitalarium maioris hospitalis delegissent.* ¶ *Ex his igitur et*
Miij *aliis non bene sentit Ioannes || Reuchlin, neque Reuchlinistę quidam sapienter loquuntur, me non esse dignum cum quo iuri stare debeat, nam quanto peior ipse forem, tanto facilius me posset convincere et iuridice convictum postea diffamare, id quod Ioannes Reuchlin in hunc usque diem nunquam attentare est ausus. Verum hac de re satis.*

Exclamatio ad imperatorem.

O inclytissime ac clementissime imperator, qui omnia iura in scrinio pectoris tui conclusa tenes et nulli unquam pio iusticiam denegasti, intuere obsecro quam impie, quam scandaloze ac plane mendaciter me servum tuum fidelem (ut nosti) in cunctis sollicitatorem infamare conati sunt, neque

---

[9] flox 2. [29] Ioanes 1.

Digitized by Google

Cęsareę Maiestatis tuę mandato, neque apostolicis postea decretis, una cum suo Capnione obedientes inventi. O Christianissime atque invictissime imperator, tu maxime omnium novisti, quot labores, quot onera, quot miserias, quot incommoda, quot denique calamitates, tum per immoderatam aeris intemperiem, tum per apertissima mortis pericula, tum per extremam omnium desolationem cum mandatis Cęsareę tuę maiestatis in sacratissimo nostro negocio contra perfidissimos Iudęos anxie nimis desudando, sim perpessus. Novit quoque serenissima maiestas tua quę mihi innocenti et catholico homini proposuerit, cum ego te dominum servus sequerer, ex Brussel Spiram versus cum summa maiestate proficiscentem. Sic enim inter cetera dixisti mihi tecum ad aliquot miliaria equitanti 'Dilecte Pfefferkorn patientiam habe ad tempus cum adversariis tuis et laudabili fine cuncta tandem terminabuntur. Habui patientiam, o inclytissime imperator, et supra quam dici potest intolerabilia quędam indigne sum perpessus. Ego itaque alogus manens polylogos reperi, et nemini nocens iniustos sensi malefactores. Quod ut verum esse probetur, o clementissime Cęsar, itemque ut omnes Christiani qui sunt et qui futuri sunt vero verius credant (licet superius in summario nostro satis sit enarratum) me fecisse triumphare veritatem, vexillum hoc loco victorię per figurę modum subiiciam, in qua luce clarius videbitur Ioannem Reuchlin semper fuisse et scribendo et offendendo priorem, meque non nisi provocatum ac impie lęsum aut scripsisse aut attentasse quicquam. ¶ Hoc etiam est toti mundo considerandum, quod in omnibus meis scriptis semper me subiecerim rigori ac severitati iuris. ||

Figura veritatis in qua ad oculum patet Ioannem Reuchlin in omnibus suis scriptis et factis semper fuisse reum originarium. Viij[b]

¶ *Consultatio prępostera Ioannis Reuchlin fons et origo omnis mali ac totius nostrę contentionis, ab Archiepiscopo Moguntino, imperiali ea in re commissario et suis et mihi legitime communicata. In qua supra datam fidem ac contra veritatem antea cuidam nobili a se professam me Pepericornum apud Cęsaream Maiestatem proditorie redarguendo diffamavit, ut in prędcedentibus est enarratum.*

¶ *Sequitur speculum meum manuale Moguntię a me compositum et ibidem impressum, in quo scripsi contra Ioannem Reuchlin iusta occasione motus et indigna lęsus contumelia, non nominata tamen ipsius a me consultatione.*

¶ *Contra illud imprimi fecit Ioannes Reuchlin suam consultationem*

---

[15] *Tungrensia Græca.*

Digitized by Google

cum irritis quibusdam declarationibus et impudentissimis invectivis, quibus nomen imposuit speculum oculare.

¶ *Viso speculo oculari, multis quoque in me conviciis atque in genere mendaciis ex integro perspectis Speculum ego flammivomum (Theutonice 'dien brantspiegel') ad defensionem mei honoris in lucem emisi, pro mea parvitate insultanti renitens.*

¶ *Deinde Ioannes Reuchlin sua minime contentus malicia, sed malum malo exaggerans defensionem quandam non modo in me turpem, sed in optimos quosque turpissimam ac plane mendacem dimulgavit, qua etiam innumeris quodammodo mendaciis et sinistris (ut supra dictum est) persuasionibus totam fere Christianitatem obumbravit.*

¶ *Item non contentus sua malicia, silentium nobis a Cęsarea Maiestate impositum turpissimis quibusdam clarorum (ut ipse ait) virorum epistolis a se publicatis multisque aliis modis, ut in summario est dictum) nimis inobedienter infregit.*

¶ *Multipliciter igitur ac plane crudeli iniuriarum contumelia provocatus, novum libellum edidi cui titulus Campana tormentalis, in quo sicut in omnibus aliis scriptis me obtuli vel ad penam ignis cum adversario iuri stare velle.*

¶ *Silentio tandem nobis a sanctissimo ad tempus imposito, Athanasium ipse suum edidit, in cuius prefatione satis expresse in nos omnes contumeliose animadvertit. Sed illo nunc omisso, novus sine auctore libellus prodiit maledictus quidem omniumque famosorum famosissimus, cui titulus Epistolę obscurorum virorum, cuius materia quam sit sacrilega satis in precedentibus est explicatum.*

¶ *Obscuris itaque viris cum suo assecla, plus equo, ut paulo ante dictum est, contra christianum morem desevientibus, ego hanc meam defensionem minime famosam ad bonorum omnium instructionem ac mei tandem nominis honorem composui, ut tota Christianitas perpetuo iudicare possit, me semper provocatum respondisse.*

¶ *Finis.* ||

4) *Responsio ad argumentum quorundum contendentium Ioannem Reuchlin non composuisse Obscurorum virorum epistolas, quod licet ita esset, nihil tamen ad rem facere potest.*

O beatissime pater, O reverendissimi Cardinales, O christianissime atque invictissime Imperator, possetis quidem obiicere mihi servo omnium vestro 'Non est quod Ioanni Reuchlin imponas execrabiles Obscurorum virorum epistolas. indignatur potius illas esse editas quam glorietur'.

---

[9] dimulgavit *sic 1.* [20] Athanas. edid.] *Tubingæ a.* 1514. 4°. *Questenbergio dedicatum.*

Digitized by Google

Respondeo Ioannem Reuchlin longe deteriora his fecisse. Primo igitur si me tradidit supra datam fidem stante nostra amicitia, ut supra probatum est, et litteras Urię me postea ad Cęsaream Maiestatem iussu archipręsulis ferre oportuit, non mirum, si tempore nunc inimicitię tales litteras ipse effuderit. ¶ *Secundo. si in sua consultatione, plus quam oportuit et curiosa et prolixa, ausus fuit sub bona fide scribere multa mendacia serenissimo nostro imperatori in favorem Iudęorum contra Christianos, et deinde longe plura in execrabili sua defensione, minime dubium, quin etiam pie credi possit Ioannem Reuchlin vel per se vel per suos impudenter illas expuisse.* ¶ *Tertio per signa argumentabor: In oculari enim speculo Ioannes Reuchlin comparat humanitatem Christi habitui meretriceo, sed in epistolis obscurorum virorum beata Maria virgo immaculata comparatur Europę, concubinę Iovis. Itemque adversarius noster in sua offensione insimulat implicite uxorem meam honestissimam (una cum sua matre ac prolibus ad fidem catholicam feliciter translatam) turpis sibi involucro adulterii, et idipsum multo turpius in epistolis obscurorum exprimitur. Qua propter eodem illa fonte derivari dicere forsitan non iniuria possem.* ¶ *Quarto execrabilium illarum epistolarum auctor exposuit se periculo corporis et animę, nec ab aliquo unquam sacerdote (nisi publice nomen suum confiteatur, et cuique suum honorem reddat) absolvi poterit, id quod mortalium nemo adoriretur nisi vel ab adversario nostro subornatus aut summus eiusdem amicus foret.* ¶ *Quinto, si fateri verum licet, Epistolarum ille codex est simpliciter et de plano (ut dici solet) in illius laudem, et scandalum meipsius omniumque nostrum impudentissime compositus. Ex quo tale argumentum trahitur Ioannem Reuchlin vel per se vel per suos rem tam nephariam tamque sacrilegam sine fronte commisisse.* ¶ *Sexto. nullum neque habui neque habeo quod sciam sub cęlo inimicum, pręter solum Ioannem Reuchlin. quomodo igitur || hoc negaverim, tanti ipsum criminis aut reum esse aut conscium.* (N4b)
¶ *Septimo possem fortasse non indecenter affirmare, Ioannem Reuchlin obscurorum esse auctorem, cum talia nobis ante aliquot annos eventura in suis ad nos epistolis sit comminatus. Scripsit enim conterraneo suo, excellentissimo Agrippinensis academię in theologia doctori, Anno a natali Christiano M.cccccxii. quinto Idus martias hęc verba: 'Accedent (inquit) post manum validam poetę et historici, quorum hoc tempore magna copia vivit, cum ęterna vestri gymnasii ignominia'. Hęc inter cetera intemperanter effudit. Et hoc modo feda obscurorum colloquia magis ipsum, quam tot universitatum doctores aut me denique neophitum, hoc est novum Christi germen, coram sapientibus scandalizarunt. Nam per*

---

[32] *Hæc Reuchlini ad Collin ep. est in Illustr. virr. epp. ad Reuchl. Hagenoæ a.* 1519. 4°. *edd. pagg.* r 4b.5. Cf. Arnoldi de Tung. Articull. s. proposs. pag. Aij.

Digitized by Google

Reuchlinistarum quorundam convicia non iustificatur causa ipsius Reuchlin, quia (ut ab aliis intellexi) Allegare inconveniens non est solvere .et c. Intelligenti satis. ¶ *Octavo. licet adversarius noster illas (si ita volumus) non composuerit, debebant tamen Reuchlinistę quidam degeneres (non de omnibus loquor) parcius mecum egisse, aut rectius scripsisse nihil. Nam imperator ipse christianissimus et summus denique pontifex (ut pauloante est enarratum) non nobis solum duobus, sed omnibus in genere silentium ad iusticię executionem imposuere. Iniquissime igitur et infinitis pęne iniuriis, incredibilibusque mendaciis, in fornicibus proculdubio altis atque auctis, ad respondendum provocatus hanc nostram apologiam non indecenter in lucem dedi. Quapropter Antiphates ipse Capnion ac reliqui Philocapniones non modo gravissimam Cęsareę maiestatis censuram, verum indelebile sacrosanctę sedis apostolicę maledictionem incurrerunt.* ¶ *Postremo ut paucis finiam, Fumulus et Obscuri non illepide simul conveniunt Sicut enim fumulus nihil in se luminis habet, sic etiam obscuri veritatis lumen sentire non possunt. Verum hac de re satis, modo iusticię ac veritati favor non officiat.*

Notate impudens quorundam mendacium.

¶ *Dicunt nonnulli causam nostram contra Ioannem Reuchlin non esse causam fidei sed invidię. Hoc profecto falsissimum est. Nam nulla unquam contentio inter ipsum et nostrates fuit, veluti multis epistolis ultro citroque in charitate non ficta missis luce clarius ac vero verius probari potest. Itemque ut de meipso loquar, non egi quicquam contra* || *eundem, aut contra Iudęos invidia motus, quia non hunc aut illum, sed omnes simul Iudęos, tam notum quam ignotum, iustissimo zelo persecutus sum. Nemo igitur falsum loquatur in ecclesię scandalum, ne sero postmodum pęniteat.*

Contra eos qui male dicunt me non esse dignum cum quo Ioannes Reuchlin debeat stare iuri.

¶ *Imprimis protestor et dico non omnes eos continuo malos esse qui adversario nostro favorem prestant aut illi etiam adherent. Ignoranter enim peccant. Nam manifestum est christianos aliquot principes et innumeros quodammodo viros tam eruditos quam omnium scientiarum rudes illius vaframento ac dolo malo deceptos esse. Qua propter si boni viri rerum ordinem inter nos ęquo libramine pensarent, iustissimam nos habere causam proclamarent, nec verbum amplius contra nos loquerentur. Bonos igitur Reuchlinistas et ratione informabiles summa prosequor be-*

---

34 rides *1.*

Digitized by Google

nevolentia, nec quovis modo in hac nostra defensione offensos velim. Oro etiam atque obsecro humiliter reverentiam omnium vestram et maxime per meritum passionis domini nostri Iesu Christi, ut mihi iampridem baptizato in his dumtaxat favere velitis, in quibus aut recte loqui aut minus iniuste sensisse dignoscar.

¶ *Ad propositum ergo. sunt qui male contra fraternam charitatem inclamitent, me non esse dignum, cum quo Ioannes Reuchlin iuri stare debeat, tam inepta obiectione ipsius nequitiam excusare volentes. O pectora cęca, o sententiam omnibus bonis detestandam. quid obsecro hoc est si iniusticia non est? Nemo tam bonus, qui spreta iuris formula sibi ipsi adiudicare quicquam possit. Si a me lęsus est Ioannes Reuchlin, si occultam ipsius consultationem prodidi, si contumeliis iniuste affeci, si male scripsi, si quovis modo deliqui, quare me non vocavit in ius? 'quia laicus' inquit 'et homo indoctus minime dignus est in quem iure quicquam agam. Execrabilis inquam hęc responsio est. Sic enim omnia iura, et divina et humana confunderentur, sic nulla esset constans iusticię voluntas quę unicuique redderet quod suum est, Sic omnes tyranni et rei publicę oppressores sibi ipsis inique omnia adiudicantes minimorum semper sanguinem exugere contra naturam possent. Secundo male infertur sic disputando 'Ioannes Reuchlin est vir potens, ergo potest in laicum et in || exiguę 'conditionis hominem pro sua crudelitate debacchari'. Non pugnatur hic gladio, non viribus, non hasta, non progreditur in campum (quod superbię crimen est) cum rege miles, sed de religione, de iusticia, de veritate coram deo et iustis hominibus contenditur.* ¶ *Tertio. Si Ioannes Reuchlin ultro et sua sponte rem ipsam mecum incepit, dignus etiam censebor, cum quo eandem officio terminet ęquitatis.* ¶ *Quarto. Si Ioannes Reuchlin me dignum esse iampridem domi suę iudicavit, ut iuxta ipsius chyrographum ac petitionem novo ipsum christianissimi imperatoris mandato una cum ceteris universitatibus super consultatione quadam contra nonnullos Iudęorum libros habenda per meam sollicitationem inscribi facerem, quare obsecro nunc indignum me iudicabit, cum quo iuris decisionem expectet? Verba sunt nec auditu digna.* ¶ *Quinto. Si Ioannes Reuchlin me nihili modo facere voluit et penitus indignum censere, in quem pro tribunali quicquam agat, debuisset et ipse prius in sua consultatione apud Cęsaream Maiestatem nihil contra me proditorie scripsisse, nec perfidos Iudęos in ecclesię scandalum contra me secreto (ut ipse ait) turpiter defendisse.* ¶ *Sexto. si in suis invectivis et multis aliis in locis dignatur contra me scribere et execrabili calamo publice insectari, quare obsecro id lingua sua coram iusto iudice non absolvit? cum illud sit iniquitatis, hoc vero iusticię solius.* ¶ *Septimo. Ioannes Reuchlin fertur esse legum doctor. quod si ita est, merito lędentem iuridice magis quam per vim opprimere debebat. verum quia hoc in hunc*

Digitized by Google

usque diem nunquam fecit, suę professioni degenerans, seductor potius quam doctor erit appellandus. ¶ *Octavo. non sum reiiciendus ego quia laicus, nec propterea contemnendus, quia sic maxima Christianorum pars reiicienda foret. Et si aliquis obiecerit 'si indoctus es, quare te opponis legum doctori et poetę?' Respondeo Ioannem Reuchlin theutonice scripsisse et articulos nostrę contentionis nulla indigere doctrina, eosque tam esse manifestos et veritati tam clare repugnantes, ut etiam ab uxore mea faciliter convinci possent. Quapropter si unquam ad nos Coloniam venerit, schedulas ipsa omnibus ecclesiarum valvis affigens publicam contra ipsum disputationem inibit, ut si virum detestatur, fortem offendat mu-*
Oij *lierem.* || ¶ *Nono. Si Ioannes Reuchlin iactitaret se meliorem esse Pepericorno, ego id fortasse negarem. Nam ipse pro Iudęis falsissime scripsit, Pepericornus autem vere contra Iudęos.* ¶ *Decimo. mentitur Ioannes Reuchlin me lanium fuisse inter Iudęos. quod si ita esset, non tamen ego ob idipsum contemnendus: beatus enim Petrus piscator fuit et ceteri apostoli piscatores vel omnino indocti.* ¶ *Undecimo. non est fortasse melior Pepericorno Ioannes Reuchlin quia doctus Nam doctissimi sępe viri et arrogantes sunt et pessimi. Non arguit doctrina pravitatem, quod quam sit verum hęretici omnes probant qui semper doctissimi fuere.* ¶ *Duodecimo Si de nobilitate generis est disputandum, ego ex laudabili tribu Neptalim genitus, qua vero Reuchlin ignoro. Hoc autem ex aliis audivi patrem ipsius pauperculum fuisse et antiquarum caligarum resarcinatorem.* ¶ *Postremo. ego probavi Ioannem Reuchlin esse mendacem in sua defensione et verorum temeratorem.*

Et prętерea falsissime idem ipse scripsit, ut supra probatum est, me suam prodidisse consultationem. Ego autem duce veritate dico eum esse proditorem dei et hominum et Cęsareę maiestatis perfidum consultorem. Addo quoque multos publica morte interemptos, qui non tam bene illam promeruerunt sicut ipse, quia non est parvum crimen Cęsari optimo maximo voluntarie et scienter falsum consulere. Facessant igitur blacterantes me non esse dignum cum quo Ioannes Reuchlin iuridice quicquam agat. Christiani enim omnes sumus, nec in administranda iusticia esse apud quemquam debet personarum acceptio. Itemque ut semel finiam Fui honestus et probus tempore Iudaismi, cuius contrarium nunquam probari poterit, sicut pauloante satis copiose est explicatum.

De capitalibus quibusdam mendaciis Ioannis Reuchlin et articulis aliquot sacrosanctę fidei christianę contumeliosis.

¶ *O beatissime pater O vos reverendissimi Cardinales O christianissime imperator, intueamini obsecro paucis quam impie Ioannes Reuchlin non modo in me Neophitum sed in deum ac sanctam ecclesiam multa*

Digitized by Google

conscripserit. Mentitur in primis christianissimum imperatorem demandasse, omnes Iudęorum libros pręter bibliam esse concremandos. || *Mentitur se eiusdem mandato suam pręposteram scripsisse consultationem. Mentitur me expresse in manuali meo speculo contra suam consultationem scripsisse. Mentitur suam a me consultationem esse proditam. Mentitur doctores nostros frustillatim dolo malo eundem librum universitatibus mississe. Mentitur se non esse informatum a theologis sed scribendo pręventum. Mentitur doctores nostrę universitatis mihi fuisse auxilio in libris meis componendis. Mentitur me non esse doctum in lingua hebraica, quod experientia probandum cuilibet relinquo. Mentitur me apud Cęsaream maiestatem Iudęis periculum inferre voluisse corporis et omnium bonorum. Mentitur Iudęos non orare contra nos in oratione Felamschummodym. Mentitur Iudęos paratiores esse nobis servire quam damnum inferre. Mentitur nimis impie sanctorum videlicet scripta doctorum antiquis caligis esse comparanda. Scripsit theutonice Iudęos sententiam diffinitivam acquisisse ut Christum interficerent. Non debebat ita scripsisse, sed iniquam aut falsam illos sententiam consecutos dixisset. Item comparavit humanitatem Christi habitui meretriceo. Mentitur in defensione sua, se fecisse triumphare veritatem. Nullam enim pro se universitatem habet, sed synagogam Sathanę et obscuros homines impudentissimis nebulonibus longe tetriores pro se habere creditur, quod quam sit iniquum nemo est omnium qui ignorat.* ¶ *Ex istis et aliis id genus innumerabilibus mendaciis, quę tam in oculari speculo quam in defensione sua toti noxia Christianitati impudenter expressit, optimi quique considerare debent, tot universitatum doctores non fecisse iniuriam Ioanni Reuchlin, sed sancte ac catholice in eum scripsisse, cum (ut est in proverbio) plus oculi videant quam oculus. Ob hanc igitur causam nemo credat defensioni ipsius, cui quot insint mendacia cogitare poterint pauci, dicere nemo.*

Sequitur quędam prophetia et de novo quoddam prędicante.

¶ *Dicent proculdubio viri boni, nos condolemus tibi iam pridem baptizato ac ceteris diversarum universitatum doctoribus et maxime Agrippinensis academię magistris, tam iniuste tamque impie a tam improvido doctore offensis. Respondeo hoc ante .xx. annos (si bene memini) nobis Coloniensibus a Ioanne Lichtenberger sive peregrino Ruth heremita (cuius prognostica Moguntię tam latine quam theutonice impressa sunt, vati-*||

---

[4] Sed mentitur Pepericornus, si vult se non passim in manuali speculo ita de Reuchlini consultatione scripsisse, ut re vera dici potuisset eum contra Reuchlini consultationem scripsisse. [30] quoddā *1.*

Digitized by Google

Oiij *cinata fuisse. Sic enim scribit folio XVI. 'Attendite o vos philosophi Colonienses, ne lupi rapaces introeant in ovile vestrum Nam temporibus vestris exurgent nova et inaudita in ecclesiis vestris quę almipotens avertat. hęc ille.' Quapropter, o beatissime pater, tuę erit sanctitatis providere ne mala malis cumulentur, neve perfidorum numerus quotidie augeatur ac tandem plus ęquo invalescat. Nam incredibile dictu est quanta mala indies magis ac magis exurgant. quod ne falso scripsisse videar. Nuper enim, nova quędam pręter illa quę in obscuris habentur, nuper impressa legimus in quibus filio et spiritui sancto histrionica cognomina turpiter imponuntur et omnia illa contumeliosissime per hęreticas aliquot in theutonico pravitates deridentur, quę in suggesto a concionatore verbi divini ad salutem christifidelium fieri solent. Sunt autem quę novus ille proclamator (de quibus nunc loquor) imprimi fecit, tam turpia et enormia, ut inter mille Christianos vix unus sit, qui illa absque scandalo audeat pronunciare. Hoc autem verum esse tota testatur Colonia .et c.*

¶ *Quare Iudęi non efficiantur Christiani.*

O beatissime pater, mirari possent boni viri, ob quam causam nostris hisce temporibus Iudęi christianam fidem non acceptent. Respondeo crucis Christi persecutores id acceptare non posse, quod nosipsos deridere aut parvi facere dignoscunt. Ego ingenue fateor, me auxilio divino quatuordecim animas salvatori nostro obtulisse et quinque insuper per me dudum ex Iudaismo offerendas fuisse, nisi scripta Ioannis Reuchlin misere nobis obstitissent. quę tandem quantum boni sint ecclesię procuratura, obscurorum epistolę et alia nequiter conflata testantur. Latro igitur in conspectu domini, immo Christianorum laniator ac mendaciorum faber Ioannes Reuchlin, ut tandem suis verbis (quibus me insontem in suo Hyssopeo false diffamavit) sese non iniuria confossum sentiat.

¶ *De prędicatione quam ego feci in Franckfordia.*

O beatissime pater, ut luce clarius videat sanctitas tua Ioannem Reuchlin plus ęquo favere Iudęis, ipse in fallaci sua defensione littera ℬ *columna secunda in pessimam partem interpretatur quod ego ante templum (ubi cęci et alii mendici cantando sępius obstrepunt) verba ad populum contra Iudęos habuerim. Qua propter ut paucis finiam, me christianum hominem eodem in loco Iudęum aqua tinctum indigne appel-*

Oiij[b] *lans || omnia quę ibidem in me scripsit, nequiter est mentitus. Non prędicavi ego pontificaliter de verbo dei et fide christiana, sed tria solum: Iudęos ad labores ne usuram acciperent, et ad audiendum verbum dei compellendos, et quod ipsi libros suos pessimos merito non retinerent .et c.*

Digitized by Google

¶ *De quadam epistola nephandissima Ioannis Reuchlin.*

¶ *Videamus tandem O beatissime pater, quantum favorem Iudęis prȩstet Ioannes Reuchlin, ita etiam ut quę soli deo sunt tribuenda ac sanctis eius, inimico Christi tribuere non vereatur. Sic enim latine scripsit uni Iudęo post infames quasdam clarorum (ut ipse ait) virorum epistolas, de verbo ad verbum huismodi. 'Domine mi magister, dux meus et notus meus, a me qui desydero et concupisco cernere vultum tuum suavissimum ad delectandum de splendore vultus tui lucentis, audiẽndo doctrinam tuam purissimam' .et c. O beatissime pater, si ego hęc scripsissem, diu forsitan combustus forem. Quomodo potest homo blasphemus et christiani nominis persecutor vultum habere et splendentem et lucentem? Quomodo enim poterit nunc probare execrabilem Iudęorum doctrinam esse purissimam? Nunquam ut opinor. Nam qui purissimam inquit Iudęorum doctrinam, nostram (ut apparet) vilissimam esse fatetur.*

¶ *Quod iste liber non sit famosus.*

¶ *Nunc fortasse turpissimus auctor obscurorum virorum aut quicunque alius A. vel B. ista legens sine ratione proclamabit, hunc librum esse famosum et sese his scriptis lȩsum.* ¶ *Reclamo hoc falsissimum esse. Quandoquidem liber ille famosus non sit qui veritatem dumtaxat profitetur, et eam maxime, qua ignorata tota pȩne Christianitas per devia ambulando in hoc negocio aberrare posset.* ¶ *Secundo non est liber ille famosus qui serenissimi imperatoris mandata, qui sacratissima diversarum universitatum consilia, qui earundem sententias, qui regum, principum aliorumque doctorum epistolas in negocio fidei complectitur. Tertio. non est liber ille famosus, qui componitur in excusationem eorum quę Cȩsareę maiestati per infidum hominem falso imponuntur.* ¶ *Quarto non sunt illa scripta incusanda, quę ad instructionem christifidelium sunt composita, ut qui hactenus ignorant veritatem agnoscant.* ¶ *Quinto non dicetur famosus ille liber cui auctor expresso suo nomine, hoc de sese ipso profitetur, quod si aliquis articulus aut improbari sine captione possit aut vere falsus ac simul nocivus inveniri, ipsum videlicet auctorem tum paratum esse coram quocunque iudice tam sȩculari quam ecclesiastico publicam mortis penam subire, loquendo tamen semper de articulis prȩgnantibus et iudicio syncero et digno iuris strepitu (absque captione, fallacia, dolo ac inani contentione) dignis.* ¶ *Item si aliquis obiiceret 'Tu scripsisti librum famosum imponendo Ioanni Reuchlin terminos quosdam impuros, appellando eum hominem vafrum et levissimum habere perver-*

---

[1] Extat hæc epistula ad præceptorem suum Iacobum Iehiel Loans Iudæum in Illustr. virr. epp. ad Reuchlin. Hagenoæ a. 1519. 4°. pag. m. [29] ignoꝛãt' *1.*

Digitized by Google

tendi modum, Item inconstantissimum, infelicem semiiudęum, falsarium quodammodo mandati imperialis, proditorem, inconstantem, levem, reprobum, pertinacem, fumulum caligantem, mendacissimum, morte dignum et id genus aliis nominibus. Respondeo me sic vel cum gratia vel conditionaliter aut vere loquutum a nullo in malam partem accipi debere. Nam necesse est ut echo voci assonet. Ipse enim in plerisque suis opusculis et libris me centies magis, ut infra in theutonico expressi, et sine comparatione ad hęc nostratia longe turpius immerito et false diffamavit, quod ipsum fecisse ad mortem usque profitebor. Ego igitur qui non potui ex scoria aurum, ex tenebris lucem, ex malo bonum et ex falso verum facere, veritas ipsa' semper tamen cum gratia et reverentia, me sic et non aliter scribere voluit. Quia ut noster Salomon ait Os quod mentitur, occidit animam. Itemque ob id ego non solum spero, sed firmiter credo quod propter hunc meum libellum magnam fecerim utilitatem ecclesię catholicę, ut illa quę sponsa Christi est, tam periculosos homines, tam periculosa eorundem scripta pręcavere feliciter possit. Et hanc ob causam, O beatissime pater, paratus ego sum vel coram sanctitate tua, vel coram concilio generali, vel coram Cęsarea maiestate, Archiepiscopis denique, electoribus imperii, qui Theutones sunt, sententiam diffinitivam ex commissione a Sanctitate tua desuper impetrata super toto hoc negocio nostro expectare, ut iusto tandem iudice vincat veritas.

¶ *Conclusio totius libri et imploratio auxilii a sacrosancta sede apostolica et Cęsarea Maiestate et totius christianę religionis principibus.* ‖

(264) ¶ *O beatissime pater, pontifex optime maxime, O christianissime imperator, O vos omnes ecclesię prędides, legistis modo laudabilem processum totius pęne negocii, veris semper probationibus, rationibus, scriptis, testimoniis et id genus aliis modis cum legitimis protestationibus verissime ac piissime approbatum. Legistis quomodo me citra cuiuscumque offensionem hęc me scripsisse velle et pro veritate solum ad honorem Iesu christi adhuc rationabiliter decertare et nihil aliud quam iusticiam petere. Ob hanc igitur causam et multa alia, quę nunc brevitatis gratia prętereo, ego servulus omnium vester ac minimum, fidele tamen ecclesię membrum, humiliter oro atque obsecro amplissimam benignitatem vestram, ut me a lupis rapacibus indigne lędum et cęcis oppressum favoribus vestra protectione defensetis, ac una cum ceteris christifidelibus intra redemptarum ovium septa reservare velitis. Ego enim Iudęus olim, nunc vero divina gratia in omnibus meis factis, verbis ac scriptis, vita etiam ac*

---

12 metiſ *1.* 21 princibus. *1.*

Digitized by Google

moribus homo sum catholicus, et sine quavis suspitione in omnibus obediens ac fidelis, id quod tota Colonia suo testimonio comprobabit. In istorum confirmationem si sanctitas tua, O beatissime pater, contrarium unquam in veritate cognoverit, deleat me confestim de libro vitę et sempiterną simul morti adiudicet. Si vero iustus, simplex et rectus fuero inventus et in cunctis obediens, obsecro sanctitatem tuam in Christo Iesu, ut tu, pater beatissime, mihi de micis mensę tuę paululum donare velis et tuam gratiam nunquam denegare. Dic ergo verbum et sanabitur anima mea. Amen.

¶ *Lima totius operis et breve correctorium cum declaratione et invocatione quorundam.* ¶ ℬ. iij *linea sexta a fine ascendendo, non copię consultationum, sed ipsę consultationes legendum est.* ¶ *In penultima linea eiusdem columnę dicitur quibus id et c. hoc est quibus aperiendi et perlustrandi negocium commissum fuit.* ¶ ℭ *primo linea* iiij. *in fine legendum est subiectione.* ¶ *Ibidem linea* ꝛj. *legendum est conversationis.* ¶ ℭ *ultimo col. prima linea* iiij. *legendum est loco ut. tot* ¶ ℬ *prim. col.* ij. *de D. Bartho. solum audivi.* ¶ ℬ *ultimo col.* i. *lin.* rrj. *legendum est prosecutis* ¶ ℭ. iij. *col.* ij. *li.* iij. *prim. not. delenda sunt hęc verba Sive ipse. suum ocu.* ¶ ℱ *prim. in illo cap. Cum pastor et c. non ab universitate sed a facul. the. et non universitatis sed facultati leg.* ¶ ℱ. ij. *col.* ij. *lin.* r. *legendum est vniversalis.* ¶ ℜ. ij. *col. prim. in fine. intellige traductiones ocul. spe. convenire quo ad materiam.* ¶ *Item nota signanter.* ¶ *Item ubicunque dixi apostatica, erronea, perversa consultatio, futilis defensio et similia, illa volo intelligi iuxta sententias universitatum.* ¶ *Item quęcunque verba pro iniuriosis haberi possent quibus hic supra et inferius in theutonico non satis respondi, illa revoco, casso, deleo, et revocata censeri volo, salvo tamen in omnibus iure nostro .et c.*

¶ *Eyn duytsche Protestatio Iohansen Pfefferkorn.*

¶ *Dyß buchlyn hab ich gedachter Ioannes Pfefferkorn. zo retung meyner eren yn vergangen tagen yn dem dutschen lassen vßgan Daweyl mich aber dy obscurorum virorum epistolen. als weyt die welt so vnkristenlichen geschmecht vnd beleydiget haben. damit ich aber vur eynen solchen leichtfertigen man nyt gehalten wurde So hain ich das genant dutsch buchlyn mit weiteren mereren ab vnd zo gethanen worten nach mynem eygen willen vnd wolbefallen. in das lateyn vbersetzen lassen. von wort zo wort vorgeben mennichmol verhort. vnd also trucken lassen. vnnd eynen yeden da von. vur aller welt. red vnnd antwert alleyn zo geben bereit byn. des ich mich protesteirt hab vur notarius vnd getzuge .et c.* ¶ *Item tzo eyner weyter erclerunge Wo ich geschreben hab. yrthum. ketzerey. verkiert raetslach. apostetische scrifften. vnd der worten me*

Digitized by Google

gelich. mit namen in der vßlagonge epistolen Io. R. das wyl ich also verstanden haben. als dan dy vniversiteten ym das overtzugen. ¶ *Item. Wo ich den Reuch. durch vnd durch eyn falsarius. ader durch eyn verkierten dichter. ader eyn halben vnseligen luden. ader verreter. ader lugenafftich. truloiß. wert des dotz. vnd des gelichen. we dan in desen buchlin stat. das sal men myr nyt in dem ergesten. sonder zo dem besten keren. vnnd wil das sonder ayniger smach gereth. vnd gethan haben. Nach dem mal er yn seynen mennigerley schrylften hondert mal mer. vnd altzijt schentlicher mit der vnwairheit wyder mich vßgegossen hat. Dieweyl men dan auß swartz nyt wijß. vnd vß logen keyn Wairheit kan machen. so hat er mich dar zo gereytzt dy Wairheit zo schryben. dar bey ich wyl ich steen vnd halten byßmytten in den brant.* ¶ *Colonię. Anno. et c.* XVI.

(©1b) *Ego Ioannes Pepericornus moriturus sum in fide catholica ut bonum, fidelem ac pium Christi servum mori decet. etium si extremam persecutionem ob contenta huius libri (quorum ego solus sum auctor) ab impiis perpeti me oporteret. Lacessitus igitur indigne famosissimis obscurorum epistolis, meipsum duce veritate et sine alicuius offensione defendi. Nam Hieremię vaticinio Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Et melius est incidere in manus hominum quam in manus omnipotentes dei .et c.*

☞ *Vß genomen vnnd hyndan gesetzt. der gewalt vnd der blynd gunst. so kan vnd mag sich Reüchlyn des nyt erweren (wes ich mit ym sunderlichen zů thoyn hab) Ich wyl ym seyn vnrecht mit der wairheit straiffen. dan er hat myr wyder got eir vnd recht. der trůlosen jůden halben. felschlichen vnd verretlichen. vnrecht gethan.*

¶ *Soli deo gloria.*

Digitized by Google

Doctor iohanns Reuchlins
tütſch miſſiue
warumb die Juden ſo lang im ellend ſind.

[Reuchlini ad nobilem epistula sæpius supra (cf. e. gr. pagg. 146. 147.) in Pepericorni Defensione aliisque eiusdem scriptis laudata est **Doctor iohanns | Reuchlins tütſch miſſiue. warumb die Judē | ſo lang im ellend ſind.** quæ sex quadratis foliis, quorum ultimum et pagina secunda a scriptura vacant, anno 1505. apud Anshelmum Badensem prodiit '**Gedruckt zů Pforzheim.**' ut in fine supra typographi signum legitur. Ex qua epistula præter initium ac finem eas partes, ad quas imprimis respexerunt Reuchlini adversarii, omissis sacrarum scripturarum locis et Chaldaicis sive Hebraicis verbis, hic repetimus.]

d Em Edlen vnd Veſten mynem lieben Junckhern embůt ich Doctor Johanns Reüchlin aij von Pforzheym myn willig diēſt allzyt zů vor. Günſtiger lieber Jůckher Jn güter gedechtnůs hab ich behaltē ewer ernſtlich bit an mich gelegt. üch etwas kurtz zů verzeichen. dar inn ir euch zů müſſigen zyten mitt ewern Juden möchten erſprachen. dar vß kein ergernůß. ſunder mercklich beſſerung entſtůnde. Dem nach kan ich kürtzers vnnd beſſers nit erfinden. dañ das ir ſye an die langen gefengknůs manendt. dar inn ſie yetzund ſind ob den 1300 iarn. vnnd fragend ſye waß ſye doch gott gethon haben. das er ſye mitt ſo langer gefengknůß ſtrafft der glichen ſtraff ire vordern von anbeginn der weldt nye gelittē habēn. Dar vff mögē ir inen fürwerfē dry gegründte warhafftige meinungen nemlich wie hernach volget. Jtem zum erſten iſt zůgedencken das die ſünd vnd übeltat dar vmb ſye yetzůd alß gar lang vnd hart geſtrafft werden vil gröſſer ſy dann einich andere mißtat. vnnd gar vil gröſſer dān die darumb ſye in Babel gefürtt ſind geweſen. da ſye allein lxx iar gefangen waren. So weret ire gefengknůs yetzund wol mer dann drüzehenhůdert iar. — — — vnd hatt noch kein end. vß dē onwiderſprechēlich zů achtē iſt die wyl diſe ſtraff alle vorgende ſtraffen durch lēge der zytt übertrifft. So můß ouch die ſünde vnnd mißtat darumb ſye gott ſo lang ſtrafft auch alle vorgēde ſünd vnnd mißtatē übertreffen. vnnd das erheiſcht die gerechtigkeit gottes — — — — — — — — — — — — — —

Jtem zum andern So hatt ſich gott zů mererm maln laßen || mercken. das er die ſünd aij[b] der eltern wie groß die ſyen nitt wyter an iren nachkommenden ſtraffen wöll dañ biß inn die dritte oder vierde geburt. — — — — — — — — — — — Nun iſt offenbar das die yetzigē Juden mit ſo lāger gefengknůs geſtrafft werden mer dann inn die hunderſt geburt. vß dem zůmercken iſt. das die ſünd darumb die Juden inn diſer zerſtörung geſtrafft werden nitt ein ſünd iſt eins eintzigen menſchen oder zweier alld dryer. Dann wer es ein ſünd ettlicher eintzechtiger ſonderlicher lütt. ſo weren allein die ſelbigen geſtrafft wordē vnd nit yre nachkommenden die ſölche miſſtat nit hetten gethon. — — — — — — Darumb ſo můß es ein gemeine ſünd ſyn eins gantzen volcks mit allēn iren glidern vnnd ſamlūgen die alle mitt dem willen vnnd gunſt anhangen der ſelbigenn ſünd die gott an inen ſtraffend iſt. — — — — — — — — — || — — — — — — — — — Diewyl er inē dañ nach aij[j] der ſtraff der abgöttery des guldin kalbs ſynē gütē geiſt. das iſt. den heilgē geiſt gegebē. ſo hat er inen ouch dar mit ire ſünd vergeben. ob ſich nůn etlich verſündet haben es ſy mit todſchlegē. eebrechern. wůcher. triegē liegen. ꝛc. ſo iſt es doch nit in allē volck geweſen. dān mā noch vnder inen findt die ſöllich ſünd haſſen vnd für vnrecht haltē vnd ſich dar von keren. dannocht nichtz deſtminder blypt das gantz Judiſch geſchlecht in diſer gefengknis. Vß dem allem zů mercken iſt das die ſünd darumb ſye zerſtrewt ſind ein gemeine ſünd deß gantzē geſchlechts ſyn můß. darin all Juden verharrē ſo lang ſie iuden ſind.

Digitized by Google

Item zům drittē ſo iſt es wol zůgedenckē das die ſünd darumb ſie ſo lāg zit im ellēd ſind ein ſölche ſünd ſy die ſie verachten vnd nit für ſünd haltē. dann wer möcht es achtē wañ ſie es für ſünd hieltē darumb ſie gefangē ſind. ſie würdē ſich vnderſtō der ſelben abzetůn. dar mit ſie wider heym kōmen möchten. vnd ſöllich blindheit iſt ein ſondere ſtraff vō got. das ſie nit wöllē erkennē die ſelbig ſünd man ſag inē was mā wöll ſo wöllē ſie es
aiij[b] nit wiſſen verachtens vnd verſchmehens. – – – – || – – – – – – – – – – – – – – Darab mā wol verſtet das es ein plag vō got über die Juden iſt vō des rechten meſſiah ſines ſones wegen das ſie vß eigem frien willen ſollent blind vnd verſtopt ſin. dar mit ſie die
(a4) ſünd irer ſtraff nit für ſünd achtē. – – – – – – – – – || – – – – – – – – – Alſo haben ir drüw weſenlich ſtück gehört die do hangē an der ſünd darumb die Juden ſo lang zyt vō got geſtrafft werden ob den 1400 iarn nēlich das die ſelb ſünd můß die aller gröſte ſin die ye geweſen iſt. Sye můß ouch allē Juden ein gemeine ſünd ſin. ſie můß ouch von inen veracht vnd für nichtz gehalten ſin. So nůn das alſo war iſt das es ein yeglicher verſtendiger menſch mag gryffen. ſo bitt ich heiſſen ſie vch einig ſünd ſagen die diſe dry ſtuck an ir hab dan die abgöttery iſt vor verantwort. ſo mag man ouch wol ein gröſſere ſünd finden dañ das einer für den rechten gott ein andern got eren iſt. wie wol es faſt ein hohe ſchwere große ſünd iſt: vnd nemmen des ein exempel. Einer helt ſin ſchultheiſſen für den römiſchen künig vnd erbeut im zůcht vnd eer gantz wie einem römiſchē künig. vnd will nichtz vmb des rechtē künigs bott oder verbott gebē. ſonder allein deß ſchultheiſſen botten vnd verbotten will er gehorſam ſin. Iſt kein zwifel ſo er ſines eigen hern verleügnet iſt es ein große ſünd. Aber ein ander der ſicht den römiſchen kōnig in ſinem gewalt vnd empfahet vil gnaden von im ouch zů vor vnd ee im der ſelbig kōnig einich vngnad bewyſet ſo heißt er in ein hůrnkindt. ein zouberer. ein bůbē. ein lecker. vnd zů letſt on all billich vrſach ſo ſchlecht er den ſelben kōnig zů tod. für war das iſt noch gar ein gröſſere ſünd vnd ein hertere mißtat dan die erſt. Alſo iſt ouch die abgöttery nit als ein große ſünd als die gotzleſterung.

Vnd diſem allem nach ſo beſchlüs ich das die Juden vmb kein andere ſünd ſo lang zyt
(a4[b]) von got geſtrafft werden dan alein vmb die gots leſterung die ire vordern an dem || rechten Meſſiah vnſerm herñ Jheſuh begangen haben vnd ire nachkōmendē daryn verwilligt auch ſöllichs biß vff diſen hütigen tag ſteet vnd angenem halten vnd haben.

Nieman kan ſagen das ir vordern nit ſchwerlich geſündt habē da ſie mit falſchen vrſachen begerten Jeſuh den gerechten zetödtē über das er inen nye kein übels hett gethan. – – – Das er aber gerecht ſy geweſen. gibt im Pilatus der richter ſelbs gezügknis – – So ſagen die Juden ſelbs allein wir nennen in got vnd er hab ſich doch ſelber nie got genent ſonder allwegen des menſchen kindt in gantzem euāgelio. Warūb hond ſie in dañ gētödt dañ das er ſich gottes ſůn hat laßen nennen. da müſſen ſie ſelbs bekennen das an keinem ort verbotten ſy das ſich nieman ſoll gottes ſon oder meſſiah laſen nennen. – – – – – des halb vnſer her Jeſchuh er ſy ioch ein profet oder des menſchen kindt geweſen nach dem tert des geſatz Moſche kein tod verſchuldt gehapt hat.

Wie wol ich nůn nit wölte das ſye in nit hetten getödt. noch dan iſt mir leid das ſye inn der gotts leſterung verharren. Sie haben an im in vyl wys gott geleſtert geſchmecht vnd geſchendt vß der vrſach das ſie in zum tod gebracht haben darumb das er ſich ein künig das iſt meſſiah vnd ein ſůn gottes hatt laßen nēnen. dar durch hond ſie gott dem almechtigen die lügin wöllen inn halß ſtoſſen. vnd gott zů einem lügner machen der geſprochen hatt durch den propheten Jeſchaiah – – – – Daruß ſie wol gewarnet ſind ge-
(a5) weſen. das im got zů einer ſchmach rechnet das er kein ſon || ſolt habē. als wer er onmechtig vnd vnfrüchtbar. vnd ſolt nitt ſyn wie ander vatter. daī ein mēſch gebürt ein mēſchē. vnd ein kůw ein kalb. Aber kein menſch vō natur mag ein eſel gebern. noch ein lew kein lemlin. Aber gott hat geborn. der iſt ſyn Meſſiah als er ſagt im andern pſalmē – – – – – Die wyl ſie nun gott dē almechtigē geleſtert habē als ſy er ein lüg-

Digitized by Google

ner. onmechtig. vnfrůchtbar. ſo volget ye ein gotzleſterūg vß der ādern. alſo das ſye gott in der perſon ſines eigē ſones vnſers herē Jeſchuh des rechtē Meſſiah teglichs leſtern ſchendē vnd ſchmehē Sie nennē in ein ſünder vnd ein zouberer. vnd dē gehenckte. vnd die gütig iūckfraw Maria heiſſen ſye haria ein wüterin. vnd die iūnger oder apoſteln nēnen ſye keтzer. vnd vns Chriſtē ein vnfolck oder nit volck. vnd nerriſch heidē vnd vil ander böſe wort die ſye vſſtoſſē. Dar ab zů merckē iſt das diſe ſünd der gotzleſterūg die gröſt vnd höchſte wider gott iſt. deßhalb die eigēſchafft des erſtē ſtücks obgemelt an ſölcher ſünd darūb ſie ſo lang geſtrafft werdē clerlich erfundē würdt. Das ander ſtuck. das all Judē zů diſer zyt ſo lāg ſy Judē ſind an ſölcher gotzleſterung teilhafftig ſyen vnd ein ſonder freüd dar in habē ſo ſye etwas zů ſchād vnd laſter künden erdenckē vnd erdichtē. — — Iſt offenbar an allē irem tůn vnd laßē vnd an irē gewölichē gebet. ouch an irē büchern die ſye wider vns ſchribē vnd leſen alles vß dē bůch Nizahon vnd Brůder fol. ouch in dē gebet nieſchumadim wol zů merckē iſt.

Das drit ſtuck nach minē bedünckē das gröſte. das ſye nit wöllē wiſſen das ſölichs ſo ſye vnſerm herē Jeſuh teglichs bewiſen. vnrecht vnd ſünd ſy. dañ dar durch mögē ſie zů keiner erkantnis noch beſſerūg ires lebēs kümē. vnd die wyl ſye alſo verſtopt in irē ſündē all mit eināder blibē. ſo müſſen ſye ouch alſo verhart in ir ſtraff vñ gefengknus bliben. — — — — vnd als lāg ſie in ſölchē weſē blibē ſo bedörfen ſie keiner beſſerūg hoffen. dañ ſie wöllē blindt ſin es ſy gott lieb oder leid. vnd ir vnwiſſenheit bekennen ſie ſelbs. — ‖ — (a5ᵇ)
— — — Ich bit gott er wöll ſye erlüchten vnd bekern zů dem rechten glouben. das ſye von der geſenckknüs des düfels erlediget werden. als die gemeinſchafft der Chriſtenlichen kirchen an dem karfritag andechtiglich für ſye bitt. Vnnd wann ſye Jheſuh den rechten Meſſiah erkennē ſo würdt all ir ſach gůt hie in diſer welt. vnd dort ewiglichē amē.

Edler veſter günſtiger lieber Junckher. Das hab ich eüch für des erſt wöllen endecken mit inen zů reden. mit dem erbietten. welcher von Meſſiah vnnd vnnſerm rechten glauben gern wölt vnderwiſen werden. des wölt ich mich williglich annēmen. vnnd helfen das er kein ſorg bedörfft haben vmb zytlich narūg. Sonder möcht gott rüwiglichen dienen vnd aller ſorg fry ſyn. Datum inn Wyhenacht fyertagen zů einem gůten ſeligen iar. Ad annū 1505.

[*Reuchlini præfatio libri anno* 1515. (*non* 1514. *ut supra p.* 166. *per errorem adnotatum est*) Tubingæ apud Thomam Anshelmum *viginti foliis quadratis publicati, sic inscripti* '8. ATHANASIVS IN | LIBRVM PSALMORVM | nuper a Ioanne Reuchlin | integre tranſlatus.' *quoad pertinet ad causam contra theologistas actitatam, hæc est:*]

IACOBO AVRELIO QVESTEMBERGO | IVRISCONSVLTO SANCTISSIMI | Leonis Decimi Summi Pontificis Cubiculario | & à Secretis. Ioannes Reuchlin Phorcenſis | LL. Doctor. S. D. P.

—— cum hactenus spectando quorsum optata inimicorum meorum pergant, aut eorum vota quem tandem finem sortiantur, ita pendeam animi, ut nihil magnum aggredi ausim, par ei quod à libero ingenio prodeat, cogor interea dum prorsus ocio languescere nequeo parvis saltem quibusdam foliis navare operam, ut hæc mea arbor fruticetur nihilo minus, quatriennium nunc ab hostibus cæsa, superis gratia quod non ‖ evulsa. Nihil enim plus odi quam desidiam et ignaviam viri literas professi et philosophiam. Igitur in eam rem incumbo quotidie, mores tu meos nosti, ut bonis benefaciam, si id queam minus, at bene velim, et maxime bonarum literarum studiosis, qui cum humanitate et cum doctrina habent aliquid commercii,

Digitized by Google

sed non eò potissimum, quod singulares mihi gratias debeant, si de thesauro meo proferam eis vel nova vel vetera. —— || ——— || ——— || ——— || —— magnam nunc partem arcanarum rerum studiosis edidissem utique, si non quatriennis ista me continuo remorata fuisset adversariorum meorum acerrima persequutio, quam tot annos innocenter passus sum, propter ingens augendæ fidei orthodoxæ desyderium meum, et ecclesiæ catholicæ ampliandæ studium ardentissimum, consulendo quod ii qui foris et extra fidem nostram sunt sive Iudæi seu græci aut Agareni, nullis debeant iniuriis ad nos trahi. Non enim commodum ecclesiæ putavi fore per tyrannidem illos ac sæviciam ad sacrum baptisma cogi. Quin potius quod sint iuxta sanctæ matris ecclesiæ decretum, blandimentis non asperitatibus, suadendi non impellendi, ut integra maneat forma iusticiæ, immo prudenter ex illorum ipsorum codicibus convincendi. Quos quidem codices et libros non consensi per nos igne comburendos esse, nisi quos leges et iura comburi sanxissent. Quod cum latius in Oculari Speculo ad honoris mei salutem et necessario ad impugnatæ famæ defensionem edito, commonstrassem, cœpit impetus et tumultus insurrgere contra me, quem cum dei laude apostolica sententia iure optimo sedavit, promulgata his verbis: 'Georgius dei et || apostolicæ 'sedis gratia electus et confirmatus ecclesiæ Spirensis, Comes Palatinus Rheni 'et Bavariæ dux, Iudex et Commissarius causarum et causæ ac partibus infra-'scriptis una cum certo alio nostro in hac parte collega cum clausula ut vos 'vel alter vestrum vocatis vocandis, a sancta sede apostolica specialiter depu-'tatus. Christi nomine invocata — [*sequitur sententia, ut legitur in libro inscripto* Acta Judiciorum *inter* F. Iacobum Hochstraten ... & Iohannem Reuchlin ... *edito* Hagenoæ ... Anno M.D.XVIII. Menſe Februario. 4°. *pagg.* Fiii *sq. et ex hoc repetita ap.* Maium in vit. Reuchl. p. 412...414. *et ap.* v. d. Hardt Hist. lit. Reform. part. II. p. 114.] || — in posterum reservamus'. Lata est hæc sententia Die Mercurii, XXIX. Mensis Martii Anno Domini .M.D.XIIII. Quam cum hactenus adversarii propter evidentem iusticiam non munere non numero sociorum infringere, demoliri aut subvertere valuerunt, cœpi redire cum literis in gratiam, et assumpto psalterio hymnos modulari, ut Sanctus iste Athanasius noster in hoc libro præcepit quando sic ait 'Si exprobrent inimici qui tribulant te et nugis detrahant qui olim reputati sunt esse amici, et tu tristicia movearis aliquantulum in exercitatione tua, potes consolationem recipere, laudando deum et dicendo psalmum in ordine LIIII. —— || —— Constitui nanque mecum, posse angelorum adiutorio fieri, ut quando Italiæ Platonica Marsilius Ficinus attulit, et Iacobus Faber Stapulensis Aristotelica Galliæ restauravit, ego quoque Capnion pythagorica contemplantissimis hominibus iucunda Germaniæ donare queam, modo recedant Diaboli id est detractores, et vadant retro Satanæ id est impeditores. Scriptum est enim 'Tunc reliquit eum Diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei'. Vale fœliciter, Stutgardiæ Prid. Id. Sextiles. Anno .M.D.XV.

Digitized by Google

EPISTOLARVM OBSCVRORVM VIRORVM

VOLVMEN ALTERVM.

Digitized by Google

Digitized by Google



Epistole Obscurorũ virorũ ad Magistrũ Ortuinũ Gratiũ Daventriensem Colonielatinas litteras profitentẽ nõ illg q̃dẽ veteres et prius visæ: sed et nouę et illis prioribꝰ Elegantia argutijs lepore ac venustate longe superiores.

Ad Lectorem.

Risum Heraclitæ est: vasti ridere parati
Arida murarũt pectora Stoicidæ
Da mihi tristem animũ: ferales obtice luctus
Dispeream nisi mox omnia Risus erunt.
Exerce pulmonem.

Digitized by Google



Epiſtole Obſcurorū Virorum: nil preter Luſum cō-
tinētes et Jocū in paleas: feces ꝛ quiſquilias.e quibus ſeſe Barba-
ri quidā: et elingues ſcioli iactitant: tā arrogātes q̄z vani et friuoli:
bonoꝝ viroꝝ et eaꝝ literaꝝ: vnde boni euadimus contaminatores.
Sane in epl'is huiuſcemodi nemo ledit niſi qui aut nimiū d'licatz
eſt auribꝫ: aut ingenio parū amēo. Veniqz in ius trahat licebit Hie
ronymū ꝓpter acerbi⁹ ſcōma in obſcuros iſtos dictum rrrvij. diſ. de-
creti c. Nōne. Urbanū papā ea. diſ. c. omnē vim. Rabanū ꝛ Origenē
ea.diſ.c.legim⁹. Aul.gel.li.i.ca.ij.ꝛ li.v.ca. rv.ꝛ li.r.ca.rrij. Ciceronē
li. i. officioꝝ. Senecā ad Luc. epi. rlir. Eneā ſiluiū in deſcriptiōe vrbis
Vienen. Pānonię. Laurētiū vallā in ꝓlogo de libero arbitrio. Doctiſ-
ſimos huius ętatis tacemus ne illuſtribꝫ concitemus odiū quod
obſcuri iure optimo ab omnibus bonis merucrunt.

Ad Lectorem.

Riſum Heraclitæ eſt: vaſti ridere parati
Arida mutarunt pectora Stoicidæ
Da mihi triſtem animū: ferales obijce luctus
Diſpercam niſi mor omnia riſus erunt.
Ererce pulmonem.

Cum Additionibus nouo Privilegio
ad ſeptennium Sanctis.

Digitized by Google

1.

¶ Iohannes Labia

dei gratia Prothonotarius apostolicus

Venerabili viro

Magistro Ortvino Gratio Daventriensi

ut fratri charissimo

Salutis centum milia sestertia secundum novam Grammaticam.

Acceperim nudiustertius, honorande vir, unum librum quem dominatio vestra miserit mihi ex Colonia. Et fuit vel est talis liber intitulatus 'Epistolę Obscurorum Virorum'. Sancte deus, quomodo lętatus sum in corde meo, quando vidi illum librum, quia habet multa pulchra in se, metrice vel prosaice compilata. Et fuit mihi magnum gaudium in dulci iubilo, quod vidi quod habetis multos socios Poetas et Rethoricos et Theologos, qui scribunt vobis et sunt Amici vestri contra Iohannem Reuchlin. Habuimus heri collationem, et fuerunt mecum aliqui Curtisani periti et habentes bonam practicam, et ego posui illum librum ad mensam. Et postquam legerunt hincinde, tunc movi unum dubium dicens: 'Domini mei, quid videtur vobis? Quare tamen Magister Ortvinus intitulavit istum librum „Epistolę Obscurorum Virorum'? appellans amicos suos et cohęrentes Obscuros viros?' Tunc respondit unus Sacerdos qui est Monasteriensis et est bonus Iurista, quod obscuritas multipliciter capitur, ut in l. Ita fidei .ff. de Iur. Fisci, responso primo in fine. Et dixit quod potest esse nomen proprium alicuius progeniei. Quia scribitur quod Diocletianus et alii quidam reges fuerunt nati obscuris parentibus. Tunc ego tetigi eum et dixi: 'Cum licentia, domine, Nihil ad propositum'. Et consequenter interrogavi unum Theologum notabilem, qui bibit nobiscum. Ipse est de ordine Carmelitarum, et natus ex Brabantia, et dixit cum magna gravitate: 'Eximie vir domine Prothonotarie, Quoniam, ut dicit Aristoteles, de singulis dubitare non est inutile: ergo Eximietas vestra assignavit mihi unam

---

2 Ioannes labia *5.* labia *etiam 4.* 4 M. *4.5.* 9.10 epiſtiſtolę *5.* ę *ex 5. retineo; ubi* ę *damus, 4. et 5. habent* e. τὸ ę *in 4. non legitur, nisi ubi adnotavimus aut ubi utrumque exemplum* ę *habet, quo casu nihil adnotatum est.* 14 amici *5.* Ioannē *5.* 18 M. *4.5. (ut sæpe.)* 22 Fiſti. rn̄. i. *4.* Fiſti rn̄. pꝛi. *5.* 23 ſcribitū *4.* 24 eum: ꝛ *5.* 25 dn̄s *4.* 26 Ariſto. *4.5.*

Digitized by Google

quęstionem: quare Magister Ortvinus faciens imprimere novum Epistolare, intitulavit illud „Epistolę Obscurorum Virorum". Cum venia istorum Dominorum, dico opinionem meam, quod Magister Ortvinus, qui est vir valde profundus et speculativus, mystice appellavit Amicos suos Obscuros Viros: quia semel legi unam auctoritatem, quod veritas latet in Obscuris. Et ergo dixit Iob: 'Qui revelat profunda de tenebris'. Item Micheę septimo legitur: 'Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est'. Et iterum Iob. XXVIII.: 'Trahitur autem Sapientia de Occultis'. Quapropter Virgilius dixit: 'Obscuris vera in obscuris', sicut ego audivi ab aliis. Et datur intelligi, quod Magister Ortvinus, et sui amici sunt tales, quod inquirunt secreta scripturarum, et veritatem et iusticiam et sapientiam, quę non potest intelligi ab omnibus nisi ab his, qui sunt illuminati a domino. Unde Regum CXXXVIII.: 'Quia tenebrę non obscurabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur. sicut tenebrę eius, ita et lumen eius'. Postquam talia dixit prędictus religiosus, omnes respexerunt me si essem contentus. Ego autem cogitavi desuper. Tunc fuit ibi Bernhardus Gelff, Magister Parisiensis, qui est Iuvenis, sed audio quod habet bonum ingenium, et valde studet, et bene proficit in artibus, et etiam in Theologia habet bonum fundamentum. Ipse more solito movens caput hincinde, et videns austeriter dixit: 'Scitote, domini mei, quod est magna et rationabilis causa, quod magister Ortvinus appellat amicos suos Obscuros Viros: facit enim propter humilitatem. Quoniam sicut potestis scire, quamvis etiam non potestis scire, sed pręsumendum est, quod scitis, quomodo ante tres annos Iohannes Reuchlin faciens imprimere Epistolare Amicorum suorum, intitulavit illud 'Epistolę Clarorum Virorum'. Quod consyderans Magister Ortvinus, et multum desuper pensitans, dixit ad semetipsum: 'Ecce Reuchlin credit quod nemo habet Amicos nisi ipse: Quid vult facere, si ego ostendo quod habeo etiam amicos, et bene digniores quam ipse, et scientes facere Carminam et dictaminas meliores quam sui Amici?' Et ergo in despectum ipsius dedit ad imprimendum istas Epistolas, intitulando eas: 'Epistolę Obscurorum Virorum': Sicut dicit Psalmista: 'Misit tenebras et obscuravit'. Sed ipse fecit hoc humiliter, minorando et humiliando Se, ut queat dicere cum Psalmista: 'Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei'. Igitur dominus deus videns humilitatem suam, olim dabit ei gratiam, quod faciet magna opera, et etiam intitulabit ea cum magnis titulis. Unde Iob: 'Et rursum post tenebras spero lucem'. Non intelli-

---

[3] Q; *5.* [6] dicit *5.* Mecheę *4.* Mechee *5.* [8] Trahitū *4.* [11] iuſtitiam *5.* et *post hoc nomen omiserunt 4.5.* [12] Re. *4.* Regum *5. Immo* Psalm. [14] . Sicut *5.* [16] Parrhiſienſis: *5.* [19] : Ipſe *5.* [20] cauſa magiſter O;tuinus facit hoc propter *5.* [23] ante tres annos] *i. e. a. 1514. mense Martio.* Ioannes *5.* [24] Imp;imere *4.* [26.29] Carminā *4.* carminam *5.* [31] . Sicut *5.* [32] Se. vt *4.5.* [36] intelligendo *4.5.* (*i. e.* sic intellegendum quasi ... esset).

Digitized by Google

gendo, quod istud Epistolare Amicorum Magistri Ortvini non est artificialiter compositum, quia amici Iohannis Reuchlin in vita sua nunquam componerent melius, etiam si deberent perdere capita sua; Sed propterea dixi, quia adhuc tamen excellentiora habent post se. Et favente deo spero quod videbimus magnalia. Quia Magister Ortvinus non curat de pomposis titulis, Et ergo sic dicit: 'Dominus illuminatio mea est, et salus mea, quem timebo'. Quia scit quod minorando se, maiorabitur olim. Nam dicit scriptura: 'Qui se exaltat, humiliabitur'. Et legitur Ecclesiastici .xx.: 'Est propter gloriam minoratio, et est qui ab humilitate levabit caput'. Hęc prophetizata sunt per Prophetam Naim dicentem 'et inimicos eius persequentur tenebrę'. Tunc ego non volens quod deberent fieri inimici, vel quod unus eorum deberet mihi irasci, si dicerem 'tu vel tu subtilior es', allegavi Horatium in uno passu qui dicit: 'Et adhuc sub iudice lis est'. 'Scribens enim scribam Magistro Ortvino, quod dicat mihi rationem. Et ergo parcatis mihi, quod feci vobis molestiam'. Et sic non contenderunt amplius, quamvis Magister Bernhardus diceret, quod vellet disputare ad ignem, quod hęc est opinio vestra. Ergo, domine Ortvine, rogo vos amicaliter, quatinus velitis mihi respondere, quid tamen habuistis ante vos intitulando illud Epistolare 'Epistolę Obscurorum Virorum'? Et sic valeatis sane et cum honore. Datum in Curia Romana.

2.

¶ Iohannes Grapp

Magistro Ortvino

Salutem Cordialem cum multa dilectione optat semper, et commendat se tanquam humilem servitorem, Frater et pręceptor dilecte, Quia nuper scripsistis mihi, quod debeo vobis semel unum dictamen seu Epistolam vel Carmen metricum scribere, quod potestis videre quid didici a vobis Colonię et Daventrię, in despectum Iohannis Reuchlin, et Reuchlinistarum, qui sunt inimici vestri: Sciatis quod feci diligentiam. Et mitto vobis hic unam Epistolam Carminalem seu metrosam, sicut sunt Epistolę Ovidii, quia scio quod libenter legitis metra quam prosaica. Sed debetis emendare: Quia non est discipulus super Magistrum. Et debetis scandere, Quia non sum adhuc bene usitatus in tali arte.

---

[2] Ioannis *5.* [3] . Sed *5.*

[25] ſeruitoꝛē frater *4. 5.* [28] Ioannis *5.* [29] . Sciatis *4. 5.* [31] libenter (*non* libentius) *4. 5.* [32] . Quia *5.* diſcipulos *4.* . Quia *5.*

Digitized by Google

¶ Epistola Iohannis Grapp
novelli poetę Carminalis
ad prȩceptorem suum
Magistrum Ortvinum Gratium.

Mittit Epistolio salutem Grappus in isto,
Necnon servitium Magistro Ortvino benignum,
Sicut decet iuvenem, qui amat suum prȩceptorem;
Ergo, Ortvine, meos velitis haud spernere versus.
Si non bene sonant, veluti vestra quoque tonant
Carmina scripta quidem, quia non omnes valent idem,
Nec sumus omnes pares magistri sive scholares:
Unus novit logicam, alius didicit poetriam,
Alius est Phisicus, alius medicusque peritus,
Aliter habet gratiam in cunctis rebus mirandam,
Sicut vos etiam, qui vix habebitis parem
In Colonia tota, et hic quoque Roma in rota,
Ubi Curtisani vexant se sicut Beani
Unus alium citantes, pro beneficiis litigantes,
Sicut nuper aliquis, cum quo est mihi magna lis
Pro una vicaria, nec potest fieri concordia.
Sed vos in studiis, caretis illis fantasiis,
In sacra scriptura, ubi est vobis magna cura,
Ne isti sȩculares, qui sunt vestri tribulatores,
Reuchlin cum auxilio, necnon populo isto maligno,
Scilicet Poetis, et legifluis Iuristis,
Qui ita vos tentant, sua nec dictamina probant,
Contra vos faciant, et hȩretica carmina scribant,
Ut facit et Tungarus et christicola Pepercornus,
Et schola Francorum, quę combussit illum librum
Speculum oculare dictum, et per vos fortiter victum.
Sed volo dimittere ista scandala in sacra fide
Vobis et Hochstrato, qui est bene maior quam Plato,

Ioannis *5.* M. *4.5.* G2a. *4.5.* [1] *In exemplis omnibus quæ ab a. 1556. usque ad a. 1858. prodierunt, versus huius Epistolæ carminalis misere sic transpositi sunt:* 1, 16; 2, 17; 3, 18; 4, 19. *et sic deinceps. scilicet in 4. sic exhibentur:*
1. | 16.
2. | 17. et sic deinceps. In *5.* autem ita conlocati sunt: 1. 2. 3. 4. usque ad 13. 14. ‖ 15. 16. et sic reliqui.

[4] O2t. *5.* [10] Aliter (*non* Alter) *4.5.* [25] michi *5.* [17] *legerim:* in vestris studiis. [19] fcl'ares *4.* [28] bene *omis. 5.*

Digitized by Google

Doctior philosophis, in subtilitatibus istis.
Ergo vos valete, necnon bonam noctem habete.
Deo Gratias.

Parcatis mihi si sint vicia in istis Carminibus, quia humanum est errare secundum Philosophum, et debetis etiam aliquid novum ad me scribere.

Datum in urbe Roma, ubi sunt mirabilia poma,
Quę rustici ibi vendunt, et per libram bene pendunt,
Sicut ego vidi, et per experientiam didici.
Amen.

3.

¶ Magister Stephanus Romedelantis

Magistro Ortvino Gratio

Salutem.

Celeriter non facto prę̃ambulo habeat dominatio vestra scire, quomodo noviter venit huc unus doctor Theologię, qui vocatur Thomas Murner: ipse est de ordine sancti Francisci, Et est superiorista, et prę̃supponit ita multa quod non creditis. Dicunt quod facit Cartas, et qui ludunt in illis cartis, discunt grammaticam et logicam. Et composuit unum ludum scaci, in quo trahuntur Quantitates Syllabarum. Et prętendit scire hebraicum, et componit versus in Teutonico. Et dixit mihi unus quod talis doctor in omnibus artibus scit aliquid. Tunc ego audiens dixi: 'In omnibus aliquid, in toto nihil'. Et steterunt ibi aliqui qui riserunt. Est autem ille doctor magnus amicus Iohannis Reuchlin. Diabolus confundat eum. Ego timeo quod faciet hic cum Canonicis et aliis Clericis, quod erunt pro Reuchlin. Dixit nuper multis audientibus, quod unus puer potest cognoscere stultitiam et fantasias et malitias Theologorum Coloniensium, et suorum Cohę̃rentium. Et iuravit ad sancta Sanctorum, quod nisi papa habet advertentiam et corrigit eos de illa perversitate, quod erit schisma in Ecclesia et fide Christiana. Quia si papa permittit illos facere talia, nemo postea studebit et Nemo cogitabit fieri doctus. Et super hoc dixit quod Reuchlin uno die plus potest prodesse Ecclesię dei quam isti inimici eius in centum annis. Et dixit: 'si sunt boni aut recti viri, vel habent iustam causam contra Reuchlin, quare non agunt per se? Quare per baptizatum Iudę̃um volunt expedire negocia sua, et faciunt libros scandaliza-

---

4 michi *5.* 7 *Sequentes 3. versus in 4. et 5. non tanquam 'metra', sed tanquam 'prosaica' expressi sunt.* Rhoma: Ubi *5.* 13 M. *5.* 14 M. *5.* 19 loicam. *5.* 24 Ioannis *5.* 29 eos, de *4.* eos: de *5.* 32 Eccl'ię *4.* eccleſie *5.* 34 Iudę̃ū *4.* 35 negotia *5.* ſua? Et *4. 5.*

Digitized by Google

tivos, contra illum bonum doctorum, et ascribunt eos huic trufatori? Si esset peior et maledictior homo per totam Almaniam, ipsi etiam sociassent sibi eum. Sed non est mirum. Quia schlim schlem quęrit sibi similem'. Tunc ego non potui amplius tacere, sed dixi: 'Domine doctor, parcatis mihi, Iohannes Pfefferkorn est vir honestus, et est fidelis sollicitator Cæsareę Maiestatis, et est natus de tribu Neptalim. Et scitis quod est una antiqua progenies. Et ipse posset gloriari quod est nobilis, quamvis non facit propter humilitatem'. Tunc respondit Doctor ille: 'Accipiatis coclear et gustate quid dixistis'. Tunc dixi: 'Creditis quod non etiam vidi homines? Ego sum Magister Parhisiensis, et Colonię studui in Theologia bene duos annos: domine doctor, non sitis sic superbus antequam cognoscitis homines'. Respondit doctor Murner: Quod non scivit quod fui Magister, et dixit: 'de honestate Iohannis Pfefferkorn non multum audivi, sed quod de eo audivi, bene possum dicere, quod nisi Iudęi voluissent eum mortificare propter maleficia sua, Ipse nunquam fuisset factus Christianus'. Et dixit quod quidam Iudęus dixit sibi 'Ecce illud quod non valet apud Iudęos, bonum est apud Christianos: Nos voluimus ad mortem iudicare istum malefactorem, Vos Christiani habetis eum in honore quasi esset homo probus et doctus, cum tamen videtis propter quid est factus Christianus'. Ibi ego respondi: 'Domine doctor, audiatis modicum: Iudęi faciunt iniuriam Iohanni Pfefferkorn, quia nunquam furavit aliquid, neque malefecit etiam quando fuit Iudęus, sicut est pie credendum. Et quod hoc sit verum, debetis scire, quomodo duo Iudęi semel voluerunt ei imponere infamiam furti, sed ex invidia duntaxat et execrabili malicia: tunc ipse citavit eos ad Cameram imperialem, et dederunt sibi .xxx. florenos pro expensis, quod fuit contentus. Etiam Iohannes Pfefferkorn natus est bona progenie, Sed quando fuit Iudęus, fuit sicut alii Iudęi. Quia, ut communiter dicitur, „Qui est inter lupos, oportet ululare cum lupis". Nunc autem comedit carnes de porca, et facit sicut bonus Christianus'. Tunc respondit doctor Murner: 'Comedit Pfefferkorn etiam farcimina?' Respondi ego: 'Non vidi eum comedere, sed presupponitur, si comedit porcas, quod etiam comedit illa quę fiunt de porcis'. Dixit ipse: 'Bene excusastis Iohannem Pfefferkorn', et interrogavit, si etiam adhuc habet ambas aures. Respondi quod quando ego adhuc fui Colonię, habuit, et credo quod etiam iam habet et habebit in ęternum. Tunc dixit: 'quid tenetis de Iohanne Reuchlin?' Dixi quod non novi eum, sed scio bene quod Theologi et Ecclesia communiter habent eum pro hęretico, quia criminavit Iohannem Pfefferkorn et alios prę-

---

1 ?] . *4. 5.* 2 Ioannes *5.* Cæſ. *4.* Cęſ. *5.* 9 ?] . *4. 5.* 6.7 *p=|progenies. 4.* 10 Parrhiſienſis: *5.* 13 Ioannis *5.* 16 Iudeos *5.* 17 , Nos *4.* . Nos *5.* 18 . Vos *5.* 20 . Iudei *4.* Ioāni Pfeff. *5.* 21 male fecit *5.* 23 Imponere *4.* 24 Inuidia *4.* , tunc *4.* 26 Ioānes *5.* . Sed *5.* 31 , Sed *4.* . Sed *5.* 32 Ioannē Pfeffer. ; *5. et sic bis paullo post.* 35 Ioanne *5.* ?] . *4. 5.*

Digitized by Google

stantissimos viros, nullis eorum pręcedentibus demeritis. Tunc risit et dixit: 'Per deum, vos bene facitis, quia defenditis Iohannem Pfefferkorn et alios pręstantissimos viros'. Tunc dixi: 'Audiatis adhuc plus: Ille Pfefferkorn est valde utilis in Ecclesia dei, quia obtulit deo .xii. Animas, ut ipsemet ingenue fatetur'. Respondit doctor Murner: 'Ubi obtulit deo illas animas? In silva Bohemica? quia fortasse ibi cum aliis latronibus interfecit homines, quorum animę pervenerunt ad deum'. Respondi: 'Nullo modo, sed convertendo eos ad fidem Christianam'. Tunc ipse dixit: 'Quomodo tunc scitis quod tales animę pervenerunt ad deum?' Respondi, quod pie pręsumendum est. Respondit Murner: 'Quid ergo nunc facit Pfefferkorn?' Dixi quod fortasse vadit ad Ecclesiam audiendo missas et sermones, et defendendo se contra Iohannem Reuchlin expectat diem extremi iudicii. Respondit ille: 'Erit tunc Pfefferkorn ita diu in vita?' Tunc dixi, quod sic quoad animam, sed non quoad corpus. Dixit doctor Murner: 'Bene est: Pfefferkorn dignus est habere talem defensorem', et dimisit me: et omnes qui fuerunt ibi, riserunt dicentes: 'Per deum, domine Stephane, vos audacter respondistis ei'. Tunc dixi: 'Ego volo omnia verba scribere Magistro Ortvino, sicut videtis quod nunc facio; et rescribite etiam. Ego sum vobis ad mandata. Datum Treveris.

4.

¶ Magister Iohannes Pileatoris

Salutem dicit

Magistro Ortvino Gratio.

Quia scriptum est in evangelio: 'qua mensura mensuraveritis, eadem mensurabitur et vobis', Igitur ego similiter non deberem vobis scribere, sicut et vos non scribitis mihi. Et tamen scio quod magnam importantiam habetis, quod scribam vobis novalia ex urbe Roma, videlicet quomodo stat in Causa Magistri nostri Iacobi de Hochstraten, viri proculdubio zelosi, qui defendit fidem Catholicam contra illos iuristas et poetas sęculares, qui non habent deum prę oculis suis, sicut Theologi in Colonia et Parrhisia, qui combusserunt Speculum Oculare Iohannis Reuchlin: sed ego deberem vobis facere sicut vos facitis mihi, et non deberem vobis scribere unam guttam: sed tamen non faciam, et adhuc semel volo indulgere vobis, ita tamen quod scribatis mihi statim. Et debetis scire qualiter isti iuristę et adversarii cum adiutorio Diaboli, qui est hostis fidei Christianę,

---

2 . Quia *4.5.* 3.4 Pfeffer. *5.* 6 sylua *5.* 7 anīę *4.5.* 9 anīę *4.* 10 Pfeffer. *5.* 11 sermones Et *4.* . Et *5.* 12 Ioan-|tem *5.* 15 Pfeffer. *5.* 21 Ioannes *5.* 25 . Igitur *4.* 28.29 Zelosi: *4.5.* 31 Ioannis *5.*

Digitized by Google

per suas blandicias, sicut pie creditur, acquisiverunt multos fautores, et prȩcipue Curtisanos qui sunt de partibus superioribus, et non habent bonam Conscientiam, et inferunt magnas iniurias prędicto Magistro nostro, vexantes eum sicut beanum, et dicentes quod ipsemet est hęreticus, et quod Theologi in Colonia sunt Bufones. Sancte deus, quid debemus dicere? Non est magnum miraculum quod sacra Theologia debet ita scandalisari, et haberi pro una frascaria, et Theologi qui sunt sicut apostoli dei, debent sperni quasi essent stulti? Credatis mihi firmiter, quod fides Catholica habebit magnum malum exinde, et ego timeo, quod erit una confusio in ecclesia dei. Etiam dicunt, quod dominus apostolicus est pro parte Iohannis Reuchlin, quia ipse etiam est poeta et favet iuristis. Sed tamen spero quod sua Sanctissimitas illuminabitur per gratiam Spiritussancti, et non dabit malam sententiam,

quod velit dominus deus qui regnat in terris et per cęlos
et sua mater virgo Maria, quę liberet nos ab ista poetria.

Datum Romę.

5.

¶ Frater Iohannes de Werdea
Magistro Ortvino Gratio

Humiles et devotas Orationes cum numerosa salute. Venerabilis vir, vos scribitis mihi quod audivistis quod Causa vestra male stat et Iohannes Reuchlin acquisivit unam inhibitionem apostolicam. Et scribitis mihi quod timetis valde, ne habebit victoriam contra Theologos et Sanctissimum ordinem nostrum, et postea scandalizabitur ecclesia dei. O modicę fidei, vultis esse ita perterritus, quod vultis statim desperare? Tamen olim quando fui vobiscum in Daventria, non fuistis ita timax, sed habuistis magnam audaciam. Quia scio adhuc bene, quomodo semel percussistis illos duos beanos, venientes ad vos cum longis cultris, et vos non habuistis unum armum seu defendiculum. et tamen percussistis eos cum adiutorio dei realiter cum effectu, ita quod unus prę timore perminxit se. Et viderunt multi homines et dixerunt: 'Per deum, iste Ortvinus habet magnum cor'. Vos debetis scire quod hic in Curia Romana non est sicut alibi, et sicut vos putatis, sed unus una vice lucratur et alia vice perdit. Et licet aliquis habet aliquando duas vel tres sententias pro se, tamen adhuc potest perdere litem. Sed potestis dicere: 'Papa permisit quod Speculum Ocu-

---

[1] blanditias *5.* [3] Conſcientiam: *4.* [6.7] ſcandalizari *4.* qni *5.* [8] ſtulti. *4.5.* michi *5.* [11] Ioan. reuch *5.* [12.13] .ss. *5.* [15] quę *4.* que *5.* Ro. *5.* [18] Ioannes *5.* werdea *4.5.* [19] M. *4.5.* [20] Umiles *5. relicto loco adpingendæ* H. [21] michi *5.* Ioa. reuch. *5.* [22] michi *5.* [24] fidei vultis *4.5.* [29] . Et *4.* [32] alibi: et ſicut *4. omis. 5.* [33] . Sed *4.*

Digitized by Google

lare debet vendi, legi, et imprimi'. Quid tunc est? Si permisit, ergo non potest iterum prohibere? Non sequitur: quia sanctissimus habet potestatem ligandi et solvendi, et non debet corrigi: quia habet plenariam potestatem, hic et ubique, sicut scitis ex evangelio, quia mirabiliter estis solidatus in sacra scriptura. Sed ego volo allegare Ius canonicum. Primo quod Papa obtinet principatum totius Orbis, .ix. q. iiii. c. 'Cuncta per mundum'. Et potest deponere Imperatorem solus, etiam sine Concilio, ut dicit glosa in Cap. 'Ad Apostolicę' De Sententia et Re iudicata. Et habetur .ii. q. vi. 'De cetero'. Et Papa non est sub lege, sed ipse est lex animata in terris, ut habetur in glosa super capitulo .xi. de officio Iudicis delegati. Et si Papa est lex, potest facere quod vult et neminem respicere. Et quamvis semel dixit 'ita', tamen postea potest dicere 'non'. Et debetis habere bonam confidentiam: quia nuper audivi hic ex uno auditore Rotę, qui est vir notabilis, et habet magnam experientiam, quod non est possibile, quod Papa potest Sententiam dare contra vos, quia habetis optimam Causam, et est causa fidei. Ergo estote fortes in bello: quia licet isti fantastę dicunt vobis de illa inhibitione, nihil debetis dare supra: quia non habet effectum. Sed ego spero quod statim volo vobis scribere bonas novitates, quia dominus Magister noster Iacobus de Hochstraten facit magnam diligentiam. Et nuper habuit convivium et invitavit multos Curtisanos antiquos bene experimentales, et unum scriptorem Apostolicum, qui est bene visus apud Sanctissimum, et aliquos auditores Rotę. Et dedit eis comedere perdices, et fasianos et lepores et pisces recentes, et optimum vinum Cursicum necnon grecum, et dixerunt omnes quod tractavit eos cum summa reverentia, et dixerunt: 'Per deum, iste est notabilis Theologus. Volumus esse pro parte ipsius'. Et sic habet bonam sperantiam. Sed oportet concludere, quia nuncius non vult expectare. Valeatis et salutetis mihi omnes Magistros Nostros et Magistros et Iohannem Pfefferkorn. Datum Romę.

---

[2] iterum *omis. 5.* Q; *4.* Quia *5.* [2.3] Ligandi et Soluēdi: et *5.* . Quia *4.5.* [4] : Quia *4.* , Quia *5.* [6] q. iiii.] *immo* quæstionis ii. [8] . De Sña ; re. Iud. *4.* . De Sentētia et R. Iud. *5.* quæst. i. cap. 109. [10] capitu .xi. de off. Iud. del. *4.* capitu .xi. de offi. Iud. dele. *5.* [13] Confidētiā. Quia *4.* Quia *5.* Rotę: *4.* Rote: *5.* [15] . Quia *4.5.* [16] . Quia *4.5.* [17] nichil *5.* . Quia *5.* [18] Volo *4.* [19] . Quia *4.5.* iacobus *4.* [22] Rotę. *4.* Rote. *5.* [27] michi *5.* [28] iohannem *4.* Pfeffer. *5.*

Digitized by Google

6.

¶ Magister Cornelius Storati
Magistro Ortvino
Salutem Plurimam.

Secundum postulata vestra quę misistis mihi in urbem, quando adhuc fui Curię Romanę, quod debeo vobis articulariter significare, quomodo stat negocium in causa fidei, inter vos et alios Theologos et Iohannem Reuchlin: advertatis rogo: ego ita celeriter abivi quod non potui scribere unum verbum. Et proposui mihi, quod ego volo vobis scribere ex poetria, et ego nunc facio. Ergo sciatis quod quando ego fui Romę, tunc non bene stetit, valde doleo. Nam magister noster Iacobus de Hochstraten est in magna paupertate. Non habetis verecundiam vos Theologi, quod non mittitis ei pecuniam? Vos vultis expedire magnalia, et non vultis exponere pecuniam. Creditis quod sic est faciendum? Quando ille magister noster intravit Romam cum duobus vel tribus equis, habens pecuniam in banco, et dans propinas, tunc Curtisani valde honoraverunt ipsum. Et dixit unus ad alium: ‹Quis est iste?' Respondit alius: 'Ipse est unus Doctor de Almania, ita notabilis sicut est possibile, et est speculativus et argumentifex singularis, quod non habet similem. Ipse habet hic Causam fidei contra unum Iuristam sęcularem'. Tunc Curtisani laudaverunt eum et sępe dixerunt mihi: 'Domine Corneli, commendate me huic notabili Theologo'. Protunc habuit fautores, et Causa sua bene stetit. Nunc autem derelinquitis eum non mittentes ei satis de pecunia. Ego semel fui in Camera ipsius, tunc vidi ibi iacere cappam suam, et vidi quod fuit plena pediculorum. Et ipse videns quod ego vidi, allegavit scripturam dicens: 'Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, deus'. Et iterum dixit 'Tabescere me fecit zelus meus'. Ego autem ex commiseratione flevi. Debetis ergo esse pro eo, quod tamen fratres prędicatores mittant ei pecuniam. Si dicunt quod non habent, tunc dicatis quod accipiant de illa, quam collegerunt ex indulgentiis: quia est causa fidei, et quę impetrantur in illa causa, impetrantur pro fide Christiana. Valete. Datum Augustę.

---

[2] M. *4.5.* [3] M. *4.5.* [4] Plu. *4.* Pluri. *5.* [5] Ecundum *5. initiali* S *relicto loco.* michi *5.* [6] Curię *4.* Curie *5.* [7] negotium *5.* [8] . Aduertatis Rogo. Ego *4.5.* [9] michi *5.* [11] hochſtraten *4.* [14] Credatis *5.* sic *omis. 5.* [15] Equis *4.* [17] alium? *5.* [21] michi *5.* Theologo ꝑtunc *4.* Theologo ꝓtotunc *5.* [23] mittentis *5.* [26] . Paraſti *5.* [27] Thabeſcere *5.* [30] . Q; *4.* Quia *5.* [32] ę. *4.* e. *5.*

Digitized by Google

7.

¶ Frater Albertus Acuficis
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Honorabilis vir, nuper venit huc una littera, a dominatione vestra mihi destinata. Et cum lęticia aperui, quia cognovi sigillum vestrum, et legi et intelligo quod Dominatio vestra cupit scire quomodo tamen homines loquuntur hic de causa fidei inter vos Theologos et Iohannem Reuchlin. Volo vobis scribere, sed non debetis mihi habere pro malo, quia non sunt pro parte vestra. Omnes dicunt quod Theologi faciunt Reuchlin sicut scribę et pharisęi fecerunt Christo, et quod ipse semper fuit probus vir, et fuit in Concilio duorum Imperatorum. Et sua iuristria iuvavit multas civitates et Principes. Et omnes invenerunt eum probum et fidelem. Et quod Theologi invident glorię ipsius, et voluerunt eum declarare hęreticum per devia et nullitates. Quando talia audio, tunc teneo oppositum: Sed scitis bene quod multi canes superlatrant unum. Dixerunt nuper duo Magistri venientes ex Colonia, et unus ex eis est nobilitaris, quod omnes qui agunt contra Reuchlin, sunt communiter Spurii, vel Infames, vel Bufones. Quod fuit mihi magna verecundia. Sed ipsorum unus audacter dixit quod omnes circumstantes audierunt: 'Domini, ut intelligatis qualis sit ista causa contra Iohannem Reuchlin: illa causa habuit principium a Iohanne Pfefferkorn, qui est similis re et nomine et omnibus modis huic Iohanni Pfefferkorn qui fuit hic cum forcipibus calidis laceratus: quia etiam est Iudęus baptizatus, et etiam propter nequitias quas fecit, dereliquit fidem suam. Et si deberet hic sedere in turri, et spiculator deberet eum interrogare quid fecit, ipse deberet non minus confiteri quam ille alius. Ipse instigavit Theologos Colonię, et ipsi etiam instigaverunt eum, et voluerunt libros Iudęorum per totam Almaniam comburere. Et hoc fecerunt propterea quod Iudęi deberent venire ad Theologos et prędatum Pfefferkorn cum magna pecunia occulte dicentes: 'Permittatis mihi libros meos: ecce hic habetis quadraginta aureos'. Et aliqui Iudęi dedissent libenter centum, aliqui mille Tunc venit Reuchlin et impedivit illud propositum, et irati sunt super eum, et scribunt libros et scandalizare volunt eum, et dicunt quod est hęreticus. Etiam scribunt aliquos libros in latino, et intitulant eos nomine Iohannis Pfefferkorn, cum tamen ipse non scit alphabetum in latino.

---

[3] M. *4.5.* [4] Salutem *omis. 5.* [4] litera *5.* michi *5.* [7] D. *4.5.* [8] reuchlin *5.* [9] michi *5.* [11] ę *4.* e *5.* [14] ę *4.* e *5.* [19] michi *5.* [21] Iohan. Reuch. *5.* . Illa *4.* Iohā. Pfeffer. *5.* [22] Pfeffer. *5.* [23] . Quia *4.* ę *4.* e *5.* [24] deleret, *4.* [26] quam] ꝙ (*i. e. quod*) *4.5.* [27] ę *4.* e *5.* [28] cōburrere. *4.* [29] Pfe. *5.* [30] occulte, dicētes. *4.* [35] Iohānes *4.* Iohan. Pfeffer. *5.*

Digitized by Google

Sed igitur faciunt, quia sciunt quod nemo respondebit ei, quia nemo cum isto malefactore vult se permaculare. Ergo videtis, quod si essent veri Theologi, aut probi viri, ipsimet facerent facta sua, et non velarent et occularent se cum isto trufatore. Fecerunt etiam alios libros, quorum aliqui sunt intitulati nomine Arnoldi de Tungari, qui inventus est falsarius, ita quod nunquam potest negare et nunquam potest se excusare, quod non est falsarius, quia manifestum est per totam Almaniam, quomodo falsificavit scripta Iohannis Reuchlin. Alius scriptor Theologorum est magister Ortvinus, qui est filius presbiteri, qui etiam est concubinarius, et deprehensus in adulterio. Deinde habent alium, de quo bene audivistis, doctorem Vigandum Wirt ordinis prędicatorum, qui similiter est infamis. Ipse composuit librum, quod beata virgo est concepta in peccato originali, et fecerat magnam seditionem cum prędicationibus suis. Et ergo fuit coactus revocare verba et scripta sua publice Heydelbergę, quod ego met audivi et vidi. Sic potestis scire quales sunt inimici Iohannis Reuchlin'. Quando audivi talia, tunc dixi: 'Domine mi, non debetis talia dicere coram populo, etiam si essent vera, quia scandalisatur per hoc totus Ordo, et homines accipiunt malum exemplum'. Respondit ille: 'Etiam vos non debetis ista fecisse contra Reuchlin, quem etiam voluistis scandalisare. Ergo ipse nunc non potest se purgare sine vestro scandalo'. Per deum, Magister Ortvine, ego vellem quod haberet finem ista Causa, quia est nobis multum incommodosa: homines amplius non volunt nobis elemosinam dare; ego ivi septimana proxima pro caseis, et per .x. dies non plures quam .xv. collegi, quia dicunt omnes: 'Vade ad Iohannem Reuchlin, et dic quod det tibi caseos'. Dominus deus tribuat bonum finem. Et sic valeatis in domino. Datum Hallis in Saxonia.

8.

Matheus Finck bacularius

Magistro Ortvino Gratio

Inenarrabiles salutes et amores ineffabiles. Honorabilis vir, quoniamquidem sufficienter scitis quomodo sto hic in Urbe Roma, et sum in Copistria et de gratia dei habeo bonum servitium: ergo non est necesse quod

---

[1] Rñdebit ei. Quia *4.* . Quia *etiam 5.* [2] per maculare *5.* videbitis *5.* [3] ipſemet *4.* [4] occularent *4.* occularēt *5.* [5] , Ita *4.* [6] Iohan. reuchlin. *5.* [9] prefbyteri *5.* [11] wirt *4.5.* [13] Originali *4.* [14] Coactꝰ *4.* [15] egomet *5.* [15.16] Iohā. *4.* Iohan reuchlin. *5.* [17] , Etiā ſi *4.* . Et ſi *5.* . Quia *4.* . Qz *5.* [22.23] Elemoſynas *5.* Caſeis: *4.5.* [24] . Quia *4.* Collegi. Quia *5.* I. R. *4.* [28] M. *4.* M: *5.* G. *4.* [30] Nenarrabiles *initiali* I *non adscripta.* [31] vrbe Ro. *5.*

Digitized by Google

scribo vobis de eo, quia etiam non libenter legitis productas litteras. Sed secundum hoc quod promisi vobis scribere novitates ex urbe Roma, ad minus semel in mense, et quandocunque irent Cursores vel postę, tunc vellem certificare vos quomodo stat hic in bellis et in aliis et de rege Francię et de imperatore, propterea potestis cogitare: 'ecce iste est superbus, quia habet bonam stantiam Romę, et propterea non curat mihi scribere, et est oblitus quod fui prȩceptor suus, et docui eum in poesi et artibus et cum hoc etiam in grȩcismo, ita quod pro parte est bonus grȩcus'. Dico quod non, et diabolus auferat me si non habeo vos in memoria et etiam in orationibus meis erga deum. Quia dicit Gregorius, quod ingratitudo est radix omnium vitiorum: Ergo qui peccat in Ingratitudine, peccat in omnibus peccatis. Sed si ego non scriberem vobis per superbiam, tunc essem vobis ingratus, qui fecistis mihi talia bona, Sed habeo rationabiles causas, quod non direxi literas ad Dominationem vestram: quia pro magna parte fui infirmus, et nescio quid fuit mihi. Medicus dicit quod habeo aliquid in stomacho et non scio bene digerere. Etiam nudiustertius sumpsi unam purgationem, et salva reverentia coram dominatione vestra, ego merdavi unam merdam ita tenuem, quod aliquis posset sorbere cum cocleari; et cum hoc exivit una petia alba bene ita magna sicut pirum. Et dixit Medicus: 'illa est materia indigesta et causat febrem'. Sed pro nunc scio iterum bene comedere, quia habeo bonum appetitum, laudetur deus. Et si maneo sanus, tunc semper volo scribere vobis. Et pro ista vice debetis scire, quod Sanctissimus adhuc est Florentię, et Curtisani hic maledicunt ei quod non venit, quia non possunt expedire negocia sua. Sed ego dico quod debent habere patientiam, et non debent ei maledicere, alias sunt excommunicati. Et allego eis Iura supra hoc, quia vado hic ad Sapientiam et studeo; iam feci magnum profectum in utroque Iure, in uno ita bene sicut in alio. Sed dicunt aliqui quod oculi dolent Sanctissimo, ergo non potest ambulare per aerem. Debetis etiam scire quod Rex Francię revertit in Franciam et vult portare magis populum ad bellandum contra Imperatorem. Et Hispani volunt auxiliare imperatori, et habetis scire quod erit magna guerra. Quapropter debemus dicere in Orationibus nostris: 'Da pacem, domine, in diebus nostris'. Quia non est bonum quod est guerra in istis locis, pro Curtisanis. Si esset pax, tunc semel deberetis mihi scribere de Vacantia unius beneficii, sive est curatum sive non curatum, sive de iure patronatus sive aliter. Quia ego nunc habeo bonam Experientiam, et vel-

---

[1] lr̃as *4. 5.* [2] Ro. *5.* [3] ę *4.* e *5.* [6] mihi *5.* [8] ę *4.* e *5.* [8.9] e *4.* ę *5.* Et *4. 5.* [10] etiam *omis. 5.* Grego. *4.* Gre. *5.* [11] peccat in gratitudine *5.* [13] mihi *5.* [14] Do. vr̃m. Q; *4. 5.* [17] , Et *4.* Et *5.* [19] . Et *4.* [20] . Illa *5.* [22] mane *5.* [23] iſtavice *5.* [25] negotia *5.* pacienciam: *5.* [27] ſtudeo iā *4. 5.* [30] e *4.* ę *5.* Franciam: vult *5.* [35.36] Vacancia *5.* [37] Experienciā *5.*

Digitized by Google

lem bene impetrare aliquid. Et si habetis unam litem, tunc ego volo sollicitare vobis hic. Etiam de causa cum Iohanne Reuchlin debetis scire quod Magister Noster Iacobus de Hochstraten collegit adhuc alios articulos in speculo oculari: et sunt ita bene hęreticales sicut alii. Et ipse iam est Florentię cum Curta, et diligenter sollicitat. Non debetis dubitare quod non habebitis victoriam. Scribatis mihi similiter nova et Valeatis cum gloria. Datum Romę.

9.

¶ Magister Philippus Schlauraff
Magistro Ortvino Gratio

Salutem sesquipedalem. Venerabilis Magister, sciatis quod accepi litteram vestram valde poeticaliter scriptam, sicut est consuetudo vestra. Et scripsistis:

'Datum in Colonia, quando habuimus bona convivia:
et viximus in hilaritate, et non curavimus de gravitate'.

Et sic consideravi quod fuistis bene vinificatus, id est vino repletus, dicendo poetaliter. et credo quod fuistis ebrius quando scripsistis illud dictamen. Et scribitis mihi quod debeo vobis mittere illud Carmen quod compilavi de ambulatione mea hinc inde per Almaniam, quando visitavi universitates, habens mandatum a Theologis quod debui seminare favorem eorum contra Iohannem Reuchlin, et quomodo fui ibi tribulatus a poetis qui sunt hinc-inde. Faciam utique, sed vos iterum debetis mihi aliquid mittere de vestris operibus. Et dedi huic nuncio quod portaret vobis. Etiam sciatis quod composui rithmice non attendens quantitates et pedes: quia videtur mihi quod sonat melius sic. Etiam ego non didici illam poetriam, nec curo. Valete ex Bruneck in Flandria.

¶ Carmen Rithmicale magistri Philippi Schlauraff quod compilavit et comportavit, quando fuit Cursor in Theologia et ambulavit per totam Almaniam superiorem:

Christe deus omnipotens, in quem sperat omne Ens,
Qui es deus deorum per omnia sęcula sęculorum,
Tu velis mihi esse propitius, quando tribulat me inimicus.
Mitte unum diabolum, qui ducat ad patibulum
Poetas et iuristas, qui dederunt mihi vexas,

---

[2] Ioanne *5.* [5] flozētie *4.* flozēcię *5.* [7] e. *4.* ę. *5.*
[10] M. *4.5.* Gracio. *5.* [11] lr̄am *5.* [12] Cōſuetudo *4.* [14 15] *Hi versus in edd. quasi prosaici essent exhibentur.* [16] sic *omis. 5.* [21] Ioannē *5.* [22] vos: itez *4.* [24] et ... quia *omis. 5.* [26] Valete ex. *5.* [32] michi eſſe ꝑpicius: *5.*

Digitized by Google

Pręsertim in Saxonia, ubi fui studens in loyca,
Quam docuit me Sibutus, qui est in medicina imbutus,
Et habet antiquam vetulam, quę vendit bonam Cerevisiam.
Tunc est ibi unus poeta, qui vocatur Balthasar de Facha,
Qui me tribulavit, quod mihi valde doloravit.
Tunc Philippus Engentinus, qui non est vexator minus,
Incepit unam guerram; tunc quęsivi aliam terram,
Et cogitavi bonam rem, ut ad Rostock irem,
Ubi Hermannus Buschius mortificavit unum Carminibus.
Tunc audivi in via, quod viget ibi pestilentia.
Et ivi ad Gripswaldiam, quę habet modicam Companiam.
Et sic abivi mox, quamvis fuit statim Nox,
Et veni ad Francfurdiam, quę iacet apud Oderam:
Ibi Hermannus Trebellius cum suis poematibus
Multum me infamavit, et audacter blasphemavit;
Necnon duo Osthenii, qui sunt illius discipuli,
Qui multis cognominibus vexabant me in Civibus:
Do hieß mich die gantz statt 'das Colnisch Copulat',
Ita quod ambulavi in Austriam, ad meam malam fortunam:
Quia Collimitius (veniat ei sanctus Anthonius)
Fuit ibi Rector, et meus inimicator,
Vocans me traditorem, et volens ponere ad Carcerem,
Nisi fecisset Heckman. Sed Ioachimus Vadian,
Novum infortunium, propter Pepercornum
Mecum ibi incepit, quia eum vilipendit
In sua defensione, quamvis cum magna ratione.
Tunc dixi quod sum innocens, et rogavi eum flens,
Quod vellet me dimittere; tunc dixit ei tacite
Rector bursę lilii, quod retineret me cum vi.
Et dixit Cuspinianus, quem amat rex Maximilianus,
Quod magistri in artibus sunt doctores in peccatis mortalibus.
Tunc incepi inde transire, et ad Ingolstadt venire.
Hic Philomusus habitat, et contra Theologos metrificat.
Tunc timens eius furiam transivi ad Nurmbergam,
Ubi quidam Pirckheymer, qui non est Magister,
Fecit mihi instantiam: sed audivi ibi clam,
Quod cum multis sociis in partibus diversis
Magna in Coniuratione vellet stare pro Capnione,

---

6 loica. *5.* 8 c *4.* ę *5.* 15 Peſtilencia. *5.* 16 Gribswaldiä: *5.* c *4.* ę *5.* 18 Franckfurdiam: *5.* e *4.* ę *5.* 21 huius *5.* 28 fecisset *4.5. legerim* fuisset. 29 poɔpter *4.* 33 eis *5.* 39 timeus *5.*

Digitized by Google

Et contra nos Theologos facere multos libros.
Et fuit mihi dictum, quod noviter unum librum
Scripsit de usura, quam admittit Theologia,
Sicut Bononię est disputatum et per Magistros nostros probatum.
Sic ivi post unum mensem ad universitatem Lipsensem:
Ubi Richardus Crocus, qui dicitur esse Anglicus,
Vidit me per viam, et dixit 'illam bestiam
Ego novi Colonię'. Respondi 'noli dicere,
Quia ego non sum'. tunc dixit ad suum socium
'Iste pro Theologis est proditor Capnionis,
Et est magnus pultronus'. quod dixi magistris in Artibus,
Qui iuraverunt invicem accipere ei lectionem
Ita quod in posterum non amplius haberet stipendium.
Venit Mosellanus, dicens: 'ille Beanus
Deberet ad patibulum suspendi per suum collum'.
Et sic fui licentiatus et ad Erfordiam intentionatus,
Ubi Aperbachius me incepit tribulare,
Et Eobanus Hessus, qui nunquam fuit fessus
Quęrere in plateis, ut percuterent me cum pugnis;
Et multum terribiliter vexavit me bis vel ter,
Et dixit ad studentes: 'frangatis ei dentes,
Quia Theologicus et Reuchlin est inimicus'.
Tunc dixit Crotus Rubianus: 'unde venit iste Beanus,
Qui non est nobis notus?' dixi quod sum promotus.
Respondit: 'eatis utique'. Tunc volui revertere
Statim ad Coloniam, vadens per Buchoniam:
Sed dixit quidam socius, quod Mutianus Ruffus
Esset in itinere, et posset me percutere.
Tunc ivi per Campaniam, et veni iterum in Misniam.
Quod fuit ibi subito dictum Esticampiano,
Qui misit suos discipulos, qui traxerunt me cum crinibus.
Et dixit Spalatinus, qui est eius vicinus,
Quod etiam ex parte sua darent mihi verbera.
Ergo satis percussus veni ad quoddam Nemus,
Ibi quidam diabolus, vel certe malus Angelus
Sturnum ad me portavit, qui ubi cognovit,
Dedit mihi alapam: tunc ivi ad Franconiam,
Ubi est fluvius Menus. ibi Ulrichus Huttenus

---

45 lihrum *5.* 59 sic *omis. 5.* licenciatus: *5.* 60 Incepit *5.* *Olim dedi* Ubi Aperbachius me incepit tribulare *acrius*, 65 et *omis. 5.* 66 Beanus? *4.5.* 67 notus. *4.5.* 71 . Et *5.* 76 michi *5.* 77 quodam *4.5.* 80 michi *5.* 81 Ulirichus *4.*

Digitized by Google

Iuravit levatis digitis, quod vellet me percutere virgis,
Si vellem ibi stare: tunc cogitavi meum salutare,
Vadens hinc in Sueviam, ad civitatem Augustam:
Ibi Conradus Beutinger, cui non placet Brulifer,
Noluit me permittere, quod possem hic quiescere.
Tunc prętervivi Studgardiam, quia habet ibi stantiam
Reuchlin ille hęreticus, qui fuit mihi suspectus.
Tunc ad Tubingam abii: hic sedent multi socii
Qui novos libros faciunt et Theologos vilipendunt:
Quorum est vilissimus Philippus Melanchtonius,
Sicut ego cognovi; et igitur deo vovi,
Si viderem illum mortuum, quod irem ad sanctum Iacobum.
Fuit et Bebelius, et Iohannes Brassicanus,
Et Paulus Vereander, die schworen alle mit ein ander,
Quod vellent me percutere, si non vellem recedere.
Sed quidam hic Theologus, cum nomine Franciscus,
Sua cavisatione portavit me ex illa regione.
Tunc cogitavi ire, et ab istis poetis venire,
Et ivi ad unam patriam, quam dicunt Argentinam.
Ibi in media via facta est una rebaldria,
Quia Nicolaus Gerbellius cum suis disputationibus
Confudit me in populo, quod steti in magno scandalo.
Venit Sebastianus Brant, der nam mich bei der hant,
Dicens 'mihi sequere: nos volumus navigare
Ab hinc in Narragoniam propter tuam stulticiam'.
Et fuit ibi Schurerius, qui est pinguis socius;
Ipse me derisit, et dixit 'herr, ir mufsent mit
Biß ins Schlauraffen landt: do seynt ir vast voll bekandt'.
Collegi meam tunicam, et cepi inde fugam
Pergens ad Sletstadium: cum vidi Wimphelingum,
Qui habet unum pellicium, quod est bene impinguatum,
Necnon Iacobum Spigel, qui dixit: 'wo her, du daubengigel?'
Respondi quod ex Suevia: tunc dixit quod sum bestia.
Et ego fui iratus: tunc dixit mihi Kirherus,
Quod irem ad Athenas, et discerem gręcas litteras.
Et fuit etiam Sapidus cum multis suis scholaribus,
Dans mihi disciplinam: tunc invocavi cęlorum reginam.
Tunc exclamavit Storckius: 'volvamus hunc de gradibus'.
Respondit ei Phrygio: 'parcamus sacerdotio'.

---

85 uon *5.* 88 mihi *5.* 95 einander *5.* 99 illis *5.* 104 bey *5.* 105 michi *5.* 106 muffet *5.* 113 dauben gigel *5.* 115 Iratus: *4.5.* 116 literas *5.*

Digitized by Google

Venit Beatus Rhenanus, quęrens an sum Almanus.
Respondi 'sum ex Flandria'; tunc statim duo verbera
Accepi super capite, quod vix potui audire.
Et ivi hinc ad Haganaw: do wurden mir die augen blaw
Per te, Wolffgange Angst, Gott gib das du hangst,
Quia me cum baculo percusseras in oculo.
Accurrit autem Setzerius, qui vix est Baclarius,
Cum uno magno volumine percutiens me in latere,
Quod non habui spiritum: tunc oravi illum socium,
Quod facerem confessionem, quia haberem Contritionem;
Sed ego in noctis medio surrexi de cubiculo
Et ivi ad Friburgiam, quęrens misericordiam:
Sed ibi multi nobiles, armati et horribiles,
Reuchlin defendebant, et mihi mortem minaverunt;
Necnon unus vetulus, qui vocatur Zasius,
Ille antiquus iurista, quęsivit an sum Scotista?
Respondi 'doctor sanctus est mihi autor summus':
Tunc fecit me risibilem, quod habui pudorem.
Et statim quidam Amorbach spricht 'Ich wyl eyn anders machen,
Und langent mir die brietschen her, so wil ich in eyn newes lern'.
Sic fui hinc fugatus, quia sum ad miseriam natus,
Et veni Basileam, ubi vidi quendam
Qui Erasmus dicitur, et multum honoratur.
Tunc dixi 'cum licentia, dicat vestra excellentia,
Si estis Magister nostrandus, vel statim qualificandus'.
Respondit ipse 'utique': tunc sivi eum stare.
Sed in domo Frobenii sunt multi pravi hęretici,
Necnon Glarianus, qui imposuit mihi manus
Percutiens in dorsum, et proiciens deorsum.
Et dixi 'per tuam lauream fac mecum misericordiam'.
Tunc ivi ad Naviculam abiens Wormaciam,
Ubi in hospicio cum Theobaldo medico
Fuit mihi lis, quia de Theologis
Dicebat multa scandala: tunc dixi cum modestia
'Vos estis homo stolidus': et statim unus Caseus
Stetit mihi in capite; et sic recessi cum vulnere
Usque ad Moguntiam, ubi mihi gratiam
Fecit prędicator Bartholomęus decimator,

---

124 Hagenaw: *5.* 125 : Got *5.* 139 will eī *5.* 140 lāget mir die pꝛitſchē her: so wil ich in eī neues *5.* 144 licencia: *5.* excellencia *5.* 150 : Fac *4.* 153 mihi *5.* 156 : Et *4.* 157 graciam *5.*

Digitized by Google

Dans mihi hospitium et iurans per deum vivum,
Si ivissem ad Coronam, quod accepissem vexationem bonam,
Quia ibi commensales sunt valde nequitiales,
Nicolaus Carbachius qui legens pro scholaribus
Exponit Titum Livium: tunc reperi Huttichium,
Qui ex antiquo odio percussit me cum scamno,
Quod feci unum bombum: tunc dedit mihi pugnum
Doctor Conrat Weydmann: ich sprach 'wie sal ich das vorstan?'
Tunc trusit me Iohan Konigsteyn, quod cecidi de gradibus.
Et sic post hoc periculum contuli me ad Rhenum,
Ubi cum ambulavi, visus est mihi in navi
Doctor Thomas Murner, ordinis minorum Frater,
Qui dixit 'nisi parcerem propter meam dignitatem,
Statim coram omnibus iaceres hic in fluctibus'.
Respondi 'quare hoc?' tunc dixit 'Schweyg, du holtzbock:
Es leygt mir noch im sin, quod fecisti Doctori Reuchlin'.
Sic ivi ad Coloniam, et inveni bonam companiam,
Quamvis mihi Buschius cum suis auditoribus
Et Iohannes Cæsarius, qui legit ibi Plinius,
Facerent instantias: quia non curavi has,
Sed steti cum Theologis, et vixi in lętitiis,
Und gab nit ein har auff den grafen von newen Ar,
Quamvis sit poeticus: quia Pepercornus
In suis dictaminibus dicit de nobilibus,
Quod quamvis sunt clari, non possunt excusari,
Et debent sibi solvere pro sua Obscuritate.
Et sic est finis: propter honorem Universitatis.

10.

Magister Noster Bartholomęus Kuckuck Magistro Ortvino

Salutes innumerabiles cum summa veneratione a parte ante. Venerabilis Magister, non facto prąambulo, aut multo circuitu verborum habetis scire sicut nuper scripsistis mihi quod deberem vobis notificare qualiter negocium in causa fidei stat hic: sciatis quod bene stat, sed nondum exivit Sententia diffinitiva. Et est hic unus Iurista qui vocatur Martinus Gronigen, Doctor Senensis, ut ipse dicit, satis prętensus et superbus. Ipse debet

---

166 fol ich dz verſtan. *5.* 167 : Io. konigſteyn *4.5.* 173 ? Tunc *4.* Schweig *5.* holtz bock. *5.* 174 leyt *5.* 176 auditoribns *4.* 177 æ *4.5.* 180 : vff *5.*
2 M. *4.5.* 3 M. O. *4.5.* 7 . Sciatis *4.* Sciatȝ *5.* nū-|dū *4.* 8 i. e. Gröning.

Digitized by Google

latinisare Speculum oculare, et est valde pręsumptuosus, quia cupit videri. Aliqui laudant eum, et quęsivi nuper ex eis: 'Quid plus scit quam alius?' Tunc dixerunt, quod habet bonam notitiam in gręco. Et sic videtis quod non est curandum de eo, quia gręcum non est de essentia Sacrę scripturę. Et credo quod non scit unum punctum in libris Sententiarum. Nec ipse posset mihi formare unum Syllogismum in Baroco aut Celarent, quia non est logicus. Ipse nuper vocavit me asinum: et dixi ei: 'si es ita audax, tunc disputa mecum': et tibisavi eum audacter Et tacuit. Tunc ulterius vexando eum dixi 'Ego arguo quod tu sis asinus: Primo sic: Quicquid portat onera, est asinus: tu portas onera: ergo es asinus. Minorem probo, quia tu portas istum librum. Et fuit verum, quia ipse portavit unum librum quem dedit Iacobus de Questenberg ad studendum intus contra Magistrum Nostrum Iacobum de Hochstraten. Tunc non fuit ita prudens quod negaret mihi Maiorem, quia non potuissem probare: sed bene scivi quod nihil scit in logica. Dixi ergo ad eum 'Domine doctor, Vos vultis vos intromittere in negocio Theologorum, quod non est in facultate vestra: ego suaderem vobis quod dimitteretis, quia vos non intelligitis materiam istam: alias potestis venire ad damnum, quia Theologi non volunt quod Iuristę debent tractare causas fidei'. Et statim ille iratus dixit 'Ego non solum intelligo istam materiam, sed etiam video quod tu es una maledicta bestia'. Tunc fui etiam commotus et surrexi: et fuit inter nos magna rixa in die illa. Dixitque mihi Magister Noster Petrus Meyer plebanus Franckfordiensis 'Eamus ad hospitium pro comedere, quia est tempus ad prandium; permittatis stare istum bonum virum, quia non intelligit facta sua: ipse adhuc deberet ire ad scholas desuper': sed debetis scire, Magister Ortvine, quod volumus pulcherrime vindicare istam iniuriam: ipse est studens Coloniensis, et stetit in bursa montis, quod ego pro certo scio: ergo faciatis quod universitas citat eum: tunc volumus eum declarare periurum, quia est inmatriculatus in matricula universitatis et fecit iuramentum quod vult procurare bonum universitatis: sed nunc stat cum Iohanne Reuchlin contra universitatem. Et rogo quod velitis hoc statim facere, et mittatis mihi librum Ioannis Pfefferkorn qui intitulatur 'Defensio Ioannis Pepericorni contra famosas'. Ego vidi nuper unum socium portare huc, et vellem ita libenter habere quod cor dolet mihi inde, quia talis liber habet multas propositiones subtiles. Dominus deus [noster in ęterna gloria] det vobis salutem et pacem. Amen.

---

[3] noticiã *5.* [4] quia] Qz *4.* q [i. e. quod] *5.* essencia *5.* [5.6] Sentencia⁊ *5.* [12] de *omis. 5.* [13] M.N: *4.* M.N. *5.* [15] bene *om. 5.* [17] Ego *4.* Quia *5.* [16] Qz *4.*. Quia *5.* [19] e *4.* ę *5.* [20] . ego *5.* Sȝ *4.* [22] M. N. *4. 5.* [24] illũ *5.* [25] fctã *4.* fcolas *5.* [26] M. *4.* [27] . Ipfe *5.* Colo. *4.* Burfa Montis *5.* [29] in matriculatꝰ *4.* ĩmatriculatꝰ *5.* [31] . Sȝ *4.* . fed *5.* I. R. *4.* [32] michi *5.* I. P. *4.* Ioãnis P. *5.* [33] I. P. *4.* Io. Pepercorni *5.* . ego *5.* [35] michi *5.* Quia *5.* [36] noster...gloria *non habet 4.*

Digitized by Google

11.

¶ Iodocus Sartoris

Magistro Ortvino Gratio

Salutem sempiternam et novum annum cum bona fortuna sicut est in mundo, et plus si est possibile, opto vestrę dominationi, quę debet scire quod adhuc bene succedit mihi de gratia dei, qui tribuit mihi misericordiam suam, et sicut dicit Psalmista, 'Exaudivit dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit'. Quia oro cotidie pro peccatis meis, et peto quod dominus noster Iesus Christus velit mihi custodire animam et corpus. Sed tamen magis animam Quia corpus est pulvis: et sicut dicit sacra scriptura, 'Pulvis es et in pulverem reverteris'. etiam spero quod non male succedit vobis Quia quando unus habet istam gratiam a deo quod semper pęnitet de peccatis suis, et orat devote orationes suas, etiam si non sępe ieiunat, tunc dominus deus non vult quod male succedit ei. Ego scio quod habetis bonam Conscientiam, et semper estis in studio volens procurare bonum ecclesię. Quia scio bene quomodo nuper scripsistis unum librum contra quendam hęreticum Ioannem Reuchlin et fuit ita magistraliter compilatus quod habui admirationem exinde. et dixi ad unum cursorem de ordine prędicatorum qui circunportavit talem librum: 'Ego credo quod iste homo habet duo capita, quod potest ita scientifice practicare unam rem'. Sed intellexi etiam ab illo Cursore, quod scribitis commentum super librum Magistri nostri Arnoldi de Tungari quem articulatim composuit de propositionibus hęreticalibus Speculi Ocularis. Mittatis mihi quando est perfectum tale Commentum. Quia scio quod proculdubio erit mirabile, exponens omnia argumenta, et notabilia et propositiones et conclusiones et corolaria, quę pauci bene intelligunt, quia ille Magister noster est nimis subtilis in scriptis suis, sicut communiter Albertistę in via sua. Sed non debetis mihi pro malo habere quod laudo Albertistas, cum vos estis Thomista, quia non est magna differentia, et multum concordant in aliquibus. Sed doctor sanctus est profundior, et hoc habet ex speciali inspiratione Spiritussancti: quapropter etiam dicitur Doctor sanctus, quamvis Reuchlin non vocat eum sic in suis scripturis, et propterea est hęreticus et maneat in nomine diaboli. Ego nuper fui iratus super unum Iuristam qui defendit eum, Et scripsi unum carmen metricum contra eum. Etenim soleo poeticare etiam, quando sum

---

3 M. *4.* 5 e *4.* ę *5.* 6 michi *5.* mī *5.* (*et sic solet, ubi non* michi) 8 meā dñs *4.* meam *omis. 5.* 10 . ſed *5.* puluis ꝛ *5.* 12 : etiā *4.* 14 etȝſſī *5.* e *4.* ę *5.* 15 . ego *5.* 16 e *4.* ę *5.* 17 .I. *4.5.* 19 . Et *4.* circūpoꝛtauit *5.* 21 . ſed *5.* 26 Et Cōcluſiōes *4.* 28 e *4.* ę *5.* 30 Et *4.* 34 . et *5.* 35 etenī *5.*

Digitized by Google

solus, ex Arte metrificandi Bebelii quę est multum subtilis. Est autem hoc Carmen.

Astripotenti dei Mater venerabilis Christi,
Da precibus famuli aures benignas tui:
Qui te orat, Maria, pro sancta Theologia,
Contra quam scribit Reuchlin Iurista malus,
Non clarificatus nec desuper illuminatus,
Qualiter esse debet qui vult placere tibi.
Ergo tuum natum memento habere rogatum,
Ut subvenire velit huic facultati suę

Et est Elegiacum et scanditur sicut primum metrum in Boetio incipiens 'Carmina qui quondam studio etc.' Sed nuncius non dixit mihi quod vult ita cito recedere, alias volui vobis misisse plura metra quę scripsi pro defensione ecclesię et fidei. Ergo cogitate quod mittatis mihi tale commentum a vobis practicatum. tunc iterum volo vobis aliquid novi mittere. Valete raptim faustim zelose Datum Olmuntz in Moravia.

12.

¶ Magister Wilhelmus Lamp
artium Magister
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Reverende Vir, secundum quod dixistis et mandastis mihi quod statim quando venio ad Romam, debeo vobis scribere quomodo transivit mihi in via per omnia et quomodo sto quoad sanitatem corporis Sciatis quod de gratia dei adhuc sum sanus, et vellem etiam de vobis libenter audire quod estis sanus. Sed spero, si vult dominus deus, quod estis sanus. Et facio vobis notum qualiter statim quando veni ad Maguntiam in hospitium Coronę, tunc inveni ibi quosdam viros qui loquebantur de Causa fidei, et erant pro Doctore Reuchlin, et quando viderunt quod ego sum Coloniensis, adhuc magis loquebantur et fecerunt mihi in despectum. Et laudaverunt Iohannem Reuchlin et parvipenderunt Magistros nostros in Colonia et dixerunt quod essent vespertiliones qui nihil habent agere in luce, sed volant in tenebris, et tractant Obscuritates. Tunc ego dixi 'Audiatur pars altera', et alligavi Flores legum. Et ipsi inceperunt me irritare multis malis verbis, quod dixi: 'Quid mihi cum Reuchlin? Per-

---

10 faculatati *4*. 11 Incipiēs *4*. 12 ſtudio ꝛc. *non habet 4*. michi *5*. 13 : q̃ *4*. 14 e *4*. ę *5*. michi *5*.
18 Guilhelm⁹ *5*. 20 M. *4*. 24 michi *5*. 25 ſan⁹ et *5*. 28 e *4*. ę *5*. 30 d'ſpetū. *5*. 31 I. reuchlī *5*. 33 obſcuritates. *5*. 34 alligaui *sic 4.5*. 35 Permitatis *4*.

Digitized by Google

mittatis me comedere pro pecunia mea'. Et potestis dicere 'domine Wilhelme, vos debuissetis perseverasse et audacter respondisse ipsis'. Sciatis quod non est faciendum in isto loco. Et audivi quod nuper unus in isto hospitio fuit percussus cum uno scamno, quod defendit Magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten. Quia isti socii qui vadunt ibi ad mensam, sunt valde terribiles, et habent gladios et spados: et unus ex eis est Comes et est longus vir et habet albos crines. Ipsi dicunt quod accipit cum manibus suis unum virum armatum et iactat eum ad terram. Et habet gladium ita longum sicut gigas. Quando vidi eum, tunc tacui et permisi eos loqui. Sed cogitavi quod vellem vobis scribere, sed protunc non statim habui nuncium. Sed quando veni ad Wormatiam, intravimus ad unum hospitium, ubi sunt multi doctores, qui sunt assessores in Iudicio Camerę. Ibi dicebant mirabilia contra Theologos. et audivi quod citaverunt Iohannem Pfefferkorn propter Stormglock. Et dixit unus: 'vos videbitis quod adhuc in paucis annis auferentur isti Magistri nostri et non erunt amplius'. Tunc dixi: 'Quis tunc prędicabit vobis et docebit in fide Catholica?' Respondit ille: 'Hoc faciunt docti Theologi, qui intelligunt scripturas, sicut Erasmus Roterodamus, Paulus Ricius, Iohannes Reuchlin et alii'. Tunc tacui et cogitavi mecum 'Stultus stulta loquitur'. Et sedit unus in mensa nomine Theobaldus Fettich, qui pronunc est Doctor Medicinę, et cognovi eum, quia olim stetit Colonię in bursa montis: ipse multo plura dixit quam alii. Et dixi ei: 'Vos debetis recordare quod fecistis Iuramentum Rectori et Universitati Coloniensi'. Respondit quod merdaret super nos omnes. Sed transeant illa. Postea quando exivimus Wormaciam, venerunt quidam viri terribiles in equis, habentes balistas cum telis et volentes nos sagittare. tunc socius meus clamavit 'Iesus, Iesus'. et ego habens bonum cor dixi quod non debet ita clamare, et dixi ad illos viros 'Domini gratiosi, nolite sagittare nos, quia non sumus induti cum armis, et non sumus inimici vestri, sed sumus clerici, et tendimus Romam pro beneficiis'. Tunc unus dixit: 'Quid ego curo beneficia? Detis mihi pecuniam et sociis meis quod habemus bibalia, vel diabolus debet vos confundere'. Tunc si voluimus venire de ipsis, oportet quod dedimus ipsis .II. florenes. Et ego dixi occulte: 'Bibite quod diabolus benedicat vobis'. Et postea socius meus dixit: 'Quid vobis videtur, volumus illos citare ad Curiam Romanam?' tunc dixi quod non est possibile, quia non scimus nomina ipsorum. Deinde per multam merdam ivimus ad Augustam, et valde pluit, et etiam ita ninxit quod non potuimus aperire oculos nostros. Tunc dixit socius meus 'o diabole, quomodo friget me. Si essem adhuc Colonię, ego non vellem ire

---

4 M. *4.5.* 5 . qꝫ *5.* 7 Crines *4.* 9 . quando *5.* 11 . ſꝫ *5.* 12 aſſeſſores *omis. 5.* e *4.* ę *5.* 13 I. *5.* 18 Io. *5.* 20 e *4.* 22 recordare *5.* 23 . ſed *5.* 26 . Tūc *4.* . Et 36 Iuim⁹ *4.5.* . Et etiā *4.* etiām *5.* 37 meus *omis. 5.*

Digitized by Google

ad Curiam Romanam'. Et ego risi. In hospitio autem erat una pulchra virgo; et de nocte fecerunt choream, et socius meus chorisavit etiam. Et dixi ei quod non deberet facere: Quia iam est Magister, et non deberet exercere istas levitates. Sed ipse non curavit, et dixit mihi: 'Si illa virgo vellet mecum dormire per unam noctem, ego vellem de merda eius comedere unam libram'. Et non potui amplius audire, sed allegavi Ecclesiastes .1.: 'Vanitas vanitatum et omnia vanitas', et ivi dormitum. De mane venimus ad Lanßpergk, ubi socius meus supposuit ancillam hospitis per noctem. Et de mane quando eximus hospitium, tunc equus suus claudicavit, et dixi: 'supponatis amplius ancillas'; sed unus faber iuvavit ei. Et postea venimus ad Schangaw, ubi emimus pulchra specula. Deinde ivimus versus Inspruck. Tunc fuit ita mala via quod Equi non potuérunt ire; et fuit ita profunda merda quod transivit Equis ad ventres superius. Et sic post multas tribulationes venimus Insprucken, ubi fuit dominus Imperator et eius vasalli et Curiales et satrapę et milites et armigeri, habentes vestes sericas et cathenas aureas in collibus suis. Et aliqui fuerunt terribiles cum barbis et birretis scissis militariter. Et timui comedere in hospitio, quia audivi unum dicentem: 'Si esset Imperator, ipse vellet suspendere omnes Curtisanos, quia vadunt Romam et discunt nequitias. Ibi etiam decipiunt se invicem pro beneficiis, et vexant alios beneficiatos in Almania, et faciunt quod pecunia venit ad Romam de Almania': Et sic vidi quod isti Curiales non curant deum neque homines: et ergo peribunt sicut pulvis a facie venti. Postea transivimus per unum montem qui fuit plenus nive et est ita altus, quod credo quod transit ad medium Cęli. Et fuit ita magnum frigus super illum montem, quod putavi habere febrem, et cogitavi de stufa mea Colonię. Dixit autem socius meus: 'O si haberem pellicium meum'. Tunc dixi ei: 'Vos semper queritis de frigiditate quando estis in Campo, et quando venitis ad hospitium, tunc vultis supponere. Non scitis quod coitus etiam infrigidat?' Respondit ipse quod non videtur sibi quod infrigidat, sed calefacit. Et debetis scire, Magister Ortvine, quod in vita mea non vidi unum hominem ita luxuriosum: semper quando intravimus unum hospitium, tunc primum verbum fuit ad famulum hospitis: 'O famule, non habemus aliquid pro genibus? [Datulus meus stat michi ita dure: ego scio quod vellem cum eo nuces supra percutere.]' Deinde venimus ad Tridentum. Et parcat mihi dominus, et vos etiam non habeatis mihi pro malo, quod scribo vobis veritatem: quia ibi etiam semel

---

[1] rhomanam. *5.* [2] : Et *4.* [3] iam *omis. 5.* [4] . Et *4.* michi *5.* [5] Ego *4.* . Ego *5.* [8] Lanſzperg *5.* [10] cras *ante* amplius *adiecit 5.* [12] Iſpruck *4. 5.* [14] Iſprucken *4.* Iſpzuckeu *5.* [15] e *4.* ę *5.* [19] rhomam *5.* [20] etiam *5.* et *4.* . Et *5.* [21] rhomam *5.* [22] uon *5.* [25] Frigus *5.* [27] . tunc *5.* [28] : Et *4.* , tunc *non habet 4.* [30] Infrigidat *4.5.* [31] Ita *4.5.* Semp *4.* qnando *5.* [32] Hoſpicium *5.* [33] Datulus ... percutere. *non est in 4.* [36] . Quia *4.5.*

Digitized by Google

purgavi renes vadens occulte ad prostibulum. Sed postea de nocte oravi horas de beata virgine pro peccato illo. Fuerunt ibi multę gentes, volentes ire ad Veronam, et facere ibi mirabilia. Et dicebantur nobis grandia, quomodo Imperator velit captivare Venetiam. Et vidimus bombardas et alia multa qualia non vidi in diebus vitę meę. Et una Sabbatorum venimus ad Veronam. Illa est pulchra Civitas habens muros, castra et fortalitia. Et vidimus ibi domum Ditheri de Bern, ubi ipse habitavit. et ibi superavit et mortificavit multos gigantes qui bellaverunt cum ipso. Postea volentes procedere, diu non potuimus propter metum Venetianorum, quia dicebatur quod essent in campo. Et fuit verum. Quia postea apud Mantuam audivimus eos bombardare, quia iacebant ante Brixiam. Et dixit socius meus: 'Hic natus fuit Virgilius'. Respondi: 'Quid curo illum paganum? Nos volumus ire ad Carmelitas et videre Baptistam Mantuanum qui in duplo est melior quam Virgilius, sicut ego audivi bene decies ab Ortvino'. et dixi ei, quomodo semel reprehendistis Donatum, quando dicit: 'Doctissimus poetarum fuit Virgilius vel optimus plebis'. Et dixistis 'Sed esset Donatus hic, ego vellem ei in faciem dicere quod mentitur: quia Baptista Mantuanus est super Virgilium'. Et quando venimus ad claustrum Carmelitarum, dicebatur nobis quod Baptista Mantuanus est mortuus. Tunc dixi 'Requiescat in pace'. Deinde venimus ad Bononiam, ubi fuit Sanctissimus et etiam rex Francię. Ibi audivimus missam Papalem, et accepimus multas indulgentias pro omnibus peccatis, tam venialibus quam mortalibus, et fecimus confessionem. Tunc fuit ibi Reverendus pater frater Iacobus de Hochstraten Magister noster et inquisitor hęreticę pravitatis. Et ego videns eum dixi: 'O pater reverende, quid excellentia vestra facit hic? Ego putavi quod estis Romę'. Tunc dedi ei litteras vestras et litteras Magistri nostri Arnoldi de Tungari: tunc respondit mihi quod vult impetrare per regem Francię, quod Reuchlin debet declarari hęreticus, et speculum Oculare debet comburi. Interrogavi autem eum: 'Intelligit tunc etiam Rex istam materiam?' Respondit: 'Licet ipse non intelligit per se, tamen Theologi in Parrisia instruxerunt eum; et confessor suus Wilhelmus Parvi, qui est vir zelosus, dixit ei in confessione quod non vult eum absolvere nisi vult facere cum Papa quod Reuchlin declarabitur hęreticus'. Et gavisus sum valde et dixi 'det dominus deus quod fiat secundum verba vestra'. Et inveni ibi multos Curtisanos mihi notos, et invitavi eos ad hospitium. Deinde ivimus ad Florentiam, quę est ita pulchra Civitas sicut est in mundo. Et postea Senam, ubi est universitas, sed sunt pauci Theologi. Postea sunt parvę Civitates, et una vocatur Monteflascon: Ibi bibi-

---

5 in vita mea. *5.* 7 Et ibi *4.* 8 postea *4.5.* 13 Carmilitas *4.5.* Bapſtitā Matuanū *4.* 15 Quomodo *4.* 20 Deiude *5.* 21 e. *4.* ę. *5.* 26 . tunc *5.* lr̄as (*bis*) *4.* literas *tum* lr̄as *5.* 27 : Tunc *4.* 28 : Et *4.* 31 . Et *4.5.* 36 hoſpiciū. *5.* q̄ *4.*

Digitized by Google

mus optimum vinum, quale non bibi in vita mea: et interrogavi hospitem quomodo vocatur illud vinum? Respondit quod est lachryma Christi. Tunc dixit socius meus: 'utinam Christus vellet etiam flere in patria nostra'. Et sic bibimus bonam positionem. Et post duos dies intravimus Romam. Laudetur deus qui liberavit nos de multis tribulationibus quę sunt in tota via, necnon in mala Scarparia. Sed nunc in Curia non intellexi aliqua nova, nisi quod vidi hic unum Animal bene ita magnum sicut quatuor equi, et habet rostrum ita longum sicut ego, et est mirabilis creatura. Quando vidi, tunc dixi: 'Mirabilis deus in operibus suis'. Ego vellem dare unum florenum quod videre deberetis illam bestiam. Sed credo per deum quod satis bene expedivi me scribendo. Vos similiter faciatis, alias nunquam vobis scribam. Et valete saniter. Datum raptim Romanę Curię.

13.

¶ Thomas Klorbius
humilis Theologię doctor
Magistro Ortvino
Salutem.

Quia scriptum est 'vexatio dat intellectum': Ergo non debetis mihi habere pro malo quod modicum teneo vobis oppositum, cum ego facio in bonam partem. Vos nuper scripsistis in uno dictamine de uno Magistro nostro, quod est valde doctus, et est Doctor multorum annorum, et est profundus Scotista, et est valde cursivus in libris Sententiarum; etiam scit mentetenus totum librum Doctoris sancti de Ente et Essentia, et Fortalitium fidei est ei sicut Pater noster; et per artem memorativam impressit sibi formalitates Scoti sicut ceram; et ultimo scribitis quod est membrum decem universitatum. Parcatis mihi, vos estis incongruus: quia unum membrum non potest habere plura corpora: sed per contrarium unum corpus bene habet plura membra: Quia corpus humanum habet caput, pedes, manus, brachia, ventrem, priapum, vel vulvam si est mulier; et pes est membrum hominis, et caput est membrum hominis .etc. et totum Corpus hominis habet sub se illa membra, et illa membra subsunt huic Cor-

---

[4] post] p[9] *5.* [5] Fortasse Lampius quoque 'nescivit quod est poeta' et scripsit:

Laudetur deus qui liberavit nos de multis tribulationibus
Quę sunt in tota via, necnon in mala scarparia.

[6] . fed *5.* [8] cteatura: Quādo *4.* [11] Alias *4.* [12] Rhomanę *5.* [16] M. *4.* [19] Ego *4.* [22] . Etiā *4.* [23.24] fortaliciū *5.* . Et *4.* [24.25] Impreſſit *4.5.* . Et *4.* [26] Quia *4.5.* [27] menbrū *4.* [28] . Quia *4.* Quia *5.* [28.29] Caput *4.5.* . Et *4.* [30] . Et *4.5.*

Digitized by Google

pori, sicut species suo generi: sed nullum istorum membrorum habet sub se plura Corpora. Sed si velitis dicere quod talis Magister noster est Corpus decem universitatum, iterum ego vellem reprehendere vos, quia ibi putaret aliquis, quod decem Universitates essent membra illius magistri nostri, et quod ipse constaret ex decem universitatibus; quo posito fuerit scandalum illis X universitatibus et ipsę minorarentur exinde: cum unus homo (quia etiam magistri nostri, sicut scitis, sunt homines) diceretur esse dignior tot universitatibus: quod est Casus impossibilis, quia etiam Doctor sanctus non est plus quam X Universitates. Quomodo ergo volumus emendare, quod dicimus recte? Advertatis, quia est quęstio multum difficilis; et quamvis pertinet ad grammaticalia, tamen etiam plures Magistri nostri non sciunt. Ille ergo qui est inmatriculatus in decem universitatibus, etiam ad tempus studuit in eis, audiens lectiones, et servans statuta, facto etiam et servato iuramento, exhibens honorem Magistris et doctoribus, potest dicere: 'Ego sum membra decem Universitatum', et non 'membrum'. Et non est oratio incongrua, quamvis sit ibi disconvenientia in numero: quia fit ibi appositio, sicut in Virgilio 'Formosum pastor Coridon ardebat Alexim, Delitias domini': quia ibi etiam Alexis, qui est solum unus rusticus, dicitur esse delitię per appositionem. Et credatis mihi quod est una subtilitas valde notabilis. Ego didici quando steti Lovanię, et nondum fui bacularius, quando hęc materia fuit disputata per quatuor dies. Non habeatis pro indignatione, quia ex bono scripsi vobis et Valete. Datum Confluentię.

14.

¶ Magister Otho Hemerlin

Magistro Ortvino Gratio

Salutis maximam Copiam. Venerabilis Magister, dominatio vestra magnam gratiam fecit mihi mittendo illum notabilem librum Iohannis Pfefferkorn, qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas'. Ego non possum admirari satis, quod sic notabiliter et excellenter ille vir reprehendit Iohannem Reuchlin. Et dixi quando legi: 'Iste Reuchlin deberet libenter esse mortuus'. Sed plebanus quidam existens bonus Reuchlinista, semper opponit mihi Arguens a maiori ad minus. Et heri ante vesperas quando ivi secum spaciatum, hęc verba exiverunt ab ore suo: 'Si Theologi non obtinuerunt contra Reuchlin in Almania, multo minus obtinebunt

---

1 . Sed *4.* Sȝ *5.* 3 . Quia *4.5.* 6 .x. *5.* ipe *4.* ipſę *5.* 9 .x. *5.* 11 . Et *4.5.* 15 .x. *5.* 16 Oratio *4.* Oꝛatō *5.* diſconientia *4.* . Quia *4.* . Qꝛ *5.* 17.18 Alexem *4.* 18 . Quia *4.* . Qꝛ *5.* 19 Appoſitionē *4.* 20 Leuonię *4.5.* 21 quatoꝛ *4.*

25 M. *4.* 28 michi *5.* Ioannis *5.* 29 Ioannis *5.* 31 Io. *5.* 32 plabanus *4.* exñs *5.*

Digitized by Google

in Curia Romana, quia in Italia sunt doctissimi viri, et statim intelligent stultitiam et vanitatem Theologorum, quia Romę non curantur tales frascarię'. Et etiam dixit: 'Quale signum est hoc, quod Theologi non audent nominibus propriis scribere contra Iohannem Reuchlin et cohęrentes, sed subordinant unum bufonem qui neque honorem neque bona habet perdere, et huic adscribunt libros?' Tunc respondi ego: 'Pfefferkorn quidem composuit materiam, sed Magister Ortvinus postea latinisavit'. Dixit plebanus: 'Bene scio quod Ortvinus composuit hoc latinum, quia statim cognovi stilum suum; etiam scio quod ipse Ortvinus est de bona progenie, scilicet sacerdotali. Sed dicatis mihi unum: Vos habetis fateri quod Pfefferkorn non scit Alphabetum latinum. Et si non scit alphabetum, multo minus scit legere. Et si non scit legere, multo minus scit intelligere. Et si non scit intelligere, multo minus scit scribere et componere. Et si non scit legere neque intelligere neque scribere, multo minus scit disputare de istis quęstionibus quas nemo potest sapere nisi sit profundissimus litteratus. Quomodo ergo est possibile quod ipse composuit hanc materiam vel latine vel teutonice vel hebraice? Respondi quod videtur mihi quod Pfefferkorn habet ita illuminatum intellectum, et ita sępe audivit istam materiam quod adiuvante deo et ex instinctu spiritussancti bene potest disputare desuper. Et causa illa est ita facilis, quod Reuchlin posset vinci in ea etiam per uxorem Pfefferkorns'. Dixit plebanus: 'Verum est hoc. Quia credo quod uxorem Iohannis Pfefferkorn non vincerent quinque iuvenes quadrati rustici ex Westphalia, multo minus Iohannes Reuchlin, qui est senex et debilis et per Consequens impotens, poterit eam vincere. Sed miror quod Sanctissimus dominus Papa et etiam Imperator noster permittunt tanta scandala fieri per istum Iudaicum bufonem, quod debet stare in loco sacro et prędicare populo et dare benedictionem, et facere talia, quę si faceret unus laycus qui fuisset semper Christianus, tamen nihil boni deberemus suspicari de eo; multo minus de Iudęo baptizato, qui non debet probari quod fuerit bonus Christianus, nisi post mortem. Et si non deberent hoc pati, multo minus deberent pati quod ipse intromitteret se in disputationes Doctissimorum virorum, et scandalizaret honestissimos viros. Ipse deberet suspendi cum libris et scandalis suis, sicut diu meruit'. Respondi quod prędicatio Iohannis Pfeffercorn non fuit pontificalis, sed fuit laycalis et simplex instructio. Sed de libris eius manifestum est quod ipse defendit se contra Iohannem Reuchlin qui parvipendit eum. Et ipse

---

[1] Rhomana *5.* [2] ſtulticiam *5.* Vanitatē *4.5.* Quia *4.* rhomę *5.* [2.3] e *4.* ę *5.* hoc? *4.5.* [4] Ioannem *5.* [6] PfefferKorn *5.* [7] M. Oꝛ. *4.* [8] cōpuſuit *4.* [10] michi *5.* Pfeffer. *5.* [12] minus] nimis *4.* [17] theutonice *5.* michi *5.* [18] Intellectū: *4.5.* [21] Pepericoꝛni. *5.* [22] Ioannis Pfeffer. *5.* [22.23] Iuuenes *4.5.* Veſtphalia: *3.* [25] . ſed *5.* [27] . Et *4.5.* [29] Eo *4.* [32] : Et *4.* [33] . Ipſi *4.* [34] Ioannis Pfeffercoꝛn *5.* [35] : ſed *5.* [36] Ioan. *5.*

Digitized by Google

in Speculo suo manuali corrigit iniustitiam Iohannis Reuchlin. Et quod sit bonus Christianus pręsumitur ex hoc quod si non cogitaret semper manere Christianus, ipse non esset ita iratus super Iudęos, et faceret eis tanta mala'. Dixit plebanus 'Scribere seu componere libros est una magna res, et non competit nisi magnis et Doctis Viris qui sunt altissime graduati, multo minus Iohanni Pfefferkorn qui est Ideota: et Ergo Theologi Colonienses nunquam debuissent prętendere quod vellent hominibus persuadere quod Pfefferkorn componit talia. Sed si ego essem Imperator, Ego vellem Pfefferkorn et Hochstrat suspendere ad unum patibulum'. Respondi: 'Quid fecit Magister noster Iacobus de Hochstraten? Tamen est bonus Imperialis, quod ego volo probare per Epistolam suam ad Imperatorem, in qua sic scribit: „Valeat et in ęternum gaudeat Cęsaria Maiestas quam deus optimus maximusque suę Ecclesię conservare dignetur per milia tempora felicem".' Dixit plebanus: 'ego vidi X malefactores mortificari, et nullus fuit ita dignus mortis sicut Hochstrat, qui tam bonum et innocentem virum sic iniuste tribulat, et adhuc petiit etiam adiutorium a Rege Francię qui est publicus inimicus Imperii, contra Iohannem Reuchlin; quod est crimen lęsę maiestatis; et super hoc Romæ lamentavit'. Respondi quod Hochstrat facit talia zelo fidei, et fides maior est quam imperator, et Theologi non curant superioritatem sęcularem'. Tunc plebanus abscessit dicens: 'O Innocentissime Reuchlin, debes tu sic tractari a pessimis et nequitiosissimis tribulatoribus? Deus te conservet. Sed si ulla est iusticia, tu non potes superari in ista causa. Ergo possum dicere: "zelabunt gentes et nihil adversum te poterunt".' Respondi occulte: 'Fiant dies eius pauci, et Episcopatum eius accipiat alter'. Per deum, domine Ortvine, nos habemus multas tribulationes. Vellem quod ista causa esset expedita: et ergo scribatis mihi tamen quomodo stat in Curia Romana, et Valeatis per tot annos quot vixit Matusalem. Datum Vratislavia.

15.

¶ Magister Petrus Steynhart

Magistro Ortvino Gratio

Salutem.

Multum vellem vobis scribere, domine Ortvine, de novitatibus hinc inde et bellis et guerris et etiam de Causa Iohannis Reuchlin: sed iam

---

[1] iniuſticiã 5. Io. 3. [2] bouus 4. [4] Componere 4. [6] Ioanni Pfeffercoꝛn 5. ergo 5. [8] Pfeffercoꝛn 5. [9] Pfeffercoꝛn 5. [10] M. nr̃ Iaco. 4. Ma. 5. tamen 5. [12] Cefarea 5. [12.13] Ma. 4. [14] .x. 5. [17] Ioannem 5. [18] . Et 4. Romæ 4. Rhomæ 5. [23] iuſticia 5. [27] michi 5. [28] Rhomana 5. valeatis 4. [31] M. 4. 5. [35] : Sed 4. . Sed 5.

Digitized by Google

sum ita iratus quod non possum sedere prę ira: et ergo non possum scribere talia, quia Cor palpat mihi quasi unus percuteret cum pugno, quia est hic unus Almanus de partibus Misnensium, et ipse promisit mihi dare unum vocabularium Iuris: et nunc non vult dare, et sępe monui eum amicabiliter, sed non iuvat. Et video quod prętendit me vexare. Sed quia scitis quod omne promissum cadit in debitum, propterea feci eum citare. Tunc hodie scripsit mihi unam litteram vituperativam et scandalisavit me quasi bufonem. Ergo sum ita iratus quod nescio quid debeo facere. Sed volo ire ad gubernatorem et impetrare unum mandatum de capiendo, quia iste socius est mihi suspectus de fuga. Et quando non mittit mihi statim librum, tunc afferam famulos pariselli ad captivandum eum, et mittere in presunam: et si tunc habebit unum strapecordam vel duas, capiat sibi: quia volo eum docere quomodo debet unum circumducere, et non tenere promissum. Et credatis mihi firmiter quod volo rectificare illum socium: vel est damnum quod vivo. Quia oportet me habere talem librum, quia iam pono studium meum in ordine, et emi libros in Iure et in aliis, vadens cotidie quattuor horas ad Sapientiam, audiendo Instituta, et Infortiatum, et etiam in iure Canonico, et Regulas cancellarię; et inveni hic unum librum multum practicum, et est excellens, et ex eo disco multa: ego credo quod in Almania non habetis eum: ipse est mirabilis et est valde declarativus, et intitulatur 'Casus longi super Institutis', et practicat pulcherrimas materias, et ita profunde declarat Instituta, quod sępe dividit unum Paragraphum in .x. partes, et procedit per modum dialogi, et est etiam quantum ad latinitatem valde elegans. Non possum vobis scribere quantum est utile habere talem librum. Sed non debetis dicere Iuristis in Colonia qui sunt fautores Ioannis Reuchlin: quia si haberent illum librum, magis subtiliter possent practicare. Ego bene scio quod non habetis libenter quod studeo in Iure, quia sępe dixistis mihi quod debeo studere in Theologia, quę beatificat et est de maiori merito, quam illa Iura quę faciunt curvum rectum et rectum curvum. Et allegastis mihi Richardum in uno passu. Attamen dico vobis quod oportet me facere, quia scientia Iuris est de pane lucrando: unde versus

„Dat Galienus opes et sanctio Iustiniani:
Ex aliis paleas, ex istis collige grana".

Et scitis bene quod alias sum pauper, et mater mea scripsit mihi quod debeo cogitare ad habendum victum et amictum, quia amplius non vult

---

[2] michi *5. et sic octiens in hac ep.* [7] literam *5.* [9] Gubernatoꝛē *5.* [12] pꝛęſunā: *4.* [13] Quia *4.5.* [15] . Quia *4.* [17] quatuor *5.* ſapiētiā *4.5.* inſtituta *4.5.* infortiatum *4.5.* [19] Pꝛacticū: *4.5.* [21] inſtitutis *4.5.* [22] inſtituta: *4.* [23] est *omis. 5.* [26] fautoꝛęs Io. *4.* [28] ſepe *4.* [29] que *4.* [30] q̄ *4.* [32] . Quia *4.* . Unde *4.* [33] et *4.* vt *5.* [36] . Quia *4.*

Digitized by Google

mittere mihi pecuniam: et sic est per deum. Sed iam iterum cogito de isto socio qui fecit me iratum. Valete cordialiter. Datum Romę.

16.

¶ Magister Iohannes Pileatoris
Magistro Ortvino Gratio

Salutes vobis plures
Quam sunt in Polonia fures,
in Bohemia hęretici,
in terra Suitensium rustici,
in Italia Scorpiones,
in Hispania lenones,
in Ungaria pediculi,
in Parrisia articuli,
in Saxonia potatores,
in Venetia Mercatores,
Et Romę Curtisani,
in Almania Cappellani,
in Frisia Caballi,
in terra Francię vasalli,
pisces in Marchia,
sues in Pomerania,
oves in terra Anglię,
boves in regno Dacię,
Meretrices in Bamberga,
artifices in Nurmberga,
in Praga ludęi,
Colonię Pharisęi,
Clerici in Herbipoli,
naves in Neapoli,
Busto ducis acufices,
Franckfordlę pellifices,
nobiles in Franconia,
Et nautę in Selandia,
Sodamitici Florentię, [gentię,
ex ordine prędicatorum indul-
textores Augustę,
per ęstatem locustę,
Columbę in Wettrania,
caules in Bavaria,
alleces in Flandria,
sacci in Turingia,

Id est infinitas Salutes vobis opto, Venerabilis Magister, quia estis mihi ita charus sicut est possibile in caritate non ficta. Sed possetis dicere quod fingo illam dilectionem, quia non creditis quod est ita cordialis: igitur non volo multum scribere de illa. Unde versus „Laus proprio sordet in ore", Teutonice „Eygen lob stinckt geren". Sed in signum dilectionis mitto vobis hic duo munera, scilicet unum Pater noster factum de cornu

---

[1] mī *5.*
[4] M. *4.* [5] M. *4.5.* [3] *In 4. versus* 3...13, *tum* 14...26. *et sequenti pag. c versus* 27...31. *et* 32...36. *ita expressi sunt,* Et{ *ut singulis* Et *præpositum esse significetur. In 5.* Et *præpositum est versibus* 10. *et* 28. *omissa linea* ⁀. *omnes initiales litteræ in 5. maiores sunt.* [6] leones *5.* [8] Parrhifia *5.* [14] e *4.* ę *5.* [16] dacię *4.* [25] Bufto *4.5.* (*ut tum sæpe* bust *pro* busc *scribebant*) [26] e *4.* ę *5.* [28] Nautæ *5.* [29] Sodamitici *4.5.* [31] e *4.* ę *5.* [32] Eftatem *4.5.* e *4.* ę *5.* [33] Wettrania *alias quoque Huttenus scribebat.* [35] Haleces *5.* [37] michi *5. et sic quinquiens post in hac ep.* [38] charitate *5.* [41] . Scȝ *4.*

Digitized by Google

bufli, et tetigit sepulchrum Sanctorum Petri et Pauli et multas alias reliquias Romę. Et cum hoc feci tres missas superius legi. Et dicunt quod valet contra latrones et omnes interfectoriales nequitias, quando aliquis orat Rosarium in eo. Secundo mitto vobis unam rem quę est ligata in panniculo, et habet virtutes contra serpentes, quia vidi experimentum; et quandocunque (deus custodiat) mordet vos unus serpens, tunc non nocet vobis: ego dedi unum Carlinum pro. Fuit hic unus in Campo florę qui facit mirabilia per virtutem sancti Pauli, et habuit multum de serpentibus terribiliter formatis, ita quod est mirabile ad videndum. Ipse tangit eos et non nocet ei; sed quando mordet unum alium, tunc ipse liberat eum per talem virtutem, dans homini illam materiam sic ligatam; et dicunt quod est de illa progenie, cui sanctus Paulus concessit talem virtutem. Quia quando sanctus Paulus ambulavit in terris, tunc semel fuit hospitatus ab uno viro qui tractavit eum cum summa reverentia, et faciens ei bonam Companiam prębendo comedere et bibere et bona lectisternia, et de mane quęsivit eum 'O bone domine, non habeatis mihi pro malo: ego video quod estis unus magnus vir, et habetis specialem gratiam a deo, et non dubito quod estis sanctus, quia heri vidi vos facere miracula. Rogo dicatis mihi quis estis?' Respondit ei sanctus Paulus: 'ego sum Paulus Christi apostolus'. Tunc ille vir cecidit in genua sua dicens: 'O sancte Paule, parcatis mihi, quia nescivi quis estis: et ergo rogo vos velitis deum orare pro peccatis meis, et velitis mihi dare pro valedictione unam specialem gratiam propter deum'. Dixit ei sanctus Paulus: 'Fides tua salvum te fecit', et dedit ei talem gratiam, et omnibus successoribus suis, quod possunt sanare homines qui sunt veneficati a serpentibus. Et iste vir qui dedit mihi hoc, est de tali progenie, sicut multotiens probavit. Ergo accipiatis pro bono. Et scribite mihi novalia de guerris; et mittatis me scire an ille Iurista Iohannes Reuchlin composuit adhuc alia contra vos, quia possibile est quod fecit propter audatiam suam, quamvis nullis vestris prędecedentibus demeritis. Sed spero quod etiam bene confundetis eum, quia hic dominus Magister Noster Hochstrat dixit mihi quod causa sua bene stat, et quod debeo hoc vobis scribere. Valete Romę datum.

17.

¶ Fredericus Glantz
Magistro Ortvino Gratio

Salutis Cumulum. Honorabilis vir, si non scitis prius, tunc volo vobis certificare nova, quod fui hic in guerra cum quodam Cantore, qui putat

---

[2] ę *4.* e *5.* [4] q̄ *4.* [10] . Sed *4.* Sed *5.* [17] . Et *4.* [20] . tunc *5.* [21] vos *omis. 5.* [24] . Et *4.* Et *5.* [28] Ioannes *5.* [29] fuā audaciā. *5.* [31] . Qz *4.* M. N. *4.* [34] Fradericus *4. 5.* [35] M. *4.*

Digitized by Google

se esse magnum dominum, sed est adhuc ita bene pauper socius sicut ego et alii. Nos bibimus in simul, et ipse dixit quod portasset mihi unum totum cantarum Cerevisię: et ego dixi quod non: et ita me deus iuvet quod non vidi quod bibit. Tunc dixi: 'Domine Cantor, Ego non vidi quod bibistis; si vidissem, tunc libenter vellem respondere vobis, quia adhuc sum Imperterritus contra unum Cantarum Cerevisię'. Tunc iuravit quod portasset mihi, et dixit quod debeo bibere. Respondi: 'Portate mihi unum, et faciam vobis æquum'. Tunc dixit quod portasset mihi, et ergo essem ei satisfacere obstrictus. Respondi quod non vidi, et posito casu quod vidissem, tamen non tenerer ei, et de nullo iure potest me cogere ad bibendum, quando non volo. Dixit ille 'Imo possum vos cogere'. Respondi 'ubi hoc legistis?' Dixit 'in l. Vinum .ff. Si certum petatur'. Respondi: 'Vos allegatis me Iura, Ego non sum iurista, sed volo interrogare desuper'. Et sic solvi zecham et recessi. Et dixit ipse quod nunquam in vita sua vellet mihi portare aliquid. Respondi: 'dimittatis'. Sic est factum, Magister Ortvine. Vos etiam per Contrarium scribite mihi novalia et Valete tam diu donec unus passer ponderat centum libras. Datum Monasterii.

18.

¶ Frater Simon Worst
sacrę Theologię doctor
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Postquam venit huc defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas quam composuit in latino, semper omni die audimus hic nova: Unus dicit sic, alius sic; Unus est pro eo, alius pro Reuchlin; Unus defendit eum, alius culpat. Et est magnum certamen, et volunt invicem percutere se. Si deberem vobis scribere Omnes guerras, quę sunt de hoc libro, Olympię me tempus sit defecturum. Sed transeunter dicam pauca. Simpliciter plures dicunt, et communiter sęculares Magistri et presbiteri et fratres de ordine minorum, quod non est possibile quod Pfefferkorn composuit istum librum, quia nunquam didicit unum verbum latinum. Respondeo quod hęc obiectio nihil valet, licet magnos etiam viros in hunc usque diem perverterit, et male: quia Ioannes Pfefferkorn, qui secum fert Calamare et

---

2 michi *5.* 3 . Et *4.5.* 5 Quia *4.* . Quia *5.* 7 michi *5.* mī *5.* 8 aequū *4.* æquum. *5.* michi *5.* 11 volo dixit *4.* 15 michi *5.*
20 F. *4.* 22 M. *4.5.* Gr. *4.* Gra. *5.* 23 Salu. *4.* 24 Ioannis *5.* 25 : Olimpię *5.* q̃ *4.5.* 29 trafeunte *4.* tranfeunt̃ *5.* 32 : Q3 *4.5.* 34 : Q2 Io. pfef. ȯ *4.* . Quia Ioan. Pfeffer. qui *5.*

Digitized by Google

atramentarium, ea potest annotare quę audit, vel in sermonibus publicis, vel in conventiculis, vel quando studentes et fratres prędicatores veniunt in domum suam, vel quando ipse vadit ad balneum. Sancte deus, quot prędicationes intra XII annos audivit? Quot admonitiones? Quot sanctorum patrum autoritates? Quas ipse vel per seipsum retinere aut uxori suę dicere potuit, vel ad parietem scribere, vel ad tabulam suam ponere. Et dixi etiam nuper quod Iohannes Pfefferkorn de seipso profitetur (citra iactantiam tamen), quod omnia illa quę in biblia vel in sacris Evangeliis habentur, per seipsum allegare potest ad omne propositum, sive malum sive bonum, sive Iudaice sive Almanice. Et etiam scit mentetenus omnia Evangelia quę per totum annum exponuntur, et potest ea recitare ad unguem, quod non possunt facere isti Iuristę et poetę. Etiam habet filium nomine Laurentium, ingenuum profecto adolescentem, qui studuit ita quod est pallidus. Sed ego miror quod permittit eum studere in illis diabolicis poetis: ipse recolligit patri suo sententias Oratorum et poetarum tum ex suo tum pręceptorum suorum ore, ad omnem materiam et omne propositum: et scit allegare Hugonem. Et ipse Iohannes Pfefferkorn intelligit multa ex tam ingenuo adolescente, ita ut quę ipse indoctus facere non potest, filius eius perficiet. Doleant igitur omnes qui false circumtulerunt, quod ipse non composuit suos libros, sed doctores et Magistri in Colonia componunt eos: Erubescat quoque et in Aeternum ingemiscat Iohannes Reuchlin, qui etiam dixit quod Iohannes Pfefferkorn non composuit suum Manuale speculum, de quo sępe apud doctos fuit contentio, quia tres viri dederunt ei illas Autoritates quas ibi allegavit. Tunc unus dixit: 'Qui sunt illi tres viri?' Respondi quod nescio; sed credo quod sunt illi tres viri, qui apparuerunt Abraam, ut legitur in Genesi. Et quando dico talia, tunc subsannant me, vexantes sicut scutonem. Ego vellem quod diabolus percuteret eos plaga magna, sicut scribitur in libro Iob, quem pronunc in monasterio nostro legimus ad mensam. Dicatis Iohanni Pfefferkorn, quod habeat patientiam, quia spero quod semel dominus deus faciet miraculum, et salutate eum nomine meo. Etiam debetis mihi salutare uxorem eius sicut bene scitis: sed occulte. et Valeatis. Datum raptim, non valde speculative Antverpię.

---

4 .xii. 5 authoritates? *5.* 7 Io. *4.5.* 8 q̄ *4.5.* 11 q̄ *4.* 17 Io. *4.5.* 18 . Ita *4.* 21 ęternū *5.* Io. *4.5.* 22 Io. pfeffer. *4.5.* 23 manuale *4.* 24 Authoritates *5.* 24.25 ſunt iſti viri? *5.* . Sed *4.5.* iſti *5.* 29 I. p. *4.* Io. pfe. *5.* 31 ſalutate *5.* 32 Va. Da. raptū *4.* raptū *etiam 5.* 33 Antuerpie. *4.*

Digitized by Google

19.

¶ Cunradus Unckebunck

Magistro Ortvino Gratio.

Mirabile est, venerabilis domine Magister, quod parentes mei non mittunt mihi pecuniam, et tamen sciunt quod non habeo unum obulum, et scripsi eis bene viginti litteras. Si non volunt mittere mihi pecuniam, tunc per deum ego volo aliter facere. Et credatis mihi quod nuper habui in voluntate, quod volui me obligare sub penis Camerę accomodando duos florenos Renenses aut tres, et redire in patriam, et dicere eis opinionem meam, ita grosse quod deberent tangere. Diabole, credunt quod sum natus super arborem, vel debeo comedere fenum sicut animal? diabolus auferat me si habui unum Carlinum in sex mensibus; et semper nihil comedo nisi salatum et cępe et allium, et aliquando unum menestrum de fabis vel herbis vel spinaciam more Italico. Ego bene scio quod fratres mei in patria comedunt pisces et aves et bona fercula, et non cogitant super me; sed ego non volo diutius pati, et debetis ipsis dicere: tunc ego etiam volo diligenter hic instare apud dominum meum, quod promovebit negocium vestrum sicut scripsistis mihi. Et rogo vos, quando parentes mei dabunt pecuniam, quod velitis mihi mittere. Et cum hoc mittatis mihi unum frustrum de Creta, quia in tota Roma non habent bonam cretam, etiam si velitis dare unum florenum pro ea: sed sicut scitis, oportet habere cretam, quia sum logicus: et quando volo facere syllogismum, tunc non habeo atramentum semper. Etiam est fastidiosum facere cum atramento: et mittatis mihi ligas teutonicas ad ligandum caligas, quia faciunt ita malas ligas in Italia quod est mirabile. Mitto vobis hic unam veronicam quę tetigit capita sanctorum Petri et Pauli et multas alias reliquias; et mitto vobis unum agnus dei; et debetis mihi salutare dominum Valentinum de Gelterßheim, magistrum nostrum colendissimum. per deum ego nunquam ita potuissem discere logicam si non stetissem in bursa sua; quia ipse est valde declarativus, et supposita cito capiunt quando ipse legit. Valete plurime cum sanitate mentis et corporis. Datum Romanę Curię.

20.

¶ Magister Marquardus Fotzenhut

Magistro Ortvino Gratio

Salutem cum servitute amicabili. Venerabilis domine Magister. sicut scribitis mihi quod debeo notificare vobis de Magistro nostro Iacobo de Hoch-

---

[2] Conradus *5.* [3] M. *4.5.* Gratio *om. 4.* [4] Nonne mirabile *5.* [5] michi *5.* [6] lras. *4.* [8] pęnis Camere *4.* [13] cepe *4.* cepę *5.* [14] . ego *5.* [18] michi *5. et sic infra ter.* [20] fruſtrū *sic 4.5.* [21] vellitis *4.* [21.22] ſcitȷ : ꝙ oȝ hr̃e *5.* [26] q̄ *4.5.* Pe. ² pau. *4.* Pe. ². Pau. *5.* [33] M. *4.5.* [34] M. *4.5.* [36] michi *5.*

Digitized by Google

straten: Scitote quod Iuriſtę faciunt ei magnam instantiam. Sed sicut ego audivi, diabolus confundet eos. Quia multi Cardinales sunt pro vobis, et prȩcipue Cardinalis sanctę Crucis, qui debet fieri papa quando ille Papa moritur. Et audivi quod dixit 'Ego volo defendere illum notabilem Theologum Iacobum de alta platea contra Reuchlin, et si omnes Iuriſtę in toto mundo starent pro eo'. Sicut etiam fecit, cum habuit semel articulos contra Petrum Ravennatem, qui etiam fuerunt multum hȩreticales. Et debetis pro certo habere, domine Ortvine, quod ille Cardinalis adhuc confundet omnes iuristas, quia est bonus pro Theologis. Et est etiam bonus pro rege Francię et Universitate Parrhisiensi. Antiquus Rex Francię voluit ipsum facere Papam. Etiam alias habetis bonam causam. Cum hoc Magister Noster Iacobus dedit ante octo dies unam pinguem propinam uni referendario cuiusdam Cardinalis quem non volo nominare, qui debet eum promovere apud Reverendissimum sicut bene scit. Fuit hic rumor, quod Episcopus Coloniensis est mortuus, et Comes de nova Aquila est electus in novum episcopum. Si est verum, tunc volo dicere quod Canonici Colonienses sunt magni stulti, quia Poeta et Episcopus proprie sunt duo Contradictoria. Etiam non esset bonum pro causa fidei, quia talis Comes est magnus fautor Iohannis Reuchlin. Quia dixit mihi quidam Curtisanus, quod quando ex Colonia ivit ad Italiam, tunc ipse dedit ei unam Epistolam, quam portavit Iohanni Reuchlin; et audivi ab aliis quod habet societatem cum multis poetis et novis Theologis sicut est Erasmus Roterdamus. Quando ego fui in Herbipoli, tunc fuit unus poeta qui vocatur Ulricus Hutenus qui semper ridet et vexat Theologos et Magistros artium: ipse dixit in mensa in uno hospitio ad quendam alium nobilitarem, quod in illo die scripsit unam litteram ad illum Comitem. tunc respondit ille nobilitaris: 'quid tamen scribitis, quando sic scribitis ad invicem?' Respondit ille, quod scripsit ei, quod debet facere magnam diligentiam in causa fidei, et debet laborare pro Reuchlin contra Theologos, ne comburant Speculum oculare; et quod multum commendavit ei Iohannem Reuchlin, et dixit quod amat Iohannem Reuchlin tanquam patrem suum. et ego tacui, ne notaret quod sum fautor vester. Et propterea dico vobis, quod non est bonum si iste debeꝭ esse episcopus. Sed spero quod non est verum. Ergo scribatis mihi veritatem et Valete a planta pedis usque ad verticem capitis, sicut dicit Esaias. Datum in Urbe Roma.

---

[1] Iuriſte *5.* [2] ꝑfundt *4.* ꝑfundat *5,* [3] ſ. *4.5.* [4] uotabile *5.* [5] : Et *5.* [10] parriſiẽſi *5.* [11.12] M.N. *4.5.* [15] Colonieñ. *4.* Colo. *5.* [16.17] Colonieñ. *4.* Coloni. *5.* [18] eſſ̄ *4.* [19] R. *4.5.* michi *5.* [21] Io. *4.* Io. Reu. *5.* [22] Eraſ. Rotero. *5.* [24] Thologos *4.* [26] lr̄aꝫ *4.* lr̄am *5.* [27] abinvicē *5.* [31] Io. R. *4.* Io. Reu. *5.* [34] michi veriuatem *5.* [35] . Sicut *4.* urbę Romana. *5.*

Digitized by Google

21.

¶ Iohannes Holcot

Magistro Ortvino Gratio

Amicabilitatem pro salute. excellens vir, accepi litteram vestram quam compilastis in Colonia, et notetis quod talis littera fuit compilata in die sanctę Margarethę, et ego accepi eam in die sancti Bartholomęi; et quando accepi eam, tunc dixi 'o diabole, ista littera diu est scripta, et dominus Ortvinus irascabitur mihi et potest dicere „Quam iste est superbus, et non respondet mihi"!' Ergo peto venerabilitatem vestram quod habeatis me excusatum: et non debetis dubitare quod non est ita. Quia vos putatis quod fui adhuc in Cassel, et hospes meus, quando accepit eam, misit mihi postea ad Margburck. et sic transivit multum tempus, quia actu sum in Margburck et resumo duos iuvenes domicellos: quando ergo vultis mihi litteras mittere, debetis eas destinare huc: et intellexi a vobis, quod componitis seu practicatis unum notabilem librum quem vultis intitulare 'Defensio Ioannis Pepericorni contra famosas', et vultis eum dare ad impressuram: et scribitis quod non vultis ponere nomen vestrum, et cogitatis quod est melius intitulare eum nomen I. P. quia Pfefferkorn non curat talia et non timet Iohannem Reuchlin et suos cohęrentes, si vellent aliquid componere contra eum. Sed volo vobis unum aliud dicere: Quid si Reuchlin diceret: 'Ecce Pfefferkorn non scit latinum, ergo non potest compilare talia; sed Theologi in Colonia et Ortvinus qui est poeta eorum, componunt tales scandalizationes, et postea dicunt „Pfefferkorn scripsit, nos non scripsimus"?' Ergo vellem quod considerabitis bene ante factum: si velletis postea negare quod scripsistis, tunc Reuchlin posset cognoscere vestrum stilum et probare quod vos composuistis, et sic incurreretis scandalum. et perdonate mihi quia scribo ex amore. Valete. Datum Margburgk.

22.

¶ Iodocus Klynge baclarius

Magistro Ortvino Gratio.

Venerabilis vir, quamvis sum remotus a vobis corporaliter, tamen habetis scire quod quoad mentem semper sum vobis propinquus cogitando

---

[2] Holckot. *5.* [3] M. *4.* G. *4.* [5] lr̃a3 *4.* lr̃am *5.* [6] Colo. *4.5.* lr̃a *4.5.* [7] ſ. Margerethe *4.* s. Marga. *5.* ſ. *4.* s. *5.* Bartholo. *4.5.* [8] lr̃a *4.* c̄ diu *5.* [9] michi *5. et sic ter paullo post.* [13] . Et *4.5.* [15] lr̃as *4.5.* [7] Io. P. *4.* Io. Pe. *5.* [19] pfeffer. *5.* [20] Io. R. *4.* [21] diceret? *4.* [22] Pfe. *4.* [23] theolo. in Colo. *5.* [24] talis *4.5.* ſcandalizatōis *4.5.* pfeffer. *5.* [25] ſc p̀ſim9. *5.* [28] q; *4.* q̄ (quod) *5.* V. D. margb. *4.* Va. Dat3 Margbach. *5.* [31] M. *4.5.* G. *4.*

Digitized by Google

de sodalitate nostra quam habuimus invicem cum stetimus Daventrię. Ergo nuper ille Beanus veniens huc et portans mihi illud vestrum dictamen dixit quod dixistis ei 'O ille Iodocus pro nunc est in patria et habet bonos dies et non curat pro me'. Ego respondeo quod nihil est. Quia non sum de talibus, et adhuc bene scio quomodo semper Daventrię scripsistis ad parietem:

Qui procul est oculis, procul est a cordis lumine.

Et per deum, heri quando fuimus in Cena et habuimus de illis piscibus de patria mea qui vocantur Amę, quia pater meus portavit mihi, tunc optavi vos et dixi: 'O si Magister Ortvinus deberet esse prȩsens et comedere de talibus piscibus, tunc cor deberet mihi lętari'. Respondit pater meus 'Quis est iste Ortvinus?' tunc dixi ei quod estis socius meus antiquus, et fuistis mecum Daventrię, et quando ego fui secum domi, Vos fuistis primarius; et postea in universitate Coloniensi fuistis depositor meus, quando deposui beanium, quia vos venistis unum annum ante me ad Coloniam, et postea steti vobiscum usque ad gradum baculaureatus: tunc vos accepistis magisterium. Sed ego promotus in bacularium de gratia dei recessi ad universitatem Wittenpergensem: tunc fui scholirega hinc inde: et sic non vidi vos. Et dixi ei multa de vobis. Et dixi ei quomodo semel feci vos ridere quando allegavi vobis illud metrum:

Veni Spandaw aggere, tunc inspexerunt me Amę.

et dixi vobis quomodo Beani in Spandaw composuerunt tale metrum de teutonico in latinum, quia teutonicum sic sonat:

Ick kam genn Spandaw opp den dam,
Dar segen mick de plontzgen ann.

Et pro tunc dixistis mihi quod prius nescivistis quod ille piscis, scilicet plotzken, latine vocatur Amę: et allegavi tale metrum et vos risistis intime, et consequenter dixi vobis qualiter ille piscis est in magna copia apud nos: et unus qui est ita longus sicut brachium meum, vix solvit unum grossum. Et dixistis: 'O deus, si essemus ibi!' et ergo heri optavi quod essetis mecum. Dixit autem pater meus 'Credis quod etiam non habet pisces Colonię?' Dixi ei quomodo pisces Colonię sunt in caro foro. Sed scripsistis mihi quod negocium vestrum non bene stat et male procedit vobis in urbe Roma, et quod fautores Iohannis Reuchlin faciunt vobis magnas instantias. Debetis mihi credere quod ita doleo de vobis sicut essetis mater mea. Sed spero quod dominus deus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum, id est vos Colonienses Theologi postquam combussistis libros hęreticales, fructificabitis in ecclesia dei prędicando, ar-

---

[1] e *4.* ę *5.* [2] michi *5. et sic infra 4 locis.* [7] cozdis lumine. *sic 4. 5.* [9] Ame *4.* [10] M. *4. 5.* [12] ille *5.* [13] Et *4.* . Et *5.* ę *4.* e *5.* [18] wittenpergñ: *5.* Vittenpergñ: *5.* [21] Ame. *4.* [25] plōtzgen *4.* plotzgen *5.* an. *5.* [33] . ſed *5.* [34] Rhoma: *5.* Ioannis *5.* [35] mī *5.* [36] . ſȝ *5.* [37] . Ideſt *4.* . Id eſt *5.*

Digitized by Google

gumentando, disputando, novas materias scribendo et talia faciendo. Sic faciat filius dei Christus, qui sit vobis clemens et propitius. Amen.

Datum Perlin in Marchia, ubi sunt bona piscalia.

23.

¶ Magister Bertholdus Hackstro

Magistro Ortvino Gratio

Fraternalem dilectionem loco Salutis. Honorabilis vir, secundum quod reliqui vobiscum, quod volo vobis notificare singula et scribere quomodo sto, Scire debetis quod nunc fui per duos menses in Urbe Roma, et non possum habere patronum. Unus auditor Rotę voluit me suscipere: tunc fui lætus et dixi 'Bene est, domine, sed magnificentia vestra velit mihi dicere quid debeo facere'. Respondit quod debeo esse in stabulo et unum mulum servare in ordine, dando ei comedere et bibere, et strigilando et mundificando. Et quando ipse vult equitare, quod sit paratus. Et habeat frenum et sellum et omnia. Et postea debeo currere et cum eo ad audientiam et iterum ad domum. Ego dixi quod non est pro me, quod sum et magister artium Coloniensis et non possum talia facere. Respondit ipse: 'Si non vis facere, tuum damnum'. Et sic credo quod volo iterum ire ad patriam. Deberem strigilare mulum et purgare stabulum? ego potius vellem quod diabolus auferet illum mulum cum stabulo. Etiam credo quod esset contra statuta universitatis nostrę: quia Magister debet se tenere sicut magister. Et esset magnum scandalum universitatis, quod Magister Coloniensis deberet facere talia. Ergo volo redire in patriam propter honorem universitatis: etiam alias non placet mihi Romę: quia Copistę et Curtisani sunt ita superbi quod non creditis: unus heri dixit mihi quod velit merdare super unum magistrum Coloniensem. Respondi quod deberet merdare ad patibulum. Tunc dixit quod ipse etiam est Magister, scilicet Curię, et unus Magister Curię prevalet magistrum artium de Almania. Respondi quod non est possibile. Et dixi 'tu velles esse ita bonus sicut ego, cum tamen non stetistis in examine sicut ego, ubi quinque magistri rigorose examinaverunt me, et ergo es magister bullatus'. Tunc incepit disputare mecum dicens 'Quid est magister?' Respondi: 'est persona qualificata, promota et graduata in septem artibus liberalibus precedente examine magistrali, privilegiata quod potest portare annulum aureum

---

[1] . ſic *5.* [2] ꝑpici9 amen. *5.* Sic ... propitius *possis etiam metrice scribere.* [5] M. *4. 5.* [6] Gra. *5.* [7] DJlectionē fraternalē *5.* [9] . Scire *4.* . ſcire *5.* rhoma: *5.* [10] Rote *4.* Rhome *5.* . Tunc *4.* [11] lætus *4. 5.* mī *5.* [17] arciū *4.* [19] ? *ipse addidi.* [19-20] pocius *5.* cumi|ſtabulo *5.* [24] michi Rome: *5.* [25] michi *5.* [28] e p̄ualet *4.* ę pualet *5.* [29] : reſpondi *5.* [30] Ubi *5.* [31] . tunc *5.* [32] . rñdi. Eſt *5.*

Digitized by Google

et sericum sub cappa, habens se ad suos discipulos sicut rex ad suum populum. Et Magister dicitur quatuor modis: uno modo a magis et ter, quia magister ter magis debet scire quam simplex persona. Secundo dicitur a magis et terreo, quia Magister debet esse terribilis in conspectu suorum discipulorum. Tertio a magis et theron, id est status, quia magister in suo statu debet esse maior quam sui discipuli. Quarto a magis et sedere, quia magister debet esse maior in sua sede quam aliquis suorum discipulorum. Tunc ille interrogavit 'quis est autor?' Respondi quod legi in Vade mecum. Statim ipse voluit reprehendere illum librum et dixit quod non est autenticus. Respondi 'Tu vis reprehendere illos antiquos, et tamen tu non scis melius. Ego neminem vidi Colonię reprehendere talem librum. Non habes verecundiam?' Et cum indignatione magna recessi ab eo. Et ergo notetis quod volo redire in Almaniam, quia ibi magistri sunt domini, Et merito. Probo per Evangelium. Quia Christus etiam vocavit se Magistrum, et non doctorem, dicens: 'Vos vocatis me magister et dominus, et bene dicitis: sum etenim'. Sed non possum plus scribere, quia pro nunc non habeo amplius papirum: et est longum ad Campum florę. Vale Datum in Romana Curia.

24.

¶ Magister Philippus Mesue

Magistro Ortvino Gratio

Humilem subiectionem loco Salutis. venerabilis Magister: quoniamquidem promisi vobis omnia scribere quę audio et video in causa vestra, quę merito vocatur Causa fidei, quia universaliter concernit fidem Christianam: Ergo sciatis quod primo quando veni huc, tunc Magistri dixerunt mihi: 'Quid novi, quid novi, magister Philippe? Quid novi de Colonia?' Respondi quod nihil novi scio nisi quod noviter Domini theologi et Inquisitor hęreticę pravitatis de Ordine prędicatorum combusserunt unum librum hęreticalem qui intitulatur 'Speculum Oculare Iohannis Reuchlin'. Respondit Magister Ecbertus de Harlem, qui est vir doctus et probus, et debetis mihi credere quod non est partialis, ipse dixit: bene audivimus hic quod combusserunt illum librum; sed etiam audivimus quod non debite et iusto modo processerunt in illa causa, et commiserunt maximum scandalum, quia nos hic etiam vidimus talem librum, et non videtur nobis quod hę-

---

2 . Uno *5.* 8 autho?? *5.* 9 vade *4.* 10 . tu *5.* 11 e *4.* ę *5.* 14 domini et *5.* 16 Va. *5.* Rhomana *5.*

20 M. *4.* Ma. *5.* 22 Umilem *5. initiali* H *relicto loco.* . Qm̃q̃dē *5.* 23 que *5.* quę *5.* 24.25 Criſtianā. Ergo *4.* michi *5. ut infra.* 28 e *4.* ę *5.* 30 ꝑbus. Et *4.* probus. et *5.* 31 . Ipſe *4.5.*

Digitized by Google

retica pravitas inest. Sed quod est maius, Theologi dederunt Sententiam quando causa pendebat in Curia Romana, et Sanctissimus commisit illam duobus Cardinalibus et mandavit silentium ex utraque parte. Illo non obstante Theologi Colonienses combusserunt librum'. Tunc dixi quod fecerunt hęc propter Parrhisienses, et alias quatuor universitates quę sunt contra Reuchlin. Respondit Magister Ecbertus: 'etiam si x universitates essent contra illum Doctorem, tamen debuerunt esse obedientes summo Pontifici tanquam capiti Ecclesię. Respondi quod pręsumitur quod tot universitates non errant. Respondit ipse 'quod talis pręsumptio non valet. et ergo credatis mihi quod istud negocium habebit malum finem'. Tunc non volui amplius respondere, sed dixi: 'sit a vel b, ego non curo'. Ergo, domine Ortvine, notifico vobis talia quod velitis esse cautus, quia timeo quod Sententia erit contra vos, quia papa est iratus: et si etiam Romę perditis litem, tunc diabolus tenebit candelam. Rostochienses sunt magni inimici Parrhisiensium, quia Parrhisienses habent unum statutum quod non accipiunt ad facultatem suam Magistros Rostochienses, Et sic Rostochienses etiam non accipiunt Parrhisienses. Sed vos forte scitis quid debetis facere. Commendo me vobis. Datum Rostock.

25.

Magister Adolfus Klingesor

Magistro Ortvino Gratio.

Salutis tantum sit Magistro Ortvino, quantum
non potest in hac littera stare, et nuncius non potest portare,
et nemo potest dicere, et nemo potest scribere.

Et cum hoc etiam vellem quod essetis lętus et non cruciaretis vos sic in causa fidei. Ego nunquam suadeo vobis quod debetis esse ita tristis, sed permittatis vobis requiem. Ipsi etiam multa dicunt mihi hic, quia sum Coloniensis. Sed ego rideo quasi non curans. aliquando etiam respondeo ipsis vexans eos iterum. Sicut nuper quando unus (qui etiam stetit Colonię ante x annos) dixit mihi quod non credit quod Pfefferkorn adhuc est bonus Christianus. Quia dixit quod vidit eum ante unum annum et adhuc ętebat sicut alius Iudęus. Et tamen dicunt communiter, quod quando Iudęi baptizantur, non amplius ętent. Ergo credit quod Pfefferkorn adhuc habet nequam post aures. et quando Theologi credent quod est optimus Christianus, tunc iterum erit Iudęus, et fides non est

---

[2] rhomana *5.* [5] e *4.* [6] M. *4.* decem *5.* [8] e. *4.* [9] . Et *4.* [13] Rhome *5.* [22..24] Aperte rigmatizare voluit Klingesor, quod in edd. adhuc non indicatum est. [23] lr̃a *4.* litera *5.* [24] e *4.* [27] michi *5. et sic paullo post.* [28] . Aliqñ *4.* [30] .x. *5.* [34] Pfeffer. *5.* . Et *4.*

Digitized by Google

ei danda, quia omnes homines habent malam suspicionem de Iudęis baptizatis. Tunc dixi 'Sancte deus, vultis arguere ex suspicionibus: homines credunt quod Iudęi baptizati sunt mali Christiani: ergo Pfefferkorn est malus Christianus? Non sequitur: ego etiam possem suspicari quod magister noster Arnoldus de Tungari esset zodomita: sed tamen non esset verum, quod Colonię omnes tenent quod est purus virgo. Sed respondebo vobis ad illud obiectum: Vos dicitis quod Pfefferkorn fętet: posito casu quod est verum, sicut non credo, neque unquam intellexi, dico quod est alia causa huius fętoris: quia Ioannes Pfefferkorn, quando fuit Iudęus, fuit macellarius, et macellarii communiter etiam fętent'. Tunc omnes qui audiverunt, dixerunt quod est bona ratio. Sic etiam rogo vos quod non velitis nimis tristari in illa causa, quia spiritus tristis exsiccat ossa. Valete. Datum Franckfordię ad Oderam.

26.

¶ Henricus Schaffsmulius

Magistro Ortvino Gratio

Salutem plurimam dicit.

Cum priusquam ambularem ad Curiam, dixistis mihi quod sępe debeo vobis scribere et aliquando debeo dirigere aliquas quęstiones Theologicales ad vos: tunc vultis mihi eas solvere melius quam Curtisani Romę: Ergo nunc quęro dominationem vestram quid tenetis de eo, quando unus in die Veneris, id est feria sexta, vel alias quando est ieiunium, comedit ovum et est pullus intus? quia nuper in Campo florę sedimus in uno hospitio et fecimus collationem, et comedimus ova: et ego aperiens ovum vidi quod iuvenis pullus est in eo: et ostendi socio meo, tunc ipse dixit: 'Comedatis cito antequam hospes videt, quia quando videt, tunc oportet ei dare unum Carlinum vel Iulium pro gallina': quia est hic consuetudo quod quando hospes ponit aliquid ad tabulam, tunc oportet solvere, quia non volunt recipere. et si videt quod iuvenis gallina est in ovo, ipse dicit: „Solvatis mihi etiam gallinam", quia computat parvam, sicut magnam. Et ego statim bibi ovum, et simul illum pullum intus: et postea cogitavi quod fuit dies Veneris, et dixi socio meo: 'vos fecistis quod feci peccatum mortale comedendo carnes in feriis sextis'. Et dixit ipse, quod non est peccatum mortale: immo non est peccatum veniale: quia ille pullaster non reputa-

---

1.2 baptiſatis. tunc *5.* 2 ? *omis. 4.5.* 3 Pfeffer. *5.* 5 Zodomita: *5.* 6 . ſed *5.* 7 . Vos *4.* Pfef. *5.* . Poſito *4.5.* 9 . Quia *4.5.* Io. pfeffer. *5.* 10 . tunc *5.* 12 exiccat *5.* 13 Ode. *4.*

16 M. *5.* 17 S. P. D. *4.5.* 18 michi *5. ut infra sæpius.* 20 eos *4.5.* rhome. *5.* . Ergo *4.* 23 : qz *4.* qz *5.* flore *5.* 29 . Et *4.5.*

Digitized by Google

tur aliter quam ovum, donec est natus. Et dixit mihi quod est sicut de Caseis in quibus aliquando sunt vermes, et in cerasis, et in pisis et fabis recentibus, sed tamen comeduntur in sextis feriis, et etiam in vigiliis Apostolorum. Hospites autem ita sunt pultroni quod dicunt quod sunt carnes, ut habeant plus pecuniam. Tunc ego abivi et cogitavi desuper. Et per deum, Magister Ortvine, ego sum multum turbatus et nescio quomodo debeo me regere. Si vellem libenter consilium querere ab uno curtisano, tunc scio quod non habent bonas Conscientias. Videtur mihi quod istę iuvenes gallinę in ovis sunt carnes: quia materia est iam formata et figurata in membra et corpus animalis, et habet animam vitalem. Aliud est de vermibus in caseis et aliis: quia vermes reputantur pro piscibus, sicut ego audivi ab uno medico qui est valde bonus Phisicus. Ergo rogo vos multum cordialiter quatenus velitis mihi respondere ad propositam quęstionem. Quia si tenetis quod est peccatum mortale: tunc volo hic acquirere unam absolutionem, antequam vado ad Almaniam. Etiam debetis scire quod Magister Noster Iacobus de Hochstraten acquisivit mille florenos ex banco: et credo quod lucrabit causam, et diabolus confundit illum Ioannem Reuchlin et alios poetas et iuristas, quia volunt esse contra Ecclesiam dei, id est contra Theologos, in quibus est fundata ecclesia, ut Christus dixit 'Tu es Petrus et super hanc petram ędificabo ecclesiam meam'. Et sic commendo vos domino deo. Valete. Datum in Urbe Roma.

27.

Magister Wilhelmus Storch
Magistro Ortvino Gratio
Salutem plurimam dicit.

Quid est quod multum scribitis mihi de vobis et tamen non repręsentatis mihi semel illum librum quem scripsistis contra Iohannem Reuchlin. Et scribitis mihi quod habuistis bonum ingenium quando composuistis illum librum, et creditis quod talis liber erit multum notabilis, ita quod unus impressor voluit vobis dare viginti florenos quod mitteretis eum imprimere. Et scribitis mihi quod vultis mihi mittere copiam, quod debeo ostendere hic Curtisanis et copistis, et vexare eos, quia non volunt credere quod in Almania sunt etiam ita bene poetę sicut in Italia. Et esset

---

1 . ꝛ 5. 5 . tūc 5. 6 M. 4. 5. quo 5. 7 querere 5. 8 conſcientias videtur michi 5. e 4. ę 5. 10 . aliud 5. 13 michi 5. 16 M. N. 4. 5. 18 Io. R. 4. Io. Reuc. 5. 19 . Ideſt 4. . Id eſt 5. 20 criſtꝰ 4. 21 Rhomana. 5. 23 M. 4. Ma. 5. 24 M. 4. 5. 25 Salu. P. D. 4. . ſalutē P. D. 5. 26 michi 5. *et tum iterum.* 27 Ioā. 5. 28 mī 5. 29 : et 4. Ita 4. . Ita 5. 30 .xx. 5. 31 mī 5. mī 5. 32 vexat 5. . Quia 4. 5. 33 e 4. ę 5.

Digitized by Google

bene bonum quod mitteretis mihi eum. Sed non facitis: et tamen semper scribitis quod vultis facere. Et rogo vos quod velitis mihi mittere illud dictamen seu librum. Quia volo hic vexare aliquos copistas, qui credunt quod nemo scit aliquid quam ipsi. Etiam reprehendunt hic carmina mea quando aliqua scribo, dicentes quod non sunt bene compilata. Videatis tamen si est verum, quia hic mitto vobis unum quod composui nuper quando Magister Noster Hochstrat advenit et posui ad Pasquillum in honorem illius doctoris: quia est vir singularis et defendit fidem Catholicam contra multos hęreticos. Et est tale Carmen:

¶ Carmen Magistri Wilhelmi Storch Daventriensis
quod composuit ad Intronisationem Reverendi Patris Fratris
Iacobi de Hochstrat ordinis prędicatorum Magistri nostri
et inquisitoris hęreticę pravitatis.

Notum sit hic omnibus parvis necnon senibus,
Qualiter unus Magister noster, qui est doctus excellenter,
Et vocatur Iacobus de Hochstraten, quod est suum proprium nomen,
Est in hac Civitate, et vadit cum magna gravitate:
Sed venit ex Almanię partibus, ubi collegit multos caseos
In magna quantitate; et in una universitate
Tandem fuit graduatus, et in Theologia qualificatus;
Quia ibi subtiliter disputavit, et multos sillogismos formavit
In Baroco et Celarent, ita ut omnes admirarent.
Quod videntes ibi Theologi, qui sunt in fide zelosi,
Fecerunt eum inquisitorem, contra hęreticam pravitatem.
Sed posset aliquis quęrere, 'quid vult talis hic facere?'
Advertatis diligenter: quia dico vobis libenter:
Est ibidem in Almania unus doctor in iuristria, [tatur
Qui Iohannes Reuchlin vocatur: ille per hunc Magistrum nostrum ci-
Ad Romanam Curiam: quia scripsit unam materiam,
Quę non est Theologicalis: sed videtur esse hęreticalis:
Quia habet multas propositiones in fide scandalizativas.
Et debet notum esse vobis, quod ille liber favet Iudęis,
Et propterea est suspectus: Ergo nuper ab illo inquisitore perlectus,
Fuit ad ignem damnatus, et autor ad revocationem vocatus.
Etiam sciatis istum librum Speculum Oculare dictum.
Sed ille magister noster iam venit ad Romanam curiam

---

1 bene *omis. 5.* michi *5. et sic 4 sqq. ll.* 7 M. N *4.* M. N. *5.* paſtquillū *4.5.* 8 . Qꝛ *4.5.* pr̃is Fra. Ia. de Ho. oꝛd. *4.* Pr̃is Fra. Iaco. de Ho. Oꝛd. pꝛedi. *5.* here pꝛa. *4.* Here. pꝛanit. *5.* 1 nec non *5.* 5 ę *4.* e *5.* 6 ſyllogiſmos *5.* 10 Qnod *5.* 15 Ióannes *5.* 16 Rhomanam curiam. Quia *5.* 17 e *4.* ę *5.* 18 Fide *5.* 21 author *5.* 23 rhomanam Curiam. *5.*

Digitized by Google

Ad perficiendum illud negocium, quia Theologi non permiserunt ei ocium,
Donec huc veniret, et faceret quod ille iurista periret.
Ergo debetis eum honorare, et reverenter salutare,
Quando est vobis obvius: quia est valde disputativus,
Et quantum ad primas intentiones paucos habet similes.

¶ Ipsi dicunt quod non est recte compositum seu comportatum in pedibus suis: Et ego dixi: Quid ego curo pedes? Ego tamen non sum poeta secularis, sed Theologicalis, et non curo nec habeo respectum ad ista puerilia, sed tantum curo sententias: Quapropter, domine Ortvine, debetis mihi omni modo respondere ad hoc dictamen, et debetis litteras ponere in bancum. Etiam volo vobis nova scribere, quod quidam homines qui vocantur Hispani, vadunt ad Lombardiam: et dicunt quod Imperator vult expellere regem Francię, quod non esset bonum pro Magistro Nostro de Hochstraten, quia ipse per regem Francię sollicitat negocium suum apud Sanctissimum, et Christianissimus rex multum petit pro eo, propter honorem universitatis Parrhisiensis, quę scandalizaretur ex hoc, si Speculum Oculare non combureretur. Sed iam nihil magis scio. Valete in gaudio. Datum Romę.

28.

¶ Magister Bernhardus Gelff
unus ex minimis
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Honorabilis seu prȩstans vir, quamvis non habeo notitiam vestri quoad personam, tamen quoad famam novi vos Et iamdudum est quod intellexi de Causa vestra quę vocatur Causa fidei contra Iohannem Reuchlin, et habeo mecum totum processum. Et disputo cottidie cum Curtisanis et Copistis qui defendunt Iohannem Reuchlin. Et quando iste Cursor prȩsentium lator dixit mihi quod vult ire ad Almaniam et per Coloniam habet facere iter, dixi 'Tunc per deum sanctum ego volo contrahere notitiam cum Magistro Ortvino et scribere ei unum dictamen'. Tunc ille dixit 'o per deum faciatis: ipse multum gaudebit. Et dixit mihi quando exivi Coloniam, „Dicatis omnibus Theologis et magistris et Artistis et poetis qui sunt Romę,

---

4 et] atq3 5. 11 lr̃as 4. literas 5. 12 M. N. 4.5. 19 Rhome. 5. 21 M. 4.5. 23 M. 4.5. Gra. 4. Gra. 5. 25 Vnerabilis 5. noticiã 5. 27 e 4. ę 5. Ioannem 5. 28 cotidie 5. 29 Ioan. reuchlin ꝛ 5. 30 michi 5. *ut et in sqq.* 31 : dixi tunc 5. M. 4. Ma. 5. 34 Rhome 5.

Digitized by Google

quod scribant mihi, quia libenter habeo quod docti viri et qui sunt bene qualificati, scribunt mihi dictaminas: et quando sic scribunt mihi, tunc ego colligo illas litteras, et postea facio unum librum ex illis, et facio eas imprimere". Respondi ei: „bene scio, quia vidi bene unum librum qui intitulatur Epistolę Obscurorum virorum, et multum delectat me quando lego, quia est notabiliter bonus, habens in se de multis materiis hincinde".' Ergo, Magister Ortvine, rogo Dominatio vestra velit me habere commendatum, quia sum mirabilis fautor vester, et amo vos incredibiliter. Etiam debetis me commendare Iohanni Pfefferkorn quondam Iudęo, sed nunc feliciter in Christo baptizato. Liber suus qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra Famosas' est mihi portatus ex Almania, et legi eum per totum, et signavi notabilia et Continuationes in margine. Et multum teneo de tali libro. Sed debetis ei dicere quod est hic unus Officialis curię qui est singularissimus fautor Iohannis Reuchlin. Ipse collegit aliquos articulos ex tali libro Iohannis Pfefferkorn, et vult probare quod in talibus articulis partim est hęresis, partim Crimen lęsę maiestatis. Et dicit quod vult quod fiat inquisitio contra Ioannem Pfefferkorn de hęresi et Crimine lęsę Maiestatis. Mitto vobis hic unam schedulam in qua scribuntur illi articuli, et consequenter contra ipsos Solutiones quas ego replicavi: quia disputavi cum illo Officiali et defendi Ioannem Pfefferkorn pro posse meo. Et sic valete habens me pro noto et Amico vestro. Datum in Curia Romana.

¶ Articuli extracti de libro Iohannis Pfefferkorn contra Reuchlin et quosdam Reuchlinistas qui liber intitulatur Defensio Iohannis Pfefferkorn contra Famosas.

Et sunt tales Articuli a Reuchlinistis excerpti pro hęreticis et habentibus in se Crimen lęsę maiestatis quod fovente deo non est nec fuit nec erit verum.

¶ Primus Articulus.

¶ *Dicit Reuchlinista, quod Ioannes Pfefferkorn in libro suo qui intitulatur 'Defensio Ioannis Pfefferkorn contra famosas', in Epistola ad Sanctissimum dominum Dominum Leonem .etc. Pontificem Maximum blasphemat et committit Crimen lęsę maiestatis appellando Papam ministram domini, quasi sit femina, sicut legimus quod semel una femina fuit papa: Sic enim scripsit Aij. col. i.: 'Tuam itaque sanctitatem, velut domini*

---

[1] . Quia *4.5.* [2] . Et *4.* [3] lr̃as *4.5.* [4] . reſpōdi *5.* [7] M. *4.5.* [9] Ioanni *5.* fęliciter *5.* [10] Io. *5.* [13] hic] h' *4. omis. 5.* [14] Ioannis *5.* [15] Ioānis pfeff. *5.* [17] I. P. *4.* Ioa. Pfe. *5.* [19] Q; *4.* . Quia *5.* [20] I. P. *4.* Io. Pfe. *5.* [21] Ro. *4.* Rho. *5.* [22] Io. Pfeff. *4.* Io. P. *5.* [25] Io. Pfeff. *4.* Io. P. *5.* [27] leſe *4.* [28] fouente *4.5.* [30] I. P. *4.5.* [31] Io. P. *4.5.* [32] Sāctiſ. d. D. *4.* Sc̄tiſ. D. Leonē .x. *5.* Pōti. Max. *4.* Pon. Max. *5.* [35] col. ij. *4.5.*

Digitized by Google

nostri in terris locum tenens ac ministram'. Etiam habet in se hęresim iste articulus: quia vult ibi Pfefferkorn innuere, licet non expresse, tamen implicite, quod tota ecclesia erraverit faciendo mulierem in papam: quia ille error est maximus. Sed qui ecclesiam dicit errare, de facto est hęreticus: ergo.

¶ Respondeo quod Iohannes Pfefferkorn qui non est bonus grammaticus et non intelligit latinum, putavit quod Papa est generis feminini, sicut Musa: quia ut ipse audivit ab aliis „Nomina in a sunt generis feminini exceptis excipiendis". unde Alexander:

Sit tibi nomen in a muliebre, sed excipe plura.

Unde patet quod Iohannes Pfefferkorn in pręsenti tractatu scribit sicut Theologus; sed theologi non curant grammaticam, quia non est de sua facultate.

¶ Secundus Articulus.

¶ *Reuchlinistæ arguunt: Ioannes Pfefferkorn in multis locis sicut A j. et K iiij. quando vult iurare quod aliquid sit verum, dicit 'mediusfidius', quasi diceret 'per meum deum fidium'. Nam mediusfidius interpretatur 'meus deus fidius': unde manifestum est, quod ipse Iohannes Pfefferkorn est idolatra et non habet Christum pro deo suo, sed Fidium qui fuit idolum apud veteres paganos.*

¶ Respondeo quod Pfefferkorn iuravit ibi 'mediusfidius' non respiciendo ad hunc terminum 'fidius', quod est forsitan proprium nomen alicuius Idoli: sed ipse utitur illo termino in quantum est Adverbium. Et sic ponit Donatus, qui est autenticus et legitur in scholis: et est dicere 'mediusfidius', id est 'certe' vel 'seriose'. vel dic, ut prius, quod Iohannes Pfefferkorn non curat grammaticam: vel dic, quod 'mediusfidius' idem est quod 'per meam fidem', et sic audivi ab uno Poeta.

Tertius Articulus.

Dicit Reuchlinista: Quisquis dicit se sustentare Ecclesiam, est hęreticus: Sed Iohannes Pfefferkorn dicit se sustentare Ecclesiam: Ergo est hęreticus. Maiorem probo, quia qui dicit se sustentare Ecclesiam, pręsumit quod tota ecclesia est in errore, et nisi ipse sustentaret eam, caderet et destrueretur. Etiam talis videtur esse Antipapa, id est volens esse papa contra illum papam quem elegit communis ecclesia. Quia sustentare ecclesiam est officium Papę: sed Pfefferkorn arrogat sibi hoc officium: ergo est Antipapa et hęreticus innuens papam errare et non esse

---

2 pfefferkorn *4.* pfeff. *5.* 6 Io. P. *4.* Io. Pf. *5.* 7 intellexit *5.* 9 al'r *5.* 11 Io. P. *4. 5.* 14 Io. Pfef. *4.* Io. *5.* 15 A j. col. 2. et K 4. col. 1. Item K ij. col. 2. 17.18 I. pf. *4.* Io. pfeff. *5.* 18 criſtū *4.* 20 pfe. *4.* 21 nomē *omis. 5.* 24 pfefferkoꝛn *4.* Io. pfeffer. *5.* 29 I. pfeff. *5.* dicit] Defens. K iij. col. 2. 32 videret *5.* 32 Papæ *5.* 34 pfefferkoꝛn *4.* Pfeffer. *5.*

Digitized by Google

bonum Pastorem. Minor patet ex verbis Iohannis Pfefferkorn qui scribit in eodem libro 'se esse humile ecclesię membrum'. Sed humile membrum in corpore est pes, quia pedes stant humi, id est in terra; pedes autem sustentant corpus et amotis pedibus cadit corpus: Ergo Pfefferkorn pręsumit quod Ecclesia stat in se, et ipse sustentat ecclesiam.

℄ Respondeo quod Pfefferkorn non sumit terminos sic stricte, et prout in sua prima impositione significant. Sed dicit se membrum, id est partem ecclesię, sicut omnis homo Christianus dicitur esse pars Ecclesię; vel etiam 'membrum' largo modo utendo terminis. Et sumitur ibi 'humilis' pro devoto et simplici: sicut etiam in Epistola ad Papam idem Iohannes Pfefferkorn dicit: 'Quanquam minime dignus sum ut vel ad sacratissimos pedes tuos etc.' Ergo non debet intelligi quod Pfefferkorn loquitur contra Papam.

Quartus Articulus.

℄ *Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn tenet quod fides Christiana est falsa, et hoc suismet verbis affirmat. Sic etiam scribit se dixisse ad Moguntinensem Episcopum in libro prefato D j.: 'Si fides Christiana est vera, Reuchlin nullam perfidiam mihi facturus est'. Sed postea plus quam in ducentis locis et etiam in aliis suis libris prius scriptis vocat Iohannem Reuchlin perfidum: Ergo manifestissime dat intelligere quod non credat fidem Christianam esse veram.*

℄ Respondeo quod illa verba sunt limitanda. Quia quando dixit Pfefferkorn 'si fides Christiana est vera', subintelligendum est: 'et Reuchlin est verus Christianus': quia si Reuchlin fuisset verus Christianus, nunquam fecisset tantam perfidiam: vel dico et melius quod Iohannes Pfefferkorn protunc ita sensit: quia omnes sumus homines et humanum est errare: sed tunc statim fuit ab Episcopo castigatus et patienter tulit illam Correctionem faciens pęnitentiam. Quia scribit quomodo episcopus dedit ei alapam, quando dixit illa verba: et sic habuit illam correctionem pro peccato suo.

℄ Quintus Articulus.

℄ *Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn facit se maiorem Christo: quia in hoc libro sic dicit F j. 'Sic me tradidit Reuchlin sicut Iudas Christum, et multo peius', quasi diceret: 'peius est quod Pfefferkorn traditus est quam quod Christus'; vel 'magis merito Christus est traditus quam Pfefferkorn'; vel 'Christus dignior fuit passione quam Pfefferkorn'. Sed*

---

[1] pfeff. *4.* Ioan. pfeff. *5.* [2] libro] Defens. pag. pænult. [3] . Pedes *4.* Pedes *5.* [4] Pfeffer. *5.* [6] Pfeffer. *5.* [8] e *4.* ę *5.* [9] modo *non habet 4.* [10.11] Io. pfeffer. *5.* dicit] Defens. pag. A i. col 2. ſacratiſſ. *4.* Sacratiſſ. *5.* [17] D. J. *4.5.* [19.20] Io. Reuch. *5.* [22] Pfeffer. *5.* [23] ſub intelligendū *5.* [25] Qꝺ *4.5.* Io. Ppfeffer. *5.* [26] Quia *4.* . Quia *5.* [27] fuit] fecit *4.* [31] pfef. *5.* [32] ℔ j. col. 1. Reuch. *5.* [33] Quaſi *4.* pfe. *5.* [35] . Vel *4.* pfeffer. *5.* [35] . Vel *4.* pfeffer. *5.*

Digitized by Google

talia dicere ita aperte est hęreticum, quod aliquis posset tangere cum digitis suis.

¶ Respondeo, quod quando Pfefferkorn ibi dicit, quod sit peius traditus quam Christus, vult intelligere, quod Reuchlin tradidit eum Cæsari; sed Christus tantum fuit traditus scribis et sacerdotibus qui sunt minores quam Cæsar. Et sic videtur esse peius, id est terribilius, quod aliquis traditur Cæsari quam Sacerdotibus et scribis qui non habent ita magnam potestatem.

¶ Sextus Articulus.

¶ *Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn committit iterum Crimen lęsę maiestatis, et hoc multipliciter. Dicit enim O j.: omnes amicos et fautores Iohannis Reuchlin, principes et alios doctos et indoctos peccare in hoc quod Iohanni Reuchlin favent: sed tales sunt in Germania bene* x *Principes et dominus Imperator met et multi Cardinales et Episcopi Romę, et ipse sanctissimus dominus Papa Leo, qui nuper quando legit Epistolam Iohannis Reuchlin, multum laudavit talem virum Et dixit quod vult eum defendere contra omnes Fratres: et talia dixerunt etiam Reverendissimi Cardinales sancti Marci et sancti Georgii et sancti Chrisogoni et alii plures.*

¶ Respondeo quod Pfefferkorn fecit hoc amore veritatis quę est maior quam Papa et Imperator et omnes Cardinales et Episcopi et Principes. Et ergo in protestatione sua finali, O iiij. sic excusat se: 'Meipsum duce veritate et sine alicuius offensione defendi. Nam Hieremię vaticinio Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine: et melius est incidere in manus hominum quam in manus omnipotentis dei'. Et ergo putat quod melius est offendere Papam et Imperatorem quam veritatem, id est deum. Quia deus est veritas.

¶ Septimus Articulus.

Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn in eodem libro uno eodemque loco committit hęresim et Crimen lęsę maiestatis. Quia dicit O j. columna ij. 'Non pugnatur hic gladio, non viribus, non hasta progreditur in campum (quod superbię Crimen est) cum rege miles .etc.'. Ibi enim dicit quod bellare et ire in campum superbię crimen est: sed hoc faciunt Papa et Imperator, et semper fecerunt, et etiam multi qui sunt in Cathalogo sanctorum. Si ergo ire in campum esset Crimen superbię, tunc illi sancti et imperator modernus et etiam papa essent in peccato mortali,

---

[3] Pfeffer. *5.* [4] Cęsari *5. et sic post, ubi* æ *habet 4.* [10] pfeffer. *5.* [12] Iohannes *4.* Io. Reuch. *5.* [14] ę *4.* e *5.* [18] sanct] f. *4.* s. *5.* f. Chriſſogoni *4.* [20] pfeffer. *5.* Amore *4.* [22] ☉ iiij. col. 2. i. e. pag. ult. [23] defenſiõe *4.* defenſione ſua *5.* ę *4.* e *5.* [29] Pfeff: *5.* [30] leſe *5.* [32] etc. *omis. 5.* [33] e *5.*

Digitized by Google

et per consequens erraret Ecclesia quę habet pro sanctis. Ergo Pfefferkorn directe est contra ius Canonicum et Civile, contra Imperatorem et Papam, contra Ecclesiam et Imperium'.

¶ Respondeo quod hęc verba sunt limitanda, quorum talis erit intellectus quod bellantes cum armis et vadentes in campum committunt crimen superbię in quantum sine iusta causa aliis faciunt iniuriam. Sed quando Imperator et Papa gerunt bellum, tunc pręsumitur quod faciunt pro defensione Ecclesię et Imperii: et sic Pfefferkorn non reprehendit eos.

¶ Octavus Articulus.

Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn arguit Imperatorem quod mentitur, quia sic scribit O ij. columna j. contra Reuchlin: 'Ego contra dico eum esse proditorem dei et hominum et Cæsareę maiestatis perfidum consultorem'. In his verbis aperte tenet oppositum Imperatori et vocat eum mendacem. Quia dominus imperator in Epistola sua ad Papam, et etiam in multis mandatis et commissionibus hincinde vocat Iohannem Reuchlin suum fidelem consiliarium et consultorem. Quomodo ergo posset maiorem blasphemiam facere, quam vocare eum mendacem? Unde irremissibiliter meruit penam lęsę Maiestatis.

¶ Respondeo quod iste textus distinguendus est, et punctandus ita ut post hoc verbum 'Maiestatis' ponantur duo puncta. Quia Reuchlin forte est fidelis consultor imperatoris in suis rebus: sed non fuit fidelis Iohannis Pfefferkorn, ut ipse probat multis argumentis. Et ergo nemo debet putare quod Iohannes Pfefferkorn loquitur contra imperatorem: quia ipse est bonus imperialis, ut apparet in suis libris hincinde, teutonicis et latinis.

¶ Nonus Articulus.

Dicit Reuchlinista: Quod omnium maximum et grandissimum et terribilissimum et horribilissimum et diabolicissimum et infernalissimum est, Iohannes Pfefferkorn reprehendit Papam et Curiam, attribuendo eis Crimen falsi. Sic enim scribit I. iiij. 'Ceterum omnia hęc, id est ipsius ex urbe Roma commissionem, minus iuste, immo iniustissime acquisitam, hęreticę pravitatis Magister non curavit .etc.' Sed Papa dedit illam commissionem: ergo Papam vituperat Iohannes Pfefferkorn, quod non bene administrat iustitiam: quod est ita hęreticum ut mereatur tres ignes'.

¶ Respondeo: Pfefferkorn non dicit ibi quod Papa vel Curia Romana iniuste dedit illam commissionem: sed vult intelligere quod Reuchlin iniuste

---

1 q̄ *4.* pfeffer. *5.* 8 ę *4.* e *5.* 10 Pfeffer. *5.* 11 j] pma *5.* 12 Cęſaree *5.* 19 . Ita *4.* Ita *5.* 21.22 Iohannes Pfef. *5.* 23 Io. Pfe. *4.* pef. *5.* 24 teutonici *4.5.* et latini. *5.* 26.27 et terribilissimum *omis. 5.* 28 Io. *4.* I] l *4.5.* ℨ iiij. col. 1. 30 minus] nimis *4.5.* 32 Io. pfe. *4.* 35 Reuchlrn *5.*

Digitized by Google

acquisivit eam. Et ergo Iohannem Reuchlin appellat iniustum, et non Papam.

¶ Decimus Articulus.

Dicit Reuchlinista: Pfefferkorn iterum committit Crimen lęsę maiestatis, quia manifeste mentitur de Imperatore et Episcopo Coloniensi. Quia dicit quod quidam inquisitor hęreticę pravitatis ex commissione Cæsareę Maiestatis cum appositione manus Episcopi Coloniensis combussit Speculum Oculare Colonię. Quod est falsissimum. Quia neque Cæsarea Maiestas commisit hoc, neque Episcopus unquam apposuit manum: quia si imperator commisisset hoc, non iam laboraret pro Reuchlin scribendo ad papam, quod debet sibi Consiliarium defensum habere contra invidos et captiosos Theologos. Ergo Pfefferkorn manifestę est falsarius, quia falsificat seu mentitur commissiones imperiales'.

¶ Respondeo quod de Episcopo Coloniensi non curatur, quia est mortuus. Sed de Imperatore Iohannes Pfefferkorn loquitur intentionaliter, et implicite quantum ad primam imperatoris mentem. Quia primo quando Iohannes Pfefferkorn incepit istud laudabile negocium in Causa fidei, ut faceret comburere libros Iudęorum, tunc imperator fuit intentionatus, ut videbatur, quod vellet comburere omnes libros qui sunt contra fidem Christianam. Sed liber Iohannis Reuchlin est talis: Ergo imperatori videbatur quod vellet etiam eum committere ad comburendum. Igitur Pfefferkorn scribit quod imperator commisit, videlicet implicite, non explicite vel expresse. Et ipse putat quod satis fuit quod imperator commisit ei semel de libris Iudęorum, sub quibus reprehenduntur etiam libri hęreticales. Quia audivi ego, quod si imperator mansisset in illo laudabili proposito, tunc Theologi voluerunt omnes liberarios per totam Almaniam visitare, et omnes malos libros comburere, prȩsertim libros istorum novorum Theologorum qui non habent fundamentum suum ex Doctore sancto, ex doctore subtili, et ex doctore Seraphico, et Alberto magno. Quod fuisset utique laudabile et valde proficuum: et credo quod adhuc erit: quod tribuat omnipotens qui regnat per omnia et super omnia et omni tempore. Amen.

---

[1] Io. *4.* Iohannes *5.* [4] Pfeffer. *5.* [7] Cæſ. *4.* Cęſa. *5.* [8] Cæſ. Ma. *4.* Cęſar. Maieſta. *5.* [11] infidos *5.* [12] Captioſos *4.* Pfeferkoɪn *5.* ſeu *4.* vel *5.* [15] Io. Pfe. *4.* Io. Pfeffer. *5.* ittentionaliter: *5.* [17] Io. pfe. *4.* Io. Pfeffer. *5.* negotiū *5.* [18] : Tunc *5.* [19] cōburē *4.* [20] Io. *4.* Ioannis *5.* [21] vellēt *5.* Pfeffer. *5.* [22] explicite vel *omis. 5.* [24] repreh.] *pro* compreh. [25] . Tunc *5.* [31] am̃. *5.*

Digitized by Google

29.

Ecbertus Ungenant
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Venerabilis domine et amice singularissime. Diu est quod non habui nuncios, ut possem dirigere litteras ad dominationem vestram: alias diu scripsissem vobis. Parcatis ergo mihi, quia libenter scripsissem vobis, si habuissem nuncium. Sed sicut scripsistis mihi quod Magister noster Valentinus de Gelterßheim dixit vobis, quod debetis mihi scribere, quod adhuc duos florenos debeo ei pro lectionibus quando steti in bursa sua: Sciatis quod nihil volo ei dare, Quia ipse etiam promisit mihi multa, et dixit quod vellet mihi dare bonas propinas, quod irem omni die bis vel ter ad Rhenum videndo quando naves veniant ex partibus inferioribus vel superioribus: et quando beani sunt intus, tunc deberem eis suadere quod visitarent in bursa sua. Et per deum ego bene portavi ei viginti beanos et perdidi multum tempus, currendo hincinde. et fuisset melius studere illo tempore. Sed ipse nunquam dedit mihi aliquid. Etiam dedit nobis mala bursalia et macras carnes, et acerbum potum. Et potestis ei bene dicere quod debet ista recordare. Sed vos valete in Caritate. Datum Lo[vaniæ].

30.

¶ Balthasar Sclauch
baccularius Theologię formatus
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Gratiarum actiones vobis immensas, infinitas, inenarrabiles, innumerabiles, incomparabiles, ineffabiles, quod misistis mihi librum domini Iohannis Pfefferkorn, qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas'. Ego fui ita lętus quando accepi illum librum, quod saltavi prę gaudio. Et certissime credo quod Iohannes Pfefferkorn est ille de quo prophetizatur Ezechielis IX. sic: 'Et vocavit virum qui indutus erat lineis et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis'. Quia Iohannes Pfef-

---

[2] Eckbertus *5.* [3] M. *4.5.* [6] lr̃as *5.* [7] michi *sexiens in hoc epistolio 5.* [8] Mgr̃ n. *4.* [9] Gelterſtheim *4.5.* [11] nichil *5.* Q; *4.* Quia *5.* [12] : Et *5.* [18] benedicere *5.* [19] charitate *5.* Lo. *4.5.*

[22] baccalarius *5.* [23] M. *4.5.* Gra. *4.5.* [24] Sa. *4.* Salu. *5.* [25] Ratiarum *relicto spatio tȳ* G. [26] michi *5. et sic bis infra.* d. *4.5.* [28] ę *4.* e *5.* [29] Io. *4.* Ioha. *5.* [31] Io. pfeff. *4.* Io. pfeffer. *5.*

Digitized by Google

ferkorn semper habet atramentarium secum et scribit in prędicationibus vel conventiculis Auctoritates et notabilia, unde postea componit talia. Vos exhilaratis me valde quando mittitis mihi libros suos: quia sunt ita artificialiter compositi quod miror. Ego etiam Viennę multum glorior quod sum notus sibi: et quando nomino eum, dico 'Iohannes Pfefferkorn, Amicus meus'. Sed in illo libro intellexi, quod Theologi sunt discordes super speculum oculare: quia aliqui damnant eum ad ignem, sicut Parrhisienses et Colonienses, Aliqui vero ad suspensionem, sicut Magister Noster Petrus Meyer, qui quando vidit Speculum Oculare, clamavit voce magna: 'Ad patibulum, ad patibulum cum tali libro!' Vos deberetis esse concordes, tunc possetis habere victoriam contra illum hęreticum. Ego fui multum perterritus quando legi ista, et dixi: 'Nunc diabolus tenebit candelam, si Theologi volunt esse discordes'. Sed spero quod eritis iterum concordes. Sed mihi videtur quod Magister noster Petrus non est iustus ipse et sui Cohęrentes, qui tenent quod Speculum oculare debet suspendi ad patibulum. Quia est ille liber hęreticus, et hęretici merentur penam ignis. Quia hęretici comburuntur, sed fures suspenduntur. Quamvis illi fortasse dicunt quod Speculum Oculare etiam commisit furtum. Quia Iohannes Pfefferkorn dicit quod in hoc libro Iohannes Reuchlin furavit ei honorem suum, quem non daret pro viginti florenis: quia duo Iudęi qui similiter furaverant ei honorem suum, dederunt ei triginta florenos pro eo. Sit a vel b, ego vellem quod essetis concordes. Non habemus hic nova, nisi quod ille poeta Ioachimus Vadianus, qui est unus ex Reuchlinistis, est factus Rector universitatis. Percutiat deus omnem societatem Poetarum et Iuristarum et non derelinquat unum ex eis mingentem ad parietem. Ego cogitavi quod volo recedere: quid deberem in illa universitate facere, ubi poeta est rector? et sunt hic ita multi Reuchlinistę sicut in nulla alia universitate: scilicet Ioachimus Vadianus rector, et Georgius Collimitius Tanstetter, pronunc Medicus, olim Mathematicus, et Ioannes Cuspinianus, qui est servitor et consiliarius Cæsaris, et quidam qui vocatur Thomas Resch, et Simon Lasius, qui est compatriota Iohannis Reuchlin, et alii multi. Sed Magister noster Heckman est de via nostra; et dixit quod tenebit cum Theologis usque ad finem vitę suę. Ipse etiam multum salutat vos, et Ioannem Pfefferkorn. Valete. Datum in Vienna. Iterum Valete tam diu donec Pfefferkorn manet Christianus.

---

[3] libos *4.* [4] wienne *5.* [5.6] Iohānis pfe. *4.* Io. pfeffer. *5.* [7.8] Pharriſieñ *4.* Parriſieñ *5.* [8.9] M. N. *4.* [10] Cōcoides *4.* [12] . Et *4.* . et *5.* [14] M. n. *4.5.* [16] O *4.* ocula *5.* Io. Pfeff. *4.* Iohan. pfe. *5.* [19] I. *4.* Io. Reuch. *5.* [24] percutiat *4.* peutit *5.* [27] rector: *4.* rector. *5.* reuclinifte *5.* [28] . Scȝ Ioch. *4.5.* [29] I. *4.* Iohannes *omis. 5.* [30] Caeſaris *4.* Cęſaris *5.* . Et *4.* At *5.* [31] Io. R. *4.* Io. reuch. *5.* [33] ſue. ipe *5.* [33.34] Io. Pfeff. *4.* Io. pfef. *5.* [35] Pfeffer. *5.*

Digitized by Google

31.

¶ Albertus Strunck

Magistro Ortvino Gratio Daventriensi

Reverentialem obedientiam loco Salutis. venerabilis domine Magister. Rogo vos cordialiter quatenus velitis mihi indulgere, quod non scribo vobis sępe, quia est per deum ita magnus Calor in Roma, quod unus non potest ire in plateis vel sedere in domo: Et non possum scribere aliquid vel componere prę Calore. Sed vos scitis quod est magnus labor facere dictaminas, et dixistis mihi in Colonia, quod in septem diebus vix facitis unum bonum dictamen. Et allegastis mihi Horatium dicens, quod talis poeta docet quod novem annos debemus consumere faciendo unum bonum dictamen. Et credo quod sic est faciendum. Quia oportet esse cautum et videre quod est bona congruitas. Et aliquando non est satis quod est bona congruitas: quia requiritur etiam Ornatus secundum viginti pręcepta Elegantiarum et Modum epistolandi Pontii vel Pauli Niavis qui fuit magister Lipsensis. Etiam isti poetę sunt nunc valde reprehensivi, et quando aliquis scribit aliquid, tunc dicunt: 'Ecce ibi et ibi non est bona latinisatio': et veniunt huc cum suis novis terminis et confundunt antiquam grammaticam. Ergo non possum scribere in istis Caloribus. Ergo habeatis me excusatum. Et Valete. Datum Romę.

32.

¶ Magister Henrichus Cribelinioniacius

Magistro Ortvino

Salutem.

Venerabilis Magister, primum et ante omnia sciatis, quod perdidi duas sententias, et si perdo tertiam, tunc diabolus erit Abbas. Et timeo valde, quia Auditor dixit mihi: 'Per deum, si essem sicut vos, ego non vellem appellare, quia non habetis Ius': ergo non scio quid debeo facere. Ego credo quod theologi hoc anno non debent fortunam habere. Quia etiam eximius vir Dominus Magister noster Petrus Meyer satis male stat in causa sua contra Canonicos Franckfordienses, quod vexant illum bonum et devotum patrem. Sed credo quod isti Canonici faciunt hoc propter Iohannem Reuchlin quem diligunt propter suam poetriam. Et propterea

---

[3] M. *4. 5.* Dauē. *4. 5.* [6] Cordialit' *4.* michi *ter in hac ep. 5.* [9] p̃ *5.* [18] est] ē *4. omis. 5.* [21] Datñ Ro. *5.*

[23] M. *4. 5.* Henricus Cribelinioniatius *5.* [25] Sal. *5.* [28] michi *5.* [31] D. M. *4. 5.* Io. *4. 5.*

Digitized by Google

volentes ei placere tribulant illum bonum pastorem, quia ipse mirabiliter inimicatur Iohanni Reuchlin: et merito, quia stat pro facultate sua. Quia Iohannes Reuchlin est inimicus Theologorum: sed Magister noster Petrus est Theologus: ergo. Et est bene licitum, quod unus defendit facultatem suam. Etiam Dominus Iacobus de Hochstraten Magister noster et hęreticę pravitatis Inquisitor non habet bonam fortunam in causa fidei. Quia isti Curtisani nunc omnes volunt esse poetę, et sic parvipendunt Theologos et sunt contra eos. Sed tamen spero quod parum lucrabunt: quia dominus respiciet famulos suos et liberabit eos. Ego audivi nuper quod Imperator scripsit unam litteram ad Papam pro Iohanne Reuchlin, et scripsit ita, quod si Sanctissimitas sua non vult finem facere in isto negocio et dare Sententiam, tunc ipse met vult videre quomodo potest defendere suum consiliarium. Sed quid est? Si papa est pro theologis, tunc non timeo. etiam audivi ab uno notabili viro qui est Officialis Curię qui dixit: 'Quid nobis hic cum litteris? Si Reuchlin habet pecuniam, mittat huc. Quia in Curia oportet habere pecunias: alias nihil potest expedire'. Et alius occulte dixit mihi, quod Magister noster Iacobus iterum dedit certas propinas quibusdam referendariis. Et sic quando iam vadunt ante eum, tunc faciunt ei maiorem reverentiam et loquuntur amicabiliter cum eo. Ergo nunc semper meliorem spem habemus. Si perdo illud beneficium, tunc adhuc volo contendere pro illa vicaria in Nussia sicut scitis. Quia procurator meus informavit me quod habeo bonum Ius. Sed iam recordor quod nuper venit unus huc qui dixit, quod universitas Erfordiensis vult revocare sententiam suam seu determinationem contra Iohannem Reuchlin. Et si facit, tunc volo dicere, quod omnes Theologi qui sunt ibi, sunt perfidi et mendaces, et volo semper de eis dicere hoc scandalum, quod non manent cum facultate sua et defendunt zelosissimum virum dominum Iacobum de Hochstraten qui est lux Theologorum, et lucet sicut stella per suas doctrinas et Argumentationes pro fide Catholica. Et credo quod si hęretici vel Turci venirent, ipse disputaret contra eos et confunderet eos cum subtilitate sua, et converteret eos ad fidem Christianam. Quia ille Theologus non habet ęqualem. et nuper disputavit hic in Sapientia valde doctrinaliter. Tunc dixit quidam Italus 'Ego non credidi prius, quod Almania habet tales Theologos'. Sed quidam alius dixit, quod non est bene profundatus in textibus biblię, et non bene intelligeret Hieronymum et Augustinum. Respondi: 'O bone deus, quid dicitis? Ille doctor pręsupponit talia, et iam ipse habet curare alia, et bene maiores subtili-

---

[2] Io. R. *4.* Io. reuchlin *5.* [3] Io. R. *4.* Io. reuch. *5.* M. *4.5.* [5] D. *4.5.* M. nr̃ *4.5.* [6.7] heret. p̣a. *4.5.* [10] lr̃am *4.* literā *5.* Io. *4.* Io. Reuch. *5.* [11] negotio *5.* [15] lr̃is? *4.* literis? *5.* [17] mihi *5.* M. n. Ia. *4.* M. n. Iaco. *5.* [24] Io. *4.5.* [27] D. *4.* [32] Equalē: Et *4.* . Et *5.* [35] bene fcit intelligere *5.*

Digitized by Google

tates'. Deus det quod recte eat, tunc volumus triumphare, et postea ex tota Almania pellere illam poetriam. Et volumus facere quod isti Iuristę non audent dicere unum verbum, quando sunt cum Theologis: quia timebunt ne mittant super eos Inquisitorem et comburant eos pro hęreticis, sicut nunc spero quod fiet Iohanni Reuchlin adiuvante deo, cuius nos sumus iudices: quia sicut milites sęculares defendunt Iustitiam in terris, ita nos defendimus Ecclesiam per disputationes et prędicationes. Sed parcatis mihi de longiloquio. Et Valete. Datum Romanę Curię.

33.

¶ Petrus Lapp

sacrę paginę Licentiatus

Magistro Ortvino Gratio

Salutem.

Secundum quod semel scripsistis mihi, vir venerabilis, quod habetis valde magnum miraculum abinde quod pro nunc sunt ita multi excellentes Doctores in Colonia, et etiam alii non adhuc promoti sed propediem Magistri Nostri, et multi egregiissimi theologi, et nominastis mihi Magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten, Magistrum nostrum Arnoldum de Tungari, et Magistrum nostrum Remigium, et Magistrum nostrum Valentinum de Gelterßheim, et Magistrum nostrum Petrum qui tempore meo regebat in bursa Kück, et dominum Rutgerum Licentiatum et multos alios qui actu sunt Colonię, et etiam Iohannem Pfefferkorn qui quamvis est laicus et indoctus in artibus liberalibus, et nunquam visitavit scholas Christianorum et non didicit Grammaticam aut logicam, tamen ut scribitis habet profundum intellectum et Cor illuminatum. Etiam apostoli non fuerunt docti, et tamen sciverunt omnia. Et sic putatis, quod spiritussanctus potest prędicto Iohanni Pfefferkorn infundere omnem scientiam sanctorum, sicut dicit scriptura. Etiam nominastis mihi in Maguntia duos Magistros nostros, Dominum Bartholomęum Zehener prędicatorem in summo, et Dominum Petrum Bertram plebanum. Et in Franckfordia dominum Petrum Meyer qui est mirabilis in sermonibus suis Et quando vult ipse facit homines ridere, et quando vult facit eos flere, et facit mirabilia prędicando.

---

[3] . Quia *4.5.* [5] . Sicut *4.5.* Ioanni *5.* [6] . Quia *4.5.* [7] : Ita *4.* . Ita *5.* [8] Vale. Da. Ro. Cu. *5.*

[12] M. *4.* [13] Salu. *4.* [16.17] M. N. *4.5.* [17.18] M. n. Ia. de hoch. *4.* M. N. *5.* Hoch. *5.* M. n. *4.* M. N. *5.* [19] M. n. *4.5.* M. n. Valē. *4.* [20] M. n. *4,5.* Pe. *4.* [21] Kuck: *5.* d. *4.5.* Licē. *4.* Licentia. *5.* [22] e *4.* ę *5.* Io. P. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [23] arti. *4.* [24] loycam *5.* [27] e *4.* ę *5.* I. P. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [28] ſcrip. *4.* [28.29] M. n. D. *4.* M. N. D. *5.* [29.30] D. Pe. bertrā *4.* D. Pet. *5.* [30.31] d. Pe. meyer *4.* Pet. *5.* [32] facis eos *4.*

Digitized by Google

Secundum hoc vellem quod faceretis omnes ad unum et excelleretis istos luristas et Poetas seculares, vel imponatis eis silentium quod non auderent ita scribere libros. Et quando vellent aliquid compilare, tunc deberent prius ostendere Magistris nostris ad videndum si debet imprimi. Et si non placet magistris nostris, non debet imprimi vel debet comburi. Etiam deberent Magistri nostri facere mandatum quod nullus iurista vel poeta aliquid scriberet in Theologia, et ne introducerent illam novam latinitatem in sacrosanctam Theologiam, sicut fecerunt Iohannes Reuchlin et quidam ut audio qui appellatur Proverbia Erasmi: quia non sunt fundamentales in ea: et possibile est quod nunquam disputaverunt publice vel tenuerunt conclusiones sicut est mos. Ipsi volunt mittere falcem in messem alterius, quod Theologi non debent pati. Ergo rogo vos quod velitis rogare illos doctissimos viros de quibus scribitis, quod disponant disputare contra illos novos latinisatores et scommatizare eos bene. Et si dicunt quod sciunt litteras grecas et hebraicas, habetis respondere, quod tales litterę non curantur a Theologis. Quia sacra scriptura sufficienter est translata et non indigemus aliis translationibus. Et potius non debemus discere tales litteras propter despectum Iudęorum et Grecorum. Quia Iudęi videntes quod discimus suas litteras, dicunt: 'Ecce Christiani discunt nostras scientias, et sine illis non possunt fidem suam defendere': et fit magna verecundia Christianis, et Iudęi fortificant se in sua fide. Sed Greci recesserunt ab ecclesia: igitur etiam debent haberi pro inimicis et eorum scientię non debent practicari a Christianis. Talia vellem libenter quod faceretis, et postea scriberetis mihi quid fieret. Valete. Datum in Halberstat.

34.

¶ Magister Iohannes Schnerckius
Magistro Ortvino Gratio

Salutem simpliciter annunciatam et non per pomposum ornatum verborum sicut consueverunt poetales Magistri non ambulantes in via simplici cum Theologis.

Sed salutem in Christo, qui liberet nos in die isto
Ab omni tribulatione, necnon a Iohanne Capnione,
Qui est Iurista secularis, sed in Theologia vix scholaris,
Et si deberet disputare, cum Theologis se exercitare,

---

6 M *4. 5.* 8 Io. *4.* Io. Reu. *5.* 13 doctissimos viros *omis. 5.* 15 lr̃as *5.* e *4.* ę *5.* hębraicas *5.* 15.16 littere *4.* lr̃ę *5.* 18 lr̃as *4.5.* e *4.* ę *5. ter.* 19 lr̃as *4.5.* 21 e *4.* ę *5.* 28 e *4.* ę *5.*
27 Ioannes *5.* 33 Ioanne *5.*

Digitized by Google

Ita quod aliquid solveret: per deum ipse perderet
In sacra scriptura: quia ibi est magna cura
Quod possit aliquis bene stare, vel unum alium vexare,
Ita quod cum concludat, et concludendo bene confundat,
Sicut nuper Hochstratus, qui est ad salutem ecclesię natus,
Ut expellat istos socios, poetas et historicos,
Qui tenent malas opiniones, et non valent ad disputationes.

¶ Sancte deus, ego non habui voluntatem scribere vobis metra, et tamen scribo. Sed factum est ex improviso. Etiam illa metra non sunt de poetria sęculari et nova, sed de illa antiqua quam etiam admittunt Magistri nostri in Parrhisia et Colonia et alibi. Et tempore meo quando steti Parrhisius, dicebatur quod unus antiquus Magister qui habitavit in Collegio Montis, componeret totam bibliam metrice, scilicet cum istis metris. Debetis autem scire novitates quę sunt bene pro vobis: videlicet quod Reuchlin non potest amplius ita multum studere sicut prius, quia oculi volunt ei decrescere, sicut dicit scriptura in Genesi: 'Et caligaverunt oculi eius, nec videre poterat'. Quia nuper venit unus bacularius de Stuckgardia qui fuit ibi in domo eius: et ego feci quasi non scirem de inimicitia vestra quam habetis invicem, dixi ad eum: 'Bone domine bacularie, Non habeatis mihi pro malo quod interrogo vobis. Et cum supportatione pro primo libenter vellem scire, An Reuchlin est adhuc sanus?' Respondit, quod ita, sed tamen quod non potest bene videre sine brillo. Tunc dixi 'Ergo pro secundo dicatis mihi quomodo tamen habet se quoad Causam fidei? Ego audivi quod habet certas lites cum certis Theologis: sed credo quod faciunt ei iniuriam (sed dixi ironice): quomodo ergo habet se? Ego credo quod semper componat aliquid contra Theologos'. Respondit ille: 'Nescio, sed tamen volo dicere vobis quid ego vidi ab eo: quando veni in domum eius, dixit mihi: „Bene veneritis domine bacularie, sedeatis". Et ipse habuit brillum in naso et librum ante se qui fuit scriptus mirifice, ita quod statim vidi quod non erat Almanice neque bohemice scriptus, neque etiam latine. Et dixi ei „Egregie domine doctor, quomodo tamen vocatur talis liber?" Respondit quod vocatur Plutarchus in greco, et tractat de Philosophia. Tunc dixi „legatis in nomine domini". Et sic credo quod scit artes mirabiles. Tunc vidi iacere unum parvum librum noviter impressum sub scamno. Et dixi ei: „Egregie domine doctor, quid iacet hic?" Respondit: „est unus liber scandalizativus quem nuper quidam amicus meus misit mihi ex Colonia, et est scriptus contra me, et Theologi Colonienses composuerunt eum, dicentes nunc quod Iohannes Pfefferkorn fecit talem

---

4 cum *4.5.* 5 e *4.* ę *5.* 11 Colon. *5.* 12 dicebat *5.* 13 metricę. f. *5.* 15 Reuch. *5.* 16 Geñ. *5.* 17.18 Stutgardia *5.* 20 pro *om. 5.* 23 fidei. *4.5.* 25 tronice) *4.* ſe. *4.5.* 29 (cf.supra p. 80.) Ita *4.* . Ita *5.* 31 tñ *omis. 5.* 32 e *4.* 36 P. *4.* Ioan. Pfef. *5.*

Digitized by Google

librum". Tunc dixi: „Quid facitis ergo desuper? Non vultis vindicare vos?" Respondit „Nullo modo. sed sum satis vindicatus. Ego nunc non curo amplius istam stulticiam, sed vix habeo satis oculos ad studendum ea quę sunt mihi utilia". Fuit autem talis liber intitulatus „Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas". Aliud non scio de doctore Reuchlin'. Talia dixit prędictus bacularius. Ergo, domine Ortvine, habeatis bonam Confidentiam. Quia si ille habet malos oculos quod non potest amplius multum legere aut scribere, suum damnum, Vos autem non debetis quiescere, sed debetis recenter scribere contra eum. Valete. Datum Ulmę.

35.

Magister Wilhelmus Lamp
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Eximie et promotoriali reverentia celeberrime vir. Vos scripsistis mihi qualiter litera mea quam composui vobis de ambulatione mea ad Curiam, fuit vobis prȩsentata. Et scribitis quod potestis exinde notare quod diligo vos valde. Et bene scribitis talia: sunt etenim vera. Quia vos estis mihi in corde et ego amo vos cordialiter. Sed etiam scribitis mihi quod debeo vobis intimare seu declarare quomodo transit mihi pronunc. Sciatis quod sum apud unum Notarium Rotę et habeo parare mensam, et ire ad forum pro comparando herbas et fabas et panes et carnes et talia, et facere domum in ordine, quando dominus venit ex audientia et commensales sui, quod omnia sunt parata. Et cum hoc etiam studeo. Et dominus meus nuper dixit mihi, quod per deum quando sto unum annum vel duos secum, ipse vult mihi iuvare ad unum beneficium, sicut prius iuvavit multis. Et est bene credendum, quia amat me multum. Et prȩcipue nuper quando vidit quod sum poeta, tunc dixit quod vult me semper amantius habere. Et factum est ita: Est unus ex commensalibus qui est poeta in ista poetria nova, et semper in mensa loquitur de poesi, et multum reprehendit illos antiquos patres et grammaticos, Alexandrum, Grȩcistam, Verba deponentalia, Remigium et alios. Et nuper dixit quod aliquis volens discere bona Carmina facere, debet scire Diomedem: et dixit multa de tali Diomede. Respondi 'ego miror quomodo tamen venistis super illos novos grammaticos, et tamen habetis omnia metrice in tertia parte Alexandri de pedibus et quantitatibus syllabarum, et artem scan-

---

[3] ſtultitiã *5.* [5] reuch. *5.* [6] baccalarius *5.* [7] multum *om. 5.* [9] Va. Da. Ulme. *5.* [11] M. *4. 5.* [12] M. *4. 5.* [13] S. *4.* Salu. *5.* [15] michi *5. septiens in hac ep.* lr̃a *5.* lit. mea] *i. e. sup. n. 12.* [17] sunt *omis. 5.* [19] Intimare *4.* [21] Carnes *4.* [28] Amãtius *4.* [30] Alexandrum Gręciſtã *4.* Alexandrũ Greciſtã *5.* [33] ego Miror *4.*

Digitized by Google

dendi et cetera. Et cum hoc iste Diomedes non fuit bonus Christianus. Quia legi semel qualiter ipse habuit Equos qui comederunt homines, et ipse dedit eis comedere homines'. Tunc ille Curtisanus multum risit et subsannavit me. Et postea dixit, quod debeo ei dicere quomodo Abacuck habet primam syllabam. Respondi: 'ego distinguo. Quia prout est proprium, habet primam indifferentem secundum Alexandrum:

„Ad placitum poni propriorum multa notavi".

sed prout quęritur quantam habet primam naturaliter respiciendo ad naturas appellativorum, tunc habet primam brevem secundum Alexandrum dicentem quod a ante b in primis syllabis, exceptis excipiendis, est brevis'. Tunc ille adhuc magis derisit me et dixit 'Vade tu Coloniensis Copulatista, cum tuo Alexandro, qui fuit asinus Parrhisiensis, sicut adhuc sunt plures'. Et sic multum scandalizans illum bonum Alexandrum abivit. Et dixi ego: 'Cras videbitis'. Et de mane portavi unum carmen quod compilavi per noctem in laudem Alexandri, et mitto vobis exemplum. Et quando dominus meus vidit illud Carmen, tunc laudavit me et dixit 'Iste socius est pro me'. Et dixit 'O Wilhelme, scis ita compilare metra? Ego ignoravi. Et propterea plus volo te diligere in posterum'. Et sic spero quod volo bene stare. Et quando vult dominus deus quod acquiro aliquid, tunc iterum volo me conferre ad partes, fiendo presbiter. Valete iugiter. Datum Romanę Curię.

¶ Metrum Epigrammaticum confectionatum per Wilhelmum Lamp Magistrum septem artium liberalium Coloniensem In laudem Alexandri Galli.

Qui vult discere grammaticam, legat Alexandri materiam,
Quę est divisa in quattuor partes, docens multas bonas Artes,
Prębens lac et mel pueris, sicut docet Glosa notabilis
In Colonia facta: prȩcipue quoad metra
Collige partem tertiam: ipsa tollet tibi omnem inertiam,
Sicut fecit mihi, qui multum ex hac didici.

---

[1] ꝛc̃. 5. [4] ſubſanauit 4.5. [6] Alexan. 5. [11] tu Colo. Copula iſta 5. [12] Alexan. 5. [13] alexan. 5. [20] pꝛeſbyter. 5. Valete. iugiter Datum. 5. [23] M. 4.5. Colonien. 5. [24] Alexand. 5. [25] . Legat pꝛius alexandri materiam. 5. [27] Lac et Mel 5. gloſa 5. [29] omnen 4.

Digitized by Google

36.

¶ Iohannes Arnoldi
Magistro Ortvino Gratio
Salutem dicit plurimam.

Crediderim utique quod audiveritis vel fuerit vobis pluscule dictum qualiter ex quadam affectione animali bona contulerim me nuperrime viatica ambulatione ad urbanam Romę Curiam causa lucruli ad consarcinandum unum beneficiolum seu prębendiolam vel parrochiam aliquam missam, unde poterit mihi ex nunc usque ad finem vitę meę sufficere ac suppetere victus et amictus, si divina voluerit dei gratia. Quamobrem, me hercule vel mediusfidius, debueritis mibi non rariuscule unam literulam amiciose conflatam seu compilatam ascribere, et in ea affectionaliter significare quomodo steteritis in omni qualitate corporali seu animali, Et quomodo fueritis fortunatus fataliter ex prędestinatione divina quę fuit ante sęcula, sicut dixerit Lactantius quem nuperrime audiverim studio intentionali, quando lectus fuerit formaliter hic in Sapientia. Pręterea enimvero venerit unus sociolus ex Colonia et gelidis Almanię partibus, apportans epistolia missiva hincinde sibi astipulata, a quo videlicet intellexerim qualiter vos fecistis imprimere arte characterali unum librulum, qui intelligitur esse vel fuisse intitulatus seu prędnominatus 'Epistolæ Obscurorum Virorum ad Magistrum Ortvinum Gratium', in quo utique codiculo seu libello, sicut talis dederit mihi intelligendum, continentur omnes literulę ad vestram dignitatem hincinde destinatę charitative et fraternaliter a vestris amicis et notis: et etiam posueritis meum epistolium intus, et valde miratorie stupefactus fuerim, quod dignamini me tantisper honore sesquipedali, et facitis mihi ęternalem famam. Quapropter habueritis scire quatinus voluerim vobis gratiam referre in quantum potero. Etiam sciveritis qualiter studuero hic per totum in poeseos artificiolo, et ergo fuerim aliter stilatus quam prius. Valete sesquipedaliter. Datum Romę.

---

[2] Iohannis *5.* [3] M. *4.* [4] Salu. *5.* D. P. *4.* [5] Rediderim *5. initiali* C *relicto spatio.* [9] michi *5. et sic post ter.* ę *4.* e *5.* [10] Hercule *5.* [12] effectionaliter *5.* [13] Coꝛporali *4. 5.* [16] ſapĩa pꝛeterea Enimuero *4.* ſapientia pꝛeterea Emñuero *5.* [18] a] A *4.* q̃ *5.* [19] caracterali *5.* [20] epiſtole *5.* M. *4. 5.* [24] meum epist.] *Supra* I. 10. p. 15. sq. [25] ſeſquipidali: *4. 5.* [28] Vale. *5.* [29] Da. Ro. *5.*

Digitized by Google

37.

¶ Frater Georgius Bleck
Magistro Ortvino Gratio

Humilem orationem meam cum ea qua decet subiectione, domine et Magister Ortvine. vos misistis mihi huc librum Iohannis Pfefferkorn qui est prętitulatus 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas'. Quem utique, sicut petivistis, ostendi omnibus Magistris nostris per totam Parrhisiam, et similiter de nostro ordine Theologis, qui unanimiter dixerunt: 'Ecce Almania habet notabiles Theologos. Si unus simplex scribit talia, quid deberent facere docti et promoti?' Et unus interrogavit me, an etiam principes in Almania faciunt magnam reverentiam Iohanni Pfefferkorn?' Respondi quod pro parte sic et pro parte non. et qualiter ipse est verus et dilectus sollicitator Imperatoris ad procurandum negotium de libris Iudęorum et augmentum fidei Christianę. Et quod episcopus Moguntinensis pię memorię defunctus iam solebat eum valde amare et promisit ei auxilium in rebus omnibus quantum ei fuit possibile: et quando ambulavit hȧncinde in negocio fidei, tunc dedit ei magni precii nummum pro viatico. Respondit unus Theologus 'facit tunc etiam magnam diligentiam ipse Iohannes Pfefferkorn in dicto negotio?' Dixi velut scripsistis mihi, quod sic: quia sine molestia circumivit per totam Almaniam, quamvis protunc fuit ei inconveniens, cum uxorem et liberos suos educare et alere conveniret, quos dereliquit. Quamvis in absentia sua Theologi fecerunt multa bona uxori eius consolantes eam, quia vident quod vir eius est occupatus in causa fidei. Etiam aliquando Fratres de Monasterio nostro accedunt eam dicentes: 'Miseremur vestri quod estis sic sola': et ipsa respondet: 'Veniatis aliquando visitantes me, quia sum quasi vidua, et detis mihi consolationes vestras'. Attamen modernus Episcopus Moguntinensis non favet Iohanni Pfefferkorn. et hoc propterea, quia habet aliquos Consiliarios qui multum promovent Iohannem Reuchlin et odiunt Theologos. Etiam dictus episcopus non voluit admittere Iohannem Pfefferkorn, quando voluit ei prȩsentare suam Defensionem contra famosas, sicut intellexi ex vestra littera. Talia dixi. Tunc respondit unus 'Quis est tamen ille Pfefferkorn? Respondi quod olim fuit Iudęus et nunc est feliciter in Christo baptizatus et est vir proculdubio integerrimus et est de tribu Neptalim. Dixit ille 'Vere benedictio, quę data est Neptalim, completa est in Iohanne Pfeffer-

---

[2] Gregoꝛius *5.* [3] M. *4.5.* [4.5] M. Oꝛ. (*non* Qꝛ) *4.* M. Quia *5.* michi *5. et sic infra bis.* I. P. *4.* Io. Pfe. *5.* vtiqꝫ petiuiſtis *5. omisso* sicut [11] Io. P. *4.* [12] ſic ꝛ pꝛo pte *omis. 5.* [15] valde eum *5.* [17] negotio *5.* [18.19] Io. P. *4.* Io. *omis. 5.* [26] Io. P. *4.* Io. Pfeffer. 5. habet *omis. 5.* [29] Io. R. *4.* Iohan. Reuch. *5.* [30] P. *4.* : Quando *5.* [31.32] litera *4.* [35] Io. P. *4.5.*

Digitized by Google

korn. Quia Iacob dixit filio suo Neptalim: 'Neptalim cervus emissus dans eloquia pulchritudinis'. Genesis .XLIX. Postea multi Magistri nostri et licentiati et alii Theologi per totum legerunt istum librum de folio ad folium, de verbo ad verbum, de articulo ad articulum. Sed est unus superiorista qui studet in greco: ipse vadit ubique et dicit, quod non est verum quod Pfefferkorn est sollicitator Cæsaris, et quod nunquam etiam fuit. Et quod imperator pro Reuchlin scripsit ad sanctissimum et simpliciter vult quod Theologi non debent sibi vexare suum consiliarium fidelem et probum. Item Iacobus Fabri Stapulensis, de quo audivistis multa, ipse aperte favet Iohanni Reuchlin, quamvis Theologi dixerunt ei ne deberet facere. Et dictum fuit quod scripsit in una littera ad Almaniam quod theologi Parrhisienses tractaverunt Iohannem Reuchlin non aliter quam Iudęi Christum. Sed dicat quicquid velit, tamen maior pars in Parrisia est pro nobis propter honorem universitatis et odium Iuristarum. Ergo debetis esse bono animo lętando et gaudendo. Valete ęternaliter. Datum Parrhisius.

38.

¶ Demetrius Phalerius
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Scribitis mihi interrogans a me quomodo tamen universitas nostra habet se in Causa fidei: an est pro vobis an pro Iohanne Reuchlin. Sciatis, hic et per totam terram Suitensium fratres de ordine prędicatorum habent malam famam et sunt in magna disgratia propter illos Innocentes fratres qui fuerunt combusti in Bern, quia nunquam credo quod fecerunt talia quę dicuntur de eis. Igitur Monasteria eorum desolantur, et monasteria fratrum sancti Francisci crescunt. Et quando unus homo dat Elemosinam prędicatoribus, tunc viginti dant Minoribus et Augustinensibus et aliis. Etiam dicitur quod est in prophetia, quod ille Ordo prędicatorum debet totaliter deleri. Super hoc est hic unus Theologus, ut ipse se nominat, sed mihi videtur quod magis est poeta, dictus Erasmus Roterodamus, qui a multis ita honoratur sicut si esset miraculum Mundi. Et est ille qui scripsit librum Proverbiorum, quem semel ostendistis mihi Colonię, et di-

---

[1] Iaco. *5.* Emiſſus *4.* [2.3] M. Licentiati *5. omittens* nostri et [4] Articulo *4.* [5] greco *5.* [6] Pfeff. *5.* [7] Reu. *5.* [10] Io. R. *4.* Io. reuch. *5.* [11] lr̃a *4.5.* [12] Io. R. *4.* Io. reu. *5.* [13] Chrſtū *4.* [15] Val. *5.* [16] Parrhi. *4.*

[19] M. *4.5.* G. *4.* [20] S. *4.* [21] michi *5. et sic infra.* intērrogās *4.* [22] Io. R. *4.* Io. reuch. *5.* [27] ſ. *4.* s. *5.* Elemoſynā *5.* [28] minoribꝰ *4.* [28.29] alijs etiā *5.* [30] deleri ſuper *5.* [31] Roteroda. *5.*

Digitized by Google

xistis: 'Quid nobis cum Proverbiis Erasmi, cum habemus proverbias Salomonis?' ille Erasmus multum tenet de Reuchlin et semper laudat eum: et nuper fecit imprimere aliquas Epistolas quas misit ad Curiam Romanam ad Papam et aliquos Cardinales. In istis laudavit Reuchlin et scandalizavit theologos. Ego videns dixi 'Si videbunt hoc Magistri nostri, diabolus confundet eum'. Sic ergo universitas nostra quę facit magnam reverentiam Erasmo, inclinata est pro Reuchlin: Et venit huc Glorianus poeta, qui est homo valde audax ut scitis: ipse mirabilia scandala loquitur de vobis et aliis theologis. Et dicit quod vult unum librum componere de nequitiis prędicatorum et vult totaliter describere illa quę facta sunt in Bern. Ego vellem libenter amicaliter dicere ad eum ne faciat: Sed est homo terribilis, et est iracundiosus semper volens percutere, quapropter habeat sibi diabolum. Ego spero quod veniet Sententia ex urbe Roma pro Theologis: tunc omnia erunt bona. Si autem fuerit pro Reuchlin, tunc diabolus tenebit candelam. Valete. Datum Basileę.

39.

¶ Chunradus Stryldriot
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Reverentia et servitio affectuositatis meę prędecedentibus erga virtuositatem vestram, venerabilis Magister. Intimavi vobis sępe qualiter non sum hic libenter: Sed credo quod diabolus portavit me huc: et non possum recedere quia non sunt hic bonę societates sicut in Almania. Et homines non sunt ita sociales: et habent pro malo quando aliquis semel in die est ebrius, vocantes eum porcum. Etiam non habeo supponere. Quia meretrices volunt multum pecunię, et tamen non sunt pulchrę. Et dico vobis in veritate quod in Italia sunt ita distortę mulieres sicut est possibile, quamvis habent pulcherrimas vestes de serico et sameloto. Quia quando modicum sunt senes, tunc statim habent curva dorsa et vadunt quasi vellent merdare. Etiam comedunt allium, et fętent maxime. Et sunt nigrę, nec sunt ita albę sicut in Almania. Item in facie sunt pallentes sicut mors. Et quando aliquę sunt rubrę, certum est quod fecerunt sibi colorem cum unguentis. Ergo non placent mihi mulieres hic. Etiam dicunt

---

1.2 Salamonis? *4.* . et ille *5.* Reuch. *5.* 3.4 Ro. *5.* 5 M. *4.5.* 7.8 Glorianus] *sic 4.5.* 10 neqcijs *5.* 11 Amicalit' *4.* amicabiliter *5.* 12 est *post* et *non habet 4.* 15.16 Reuch. *5.* D. *4.* ę. *4.* Va. Dat. Basilie. *5.*

17 Conradus Strildriot *5.* 18 M. *4.5.* G. *4.* 19 Sa. *5. omis. 4.* 20 Euerētia *5.* R *miniatori adpingenda relicta.* mee *5.* 21 M. *4.5.* 22 Sed *omis. 5.* 23 bone *5.* 26 e *5. bis.* 32 aliq̄ *5.* rubię *4.* Coloꝛē *4.*

Digitized by Google

quod in ęstate non est bonum supponere hic. Tunc dico ego: 'ergo redire volo in Almaniam, ubi semper bonum est supponere. Et sępe recordavi qualiter habuimus in Daventria amasias ego et vos: et ivimus in despectum istius domicelli qui etiam amabat vestram amasiam: sed ipsa merdasset ei super os. Sed nunc audivi qualiter debetis supponere uxorem Iohannis Pfefferkorn causa honestatis: quia est secreta et quasi honesta. Et est bonum quando aliquis habet propriam in secreto. Et dixit unus ad me, quod Iohannes Pfefferkorn semel rixavit vobiscum dicens ad vos: 'Domine Ortvine, Ego vellem quod comederetis ex vestra patella et permitteretis me comedere ex mea'. Et vos diu non intellexistis: quia ille vir est valde subtilis et semper loquitur ęnigmatice in proverbiis. Sed quidam amicus vester, sicut ego audivi ab aliis, exposuit vobis illa archana verba dicens: 'Ego vellem quod comederetis ex vestra patella, [id est] quod supponeretis vestram uxorem vel mulierem, et permitteretis me comedere ex mea patella, id est non tangeretis uxorem meam, sed sineretis me eam tangere'. Ego dixi hic ad quendam poetam quod quęreret illam proverbiam in proverbiis Erasmi. Respondit mihi quod non potest invenire. Dixi ei: 'ergo ille Autor non est sufficiens sed diminutus'. Sed quando audivi hęc de Iohanne Pfefferkorn, dixi, quod est nimis invidiosus si facit hoc: Quia est una proverbia quod amicorum omnia sunt communia: quamvis aliqui dicunt quod uxores debent excipi. Ipse tamen non deberet irasci super vos quia vos non habetis uxorem: et non habentibus debemus impertire. Audivi etiam quod supponitis ancillam Impressoris Quenttel, ita quod fecit puerum: hoc non deberetis facere, scilicet forare nova foramina. Ego semper maneo cum antiquis quę non faciunt pueros. sed hic habeo neque antiquas neque novas: ergo volo redire in Almaniam sicut spero. Valete tam diu donec una alauda ponderat C talenta. Datum Romæ.

40.

ℂ Magister Iohannes Crapp
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Scribit mihi dominatio vestra qualiter valde gavisa est de Epistola mea Carminali nuper compilata, et scribitis quod vix vidistis similem: et sicut intelligo, vultis quod semper ita debeo vobis scribere. Sed dico vo-

---

[1] e *4.* ę *5.* [3] Amaſias *4.* [6] Io. Pf. *4.5.* [9] Io. Pfe. *4.5.* [13] . i. (id est) *addidi.* [14] uxorem vel *omis. 5.* [17] Inuenire. *4.* [18] Authoꝛ *5.* [19] hec *4.* Io. pfe. *4.* Io. P. *5.* [20] . qꝛ *5.* [22] Imptire. *4.5.* [23] Quẽtel *5.* [24] . ſ. *5.* [25] quę] q̇ *4.* q̃ *5.* [27] .c. *5.* D. R. *4.5.*

[29] M. *4.* M. Ioannes *5.* [31] Sa. *5.* [32] Dominatio vr̃a ſcribit mī *5.* Epiſt.] *supra 5.*

Digitized by Google

bis, sicut etiam ipse met scitis, quod non est possibile quod unus semper facit carmina. Vos bene scitis de vobis, quamvis estis valde facundus et scitis facere plura metra, tamen 'non semper oleum', sicut communiter dicunt: et aliquando estis luxuriosus ad metra, aliquando ad prosas. Et recordor quod semel dixi vobis Colonię 'Domine Ortvine, faciatis mihi tamen aliquod Carmen metricum', Respondistis mihi 'non habeo pronunc Apollinem', Et dixistis mihi quod aliquando in x diebus vix potestis facere unum bonum metrum: quia Aer non patitur Et oportet expectare tempus. unde Ovidius

Tempora labuntur tacitisque senescimus annis.

Ergo quando semel habeo bonum Apollinem, tunc volo dictare unum et mittere vobis. Etiam scribitis mihi quod debeo vobis intimare aliquas novitates; sed nihil scio nisi quod sunt hic tres excellentes Theologi qui habent magna nomina inter Almanos Et faciunt nobis bonam famam et laudabilem per totam Curiam. Duos forte bene novistis, Reverendum patrem dominum Magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten, latine de Alta platea, et dominum magistrum nostrum Petrum Meyer plebanum Franckfordiensem. Tertius est Dominus Caspar prędicator ex Kempten, sacrę Theologię Licentiatus propediem Magisternostrandus. Ipsi habent hic agere tres Causas notabiles. Unus scilicet Magister noster Iacobus habet causam fidei contra Iohannem Reuchlin qui dicitur esse hęreticus. Et bene. Est etenim. Secundus habet Causam competentię, scilicet Magister noster Petrus contra Canonicos Franckfordienses qui non volunt ei dare Competentiam suam: et ergo venit huc in Curiam tribulans eos terribiliter. Tertius scilicet dominus Caspar habet causam sacri olei contra quosdam Monachos qui habitant extra muros Kempten, et habent sacrum oleum in Monasterio: et quando homines debent oleari, tunc non habetur sacrum oleum. Et ergo prędatus licentiatus vult ipsos Monachos rectificare quod debent sacrum oleum in Civitate permittere pro communi salute hominum. Alia nova non habeo. Sed vos etiam nihil scribitis mihi. [Nescio profecto quomodo demerui de reverentia vestra.]

Commendo vos domino deo, qui vos custodiat quod estis fortis sicut Leo,
Pulcher sicut Absolon, Prudens sicut Salomon,
Dives sicut Asuerus, Poeticalis sicut Homerus,
Et sanctus sicut Iohannes Baptista. Moriatur Reuchlin Iurista,
Nec non poetæ sęculares, qui adhuc possent esse vestri scholares.

---

[1] ipſemet *5.* [3] . Tñ *4.5.* [4] d'ꝛ. *5.* [5] e *4.* ę *5.* D. Oꝛ. *4.* D. Oꝛt. *5.* mī *5.* [7] .x. *5.* [7.8] faceret *5.* [8] aer *5.* [12] : etiã *4.* [13] que *5.* [16] M. *5.* Ia. de Hoch. *5.* [17] d. m. n. *4.* D. m. n. *5.* [18] 3⁹ *5.* D. *4.5.* e *4.* ę *5.* [20] ſ. M. nr̃. Ia. *5.* [21] Io. *4.* Io. Reuc. *5.* [21.22] . ꝛ bñ. eſt. n. *5.* M. n. *4.* ſ. M. n. *5.* [23] Fran. *5.* [25] . ſ. D. *5.* [30] Nescio ... vestra. *non habet 4. sed 5.* [36] Ioannes *5.* [37] poete *4.*

Digitized by Google

Ecce non volui facere Carmina et tamen feci, sed nescio qualiter venit quod feci. Laus deo. Valete. Et sic est finis. Telos. Amen. Tetragrammaton. Datum Romanę Curię.

41.

¶ Magister Simon Pocoporius
Magistro Ortvino Gratio.
Salutem plurimam dicit.

'Mirabilis facta est Scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam'. Psalmista. Hęc verba possunt appropriari mihi directe, quando considero Doctrinam dominationis vestrę quam perspexi nuper ex libro vestro qui intitulatur 'Orationes Magistri Ortvini'. Sancte deus, quomodo crevistis ita in magnum virum, cum tamen olim fuistis hebes scholaris meus, sed nunc estis super magistrum, quamvis dicit scriptura: 'Non est discipulus super Magistrum'. Et ergo quando vidi talem librum, tunc clamavi alta voce: 'O Ortvine, Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est et non potero ad eam'. Et bene 'mirabilis', quia nunquam credidi quod potestis sic facere dictamina excellenter et artificialiter ex me: quia de gratia dei fui resumptor et instructor vester: et multum glorior super vobis. 'Confortata est', bene, quia olim non fuit ita efficax scientia vestra, sed nunc confortata est per instinctum Spiritussancti qui illuminavit vos. Et olim (parcatis mihi) non voluistis studere: et sępe correxi vos quando non scivistis 'mei' vel 'sui' cuius casus, et 'legat, legant' cuius temporis. Et sępe dixi ad vos illud Metrum:

Durę cervicis es, hęc enim sapere non vales.

Sed nunc possetis me instruere: et ego non deberem verecundari quod essem vester discipulus. Et ergo dico: 'non potero ad eam', scilicet pervenire, quia, ut dicit Socrates, 'quę supra nos, nihil ad nos': sed procedatis sic compilando dictamina et eritis notabilis vir. Valete. Datum Lubeck.

---

[2] Amen. *omis. 5.* [3] Rhomanę *5.* Curie. *4.*
[5] M. *4.* M. Simou Pocopozius *5.* [6] M. *4.5.* [7] Sa. P. D. *4.* S.P. D. *5.* [9] michi *5.*
[11] M. *4.5.* [12] hebes *non habet 4.* [15] facta ... mirabilis *propter ὁμοιοτέλευτον omis. 4.* [16] Mirabilis *5.* [20] qui *omis. 5.* [21] michi *5.* [22] Casus: *4.*

Digitized by Google

42.

¶ Magister Achatius Lampirius
Magistro Ortvino Gratio
Salutem plurimam dicit.

Valde miror, vir honorabilis, quod scribitis omnibus sociis et Amicis vestris Romam versus, et solum mihi non scribitis, cum dixistis tamen quod vultis semper scribere mihi. Sed intellexi ab uno qui venit ex Colonia quod velitis libenter habere illam artem de qua dixi vobis semel, videlicet ut faciatis quod una mulier maxime amat unum. Quamvis iam non scripsistis mihi, tamen volo mittere vobis, ut potestis videre qualiter diligo vos. Quia non volo aliquid in secreto habere prę vobis, sed volo vos docere

'Quę veteres sociis nolebant pandere charis'.

Est autem talis Ars illa. Sed non debetis aliquem docere: quia ita abscondo illam, quod non vellem docere fratrem meum: quia plus amo vos quam Fratrem meum. Ergo volo participare vobiscum. Et faciatis sic: Quando amatis unam mulierem, tunc debetis quęrere quomodo vocatur ipsa et quomodo vocatur Mater eius. Et ponamus casum quod amatis unam quę vocatur Barbara et mater eius vocatur Elsa: tunc quęratis unum Crinem de capite ipsius Barbarę et quando habetis illum Crinem, debetis esse contritus et confessus vel ad minus dicere Confessionem generalem. Deinde faciatis unam Imaginem de Cera virginea et faciatis legere tres missas desuper ligando illum Crinem circum collum ipsius. Postea uno mane audiatis prius missam, deinde accipiatis Ollam novam vitreatam cum aqua et faciatis Ignem in una Camera clausa undique et faciatis fumum de thure et incendatis unam candelam de cera nova, in qua est modicum de Candela paschali. Deinde dicatis istam Coniurationem super Imaginem: 'Coniuro te Cera per virtutem dei omnipotentis, per novem choros angelorum, per virtutem Cosdriel: boldriach: tornab. Lissiel farnach pitrax et Starnial, quod velis mihi repręsentare in omni substantia et Corporalitate Barbaram Elsę, ut obediat mihi in omnibus quę volo'. Postea scribatis circum caput imaginis hęc nomina cum stilo argenteo 'Astrab † Arnod † Bildron † Sydra †' Et sic ponatis imaginem in ollam et aquam. Et ponite ad ignem. Et dicatis istam Coniurationem 'Coniuro te, Barbara Elsę, per virtutem dei omnipotentis, per novem choros angelorum, per virtutem Cosdriel boldriach tornab lissiel, fornach pitrax et starnial, et per

---

[2] M. *4.5.* [3] M. *4.5.* [4] S. P. D. *4.5.* [6] Rhomā *5.* michi *5. et sic 2 sqq. ll.* [9] . Videliçᵹ *4.5.* [15] . Quia *5.* Amo *4.* [18] Et] Sed *5.* [19] que *4.* . Tūc *4.5.* [27] Coniuratiouē *5.* [30] michi *5.* [31] Elſe. *4.* michi *5.* q̄ *4.* [32] Aſtrap *5.* [35] Elſe *4.* [36] Boldriach Tornab Liſſiel Fornach Pitrax et Starnial. *5.*

Digitized by Google

virtutem istorum nominum Astrob Arnod Bildron Sydra, quod statim incipias amare me ita quod sine tardatione velis ad me venire. Quia amore langueo'. Et tunc statim quando aqua incipiet fieri calida, satis est: quia ita incipiet vos amare quod quando non videt vos, ipsa nescit ubi estis. Probatum est sępe, et totiens quotiens. Et debetis mihi credere quod ista scientia est valde preciosa. Et ego non darem vobis nisi amarem vos ita intentionaliter. Ergo vos etiam semel debetis mihi participare unum secretum. Et sic Valete cum sanitate vestra. Datum Romanę Curię.

43.

℄ Frater Otho Flerßklirdrius
Magistro Ortvino Gratio

Devotam Orationem meam pro salute. venerabilis vir, ut scribitis mihi quod omnes nos Theologi debemus agere gratias omnipotenti deo quod pronunc Theologia est ita in flore et sunt plures docti Theologi in omnibus partibus Almanię: Et omnes homines, domini et servi, nobiles et rustici, faciunt eis magnum honorem vocantes eos Magistros nostros propter excellentiam et deponunt pileos ęt bareta ante eos dicentes: 'Commendo me egregitudini vestrę, eximie domine Magister noster'. Et quando unus Magister noster transit per stratum, tunc omnes honorant eum sicut si venerit unus princeps. Et merito. Quia Magistri nostri sunt sicut Apostoli dei. Sic vos in Epistola vestra scribitis mihi magnalia. Sed ego tenebo vobis oppositum, dicendo, quod bene est hoc verum Colonię, non autem alibi. Et prȩcipue hic in patria mea Magistri nostri religiosi habent nullum honorem, et Canonici et nobilitares multum parvipendunt eos. Sed sęculares bene adhuc habent honorem et sunt in respectu. Et hoc videtur mihi indignum, Quia religiosi deberent semper habere primum locum: quia sunt magis Clericales, et semper religiosus quoad cęlestitatem est super sęcularem clericum. Quia religiosi sunt apti nati ad personandum in divinis laudibus ad gloriam dei et suę sanctę matris virginis Marię semper benedictę et ad gloriam omnium sanctorum et sanctarum Martyrum confessorum, et cetera. Ergo videtur mihi magnus error quod plus honorant homines sęculares quam religiosos. Etiam sęculares Theologi in partibus superioribus incipiunt esse superbi, et sunt quasi contra religiosos, cum tamen ipsi sunt plus mundiales et tanto plus remoti a regno Cęlorum. Quia vos scitis quod Christus dixit 'Vos qui secuti estis me, sede-

---

5 fepe ?: *4.* 8 Da. *4.* Romane Curie. *4.*
11 M. *4.* 12 michi *in sqq. etiam 5. ubi nihil adnotatum est.* 15 e *4.* ę *5.* 19 M. *4.5.* 20 M. *4.5.* 22 e: *4.* ę *5.* 29 e (*non* ę) *4. in his et sqq.* 31 cętera. *5.* 32 e *4. bis.* 34 Mundiales *4.*

Digitized by Google

bitis super sedes, iudicantes XII tribus Israel'. Sed religiosi reliquerunt patrimonia sua et omnia bona, et sunt spreti in mundo, ergo sunt proximi ad regnum Cęlorum. Et parcatis mihi quod scribo talia de Theologis sęcularibus, cum vos etiam estis unus. Sed est aliter Colonię, ubi sunt humiles et reverentiales erga religiosos. Et etiam vos quoad zelositatem estis religiosus: quia dixistis mihi semel Colonię: 'domine Otho, ego credo quod adhuc volo fieri Monachus de vestro ordine: quia habeo bonam inclinationem'. Et ergo scribo vobis socialiter. Quia displicet mihi valde quod nunc aliqui Theologi sęculares sunt ita superbi, sicut hic Doctor Iohannes Reyß, qui est prędicator in hac Civitate in summo. Ipse est in magno honore et omnes Canonici et nobiles valde amant eum: quia scit eis bona verba dare. Sed talis doctor videtur esse valde contra religiosos intentionatus. Unus dixit mihi qui sępe fuit cum eo in mensa, quod ipse omnino tenet unam propriam viam, Et neque est Albertista, neque Scotista, neque Occanista, neque Thomista. sed quando aliquis interrogat eum 'Eximie domine doctor, de qua via estis?' respondet 'de via Christi'. Et ipse ridet quando doctores theologię appellant se Magistros nostros. Etiam non multum tenet de religiosis dicens quod non oportet induere cappam, sed alias etiam possumus salvari. Et dicit quod deus non respicit vestes. Et in hoc videtur mihi esse hęreticus, quia est irreverentialis erga religiosos et sanctos patres. Ipse tenet etiam specialem modum prędicandi, et non facit sicut alii, movendo subtiles quęstiones et formando Argumenta contra, et solvendo postea et eliciendo Corollaria; sed simpliciter procedit. Et ergo miror, quod libenter audiant prędicationes eius, cum tamen non est artificialis prędicator: ego consyderavi in duobus passibus, quod non est bene intentionatus erga religiosos. Semel quando incepistis vos Colonienses una cum ordine nostro universaliter istam laudabilem contentionem contra Iohannem Reuchlin: tunc ego portavi ei unam schedulam, in qua erat mandatum contra Iohannem Reuchlin quod liber suus deberet comburi et ipse debet cogi ad revocationem. Et dixi ei sicut mihi commissum a provinciali nostro 'Eximie domine Magister noster, hic habet eximietas vestra unum mandatum quod Reuchlin est hęreticus et liber eius debet comburi. Ergo velitis publicare super cancellis: et cum hoc rogamus vos quod velitis stare nobiscum contra prędictum hęreticum'. Tunc ipse legit mandatum Et postea dixit: 'ego non video nisi quod est mandatum quod Speculum Oculare non debet vendi publice, usque ad cognitionem et decisionem Causę. Ego non intelligo quod Reuchlin debet dici hęreticus'. Respondi, quod pręsumitur ex quo pro-

---

1 .xii. *5.* 3 e *4.* 4 e *4. sed tum* ę *etiam 4.* e. *4.* 9 e *4.* 10 Ioannes *5.* 13 ſepe *4.* 16 . Rñdet *4.* 17 e *4.* 20 e *4.* 22 p̄dicandi: *4.* e *4.* . Mouēdo *4.* . Mouendo *5.* e *4.* 26 Ioannē Reuc. *5.* 29 Erat *4.* Ioan. Reuc. *5.* 30 . tE *4.* 32.33 e *4.* (*ut in sqq.*) 33 cancellas: *5.*

Digitized by Google

hibitum est quod liber suus non debet vendi, et rogavi eum quod vult causam nostram commendare in cancellis. Respondit: 'Permittatis me in pace: ego sum hic quod debeo seminare verbum dei, et non debeo scandalizare quenquam. Quia scriptum est: „Qui scandalizaverit unum ex minimis istis .etc.".' Et sic non potui impetrare quod vellet adiuvare causam fidei. In alio passu notavi: Quando fuit hic frater Iacobus de Ordine nostro et seminavit indulgentias quas impetravimus Romę pro Monasterio Augustensi, tunc etiam rogavit prędictum Doctorem Reyß quod in ambone vellet laudare illas Indulgentias et hortare mulieres et alios quod darent pecuniam ad cistam, quia esset bene datum. Sed ipse permisit eum dicere quicquid voluit, et tamen non voluit dicere unum verbum de Indulgentiis. et Frater Iacobus semel dixit ad eum 'Ecce vos invidetis nobis quod debemus colligere pecuniam, et tamen colligamus etiam si deberet vobis cor frangi'. Et dixit etiam in Ambone: 'ecce hic habetis indulgentias et litteras indulgentiales, et quod scriptum est in illis, est ita verum et credendum sicut evangelium. Et quando accipitis illas Indulgentias, tunc estis ita absoluti sicut si Christus met venisset et absolvisset vos'. Tunc Doctor Reyß tenuit oppositum, dicens; 'Nihil est comparandum cum Evangelio: et qui bene facit, bene ibit. Et si aliquis centies acceperit istas indulgentias, et non bene vixerit, peribit: nec adiuvabitur per istas Indulgentias. Sed econtra siquis bene vixerit, vel post peccata pęnitentiam egerit et vitam emendabit, ecce ego prędico ei quod erit habitator regni Cęlorum, nec indigebit ullis aliis auxiliis'. Et sic notavi quod iste doctor Reyß est Inimicus religiosorum: et videtur etiam mihi quod favet Iohanni Reuchlin, quamvis nescio. ergo videtis quid sit dicendum. Bene concedo quod Theologi Colonię sint in magna veneratione, et quod Theologi sęculares et mundani sunt in magna unione cum religiosis: sed hic non est ita. Spero tamen quod quando Reuchlin erit superatus, tunc Theologi gaudebunt invicem, quod prestet nobis Salvator noster unigenitus. Amen. Datum Herbipoli.

44.

¶ Petrus de Wormatia
Magistro Ortvino Gratio
Salutem plurimam dicit.

Vir eximie, secundum quod estis mihi naturaliter inclinatus et multum favetis mihi: ergo etiam volo vobis facere possibilia. Dixistis mihi

---

5 Impetrare *4.5.* 7 ę *etiam 4.* 8 p̄dictū *4.* 10 daret *4.5.* 15 lr̄as *4.* literas *5.* 19 ibit] bibit *5.* 24 reiß *4.* 22 Emēdabit: *4.* 25 Io. R: *4.* Io. R. *5.* 26 e *4.* 27 e *4.* 29 ę *etiam 4.* 33 M. *4.5.* 34 S. P. D. *4.5.*

Digitized by Google

autem 'o Petre, quando venitis Romam, videte an sunt novi libri et mittatis mihi aliquos'. Ecce habetis unum novum librum qui est hic impressus. Et quia estis poeta, credo quod potestis vos multum ex illo meliorare. Quia audivi hic in Audientia ab uno Notario, qui debet esse perfectus in tali arte, quod iste liber est fons poetrię, et autor eius qui vocatur Homerus est pater omnium poetarum: et dixit quod est adhuc alius Homerus in gręco. tunc dixi: quid mihi cum gręco? ille Latinus est melior: quia volo eum in Almaniam mittere Magistro Ortvino, qui non curat illas gręcas fantasias'. Et interrogavi eum 'quid continetur in tali libro?' Respondit quod tractat de quibusdam viris qui vocantur Gręci: qui bellaverunt cum aliis viris qui vocantur Troiani, quos etiam audivi prius nominare. Et isti Troiani habuerunt unam magnam Civitatem, et illi Gręci posuerunt se ante Civitatem et iacuerunt ibi bene X annos: tunc Troiani aliquando exiverunt ad eos, et percusserunt se realiter cum ipsis, et interfecerunt se mirabiliter ad invicem, ita quod totus Campus sanguinavit: et fuit ibi quędam aqua, quę fuit colorata per sanguinem et fuit per totum rubicata, ita quod fluxit sicut si esset sanguis: et clamor audiebatur in Cęlo, et unus proiecit unum lapidem quem XII viri non possent elevare, et unus equus incepit loqui et prophetizavit. Sed non credo talia, quia videntur mihi impossibilia: et tamen nescio an talis liber est multum autenticus. Rogo scribatis mihi de eo, et faciatis me cognoscere quid tenetis. Et cum hoc Valete. Datum Romę.

45.

¶ Iohannes Gerilambius
Magistro Ortvino Gratio.

Sicut scribitur 'Amicus in necessitate probatur', volo etiam videre an adhuc habetis memoriam mei. Et possum videre tali medio: pręsentium lator est consanguineus meus et habet bonum ingenium et intendit studere in artibus; tunc pater suus voluit eum huc facere ad universitatem: et ego dissuasi, quia volo quod studet in via Antiquorum, sicut ego studui. Et rogo quod mittatis eum vobis esse commendatum. Quamvis ego sum Albertista, non curo tamen quod faciatis eum ad bursam Montis, ubi studeant in via Thomę. Quia ille rector est superiorista. et etiam non est magna differentia inter Thomistas et Albertistas, nisi quod Albertistę tenent quod adiectiva appellant, et quod corpus mobile est subiectum in

---

1.2 mutatȝ *5.* 4.5 ꝑfectꝰ (profectus) *4.* ꝑfectus *etiam 5. fort. rectius* provectus. 7 e *4.* (*ut in sqq.*) 8 M. *5.* 10 libꝛo. *4.5.* 13 .x. *5.* 16 quedā *4.* 17 . Ita *4.* 18 .XII. *5.* 22 Vale. *5.* Rome. *4.* 24 Ioannes *5.* 25 M. *4.5.* 29 artibꝰ tūc *4.5.* 33 e *4. in sqq. ubi non adnot* .ę.

Digitized by Google

Phisica; sed Thomistę tenent quod Adiectiva non appellant, et quod Ens mobile est subiectum in phisica. etiam Albertistę dicunt quod logica est de secundis intentionibus in ordine ad primas, Thomistę vero dicunt quod est de primis intentionibus in ordine ad secundas. Item Albertistę tenent quod Mobile positum in vacuo movetur successive, Thomistę dicunt quod Mobile positum in vacuo movetur in instanti. Etiam Albertistę dicunt quod Galaxia est naturę cęlestis; Thomistę dicunt quod Galaxia est naturę elementaris. Sed non multum refert sic vel sic tenere, dum modo sit aliquis Antiquus: et volo quod iste iuvenis comedat in bursa, et quod teneatis eum sub rigore, ne currat exterius quando sibi placet. Et quando facit aliquem excessum, detis ei disciplinam. Quia scribitur Proverbiorum .XXIII. „Noli subtrahere a puero disciplinam: si percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, et animam eius de Inferno liberabis". Et teneatis eum in consuetudine quod semper intrat disputationes bursales, et quod non visitat lectiones Cęsarii vel aliorum poetarum. Gaudeo quod scripsistis mihi quod Buschius non est amplius Coloniæ, quia ipse fuit magnum impedimentum universitatis, seducens supposita cum sua poetria. Sunt hic etiam duo poetę, Eobanus Hessus et Petreius Aperbachus, qui sunt inimici mei: sed ego non curo eos. Ubicunque vident me, loquuntur de causa Iohannis Reuchlin, et dant ei rectum et obloquuntur Theologis: ego autem taceo, quamvis nuper dixi: 'Iohannes Pfefferkorn bene scit ei dicere qualis est': et ostendi eis librum ipsius qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra Famosas', et sic abivi. Det dominus deus, quod sententia vadat pro vobis, alias isti poetę facerent nobis magna frivola. Sed habeatis vobis illum iuvenem commendatum et Valeatis. Datum Erfordię.

46.

ℭ Magister Cunradus Unckebunck
Magistro Ortvino Gratio
Salutem plurimam dicit.

'Os habent et non loquentur; oculos habent et non videbunt; aures habent et non audient'. Psalmista. Hęc verba possunt sic introduci et thematisari ad propositum meum: Magister Ortvinus habet os et non loquitur, ita ut semel diceret alicui Curtisano qui tendit Romam: 'salutetis

1 . Sed *4. 5.* 6 ę *4.* 7 ę *4.* e *5.* 8 vel ſic *omis. 5.* 11 Pꝛouerb'. *4. 5.* 12 intrant *5.* 16 Colonie: *4.* 20 Iohāuis *4.* Ioānis Reuc. *5.* 21 Pfe. *4.* 25 Ioānis Pfeff. *5.* 26 ę *4.*

28 M. *4.* Unckenbunck *5.* 29 M. *4.* 30 S. P. D. *4.* 31 Aures *4.* 32 e *4.* ę *5.* 33 thematizari *5.* Oꝛ. *4.*

Digitized by Google

mihi dominum Cunradum Unckebunck'. Et habet oculos et non videt: quia scripsi ei multas litteras et non respondet mihi quasi non legens seu videns. Et tertio habet aures et non audit: quia commendavi multis sociis quando iverunt ad partes, ut salutarent eum; sed ipse non audivit salutationes meas, quia non respondit illis. Ergo peccatis valde, quia ego amo vos: et ergo debetis me iterum amare. Sed non facitis, quia non scribitis mihi nihil. Et vellem libenter quod sępissime scriberetis mihi: quia quando lego litteras vestras, lętificant me in corde intus. Attamen intellexi, quoꝫ habetis paucos auditores, et est querela vestra quod Buschius et Cæsarius trahunt vobis scholares et supposita abinde: cum tamen ipsi non sciunt ita exponere poetas Allegorice sicut vos, et superallegare sacram scripturam. Credo quod diabolus est in illis poetis. Ipsi destruunt omnes universitates. et audivi ab uno Antiquo Magistro Lipsensi qui fuit magister XXXVI annorum, et dixit mihi, quando ipse fuisset iuvenis, tunc illa universitas bene stetisset, quia in XX miliaribus nullus poeta fuisset. Et dixit etiam quod tunc supposita diligenter compleverunt lectiones suas formales et Materiales seu bursales: et fuit magnum scandalum quod aliquis studens iret in platea et non haberet Petrum Hispanum aut Parva logicalia sub brachio. Et si fuerunt Grammatici, tunc portabant Partes Alexandri vel Vade mecum vel Exercitium puerorum, aut Opus minus, aut dicta Iohannis Sinthen. Et in scholis advertebant diligenter: et habuerunt in honore magistros Artium: et quando viderunt unum Magistrum, tunc fuerunt perterriti quasi viderent unum diabolum. Et dixit etiam quod protunc quater in anno promovebantur bacularii et semper pro una vice sunt sexaginta aut quinquaginta. Et illo tempore universitas illa fuit multum in flore. et quando unus stetit per annum cum dimidio, fuit promotus in bacularium, et per tres annos, aut duos cum dimidio, in Magistrum: et sic parentes eorum fuerunt contenti, et libenter exposuerunt pecunias: quia videbant quod filii sui venerunt ad honores. Sed nunc supposita volunt audire Virgilium et Plinium et alios novos autores: et licet audiunt per quinque Annos, tamen non promoventur: Et sic quando revertunt in patriam, dicunt eis parentes 'Quid es?' Respondent quod sunt nihil, sed studuerunt in Poesi. Tunc parentes non sciunt quid est. Et quando vident quod non sunt Grammatici, tunc sunt male contenti super illam universitatem, et pęnitent de pecunia. Et dicunt postea aliis: 'Non mittatis filios vestros ad universitatem, quia nihil student, trufantes in plateis per noctem. et est inutilis pecunia quę datur ad studium'. Et

---

[1] d. *4. 5.* Unckebuncg. *5.* [2] lr̃as *5.* [4] . Sed *4. 5.* [7] e *4.* ę *5.* [8] lr̃as *4.* literas *5.* e *4.* ę *5.* [10] Cęsarius *5.* [13] lipsensi *4.* [14] .30. *5.* [14] .xx. *5.* [20] vade *4. 5.* [21] Ioannis *5.* [21] baculari *4. 5.* [25] sexagnita *4.* [28] si *4. 5.* [29] . Quia *4. 5.* [30] noues *4. 5.* [37] . Et *4. 5.*

Digitized by Google

dixit mihi amplius talis Magister quod tempore suo fuerunt bene duo millia studentes in Liptzicgk et Erfordię totidem, et Viennę quatuor millia et Colonię etiam tot, et sic de aliis. Nunc autem in omnibus universitatibus non sunt tot supposita sicut tunc in una aut duabus. Et magistri Lipsenses nunc valde conqueruntur de paucitate suppositorum. Quia poetę faciunt eis damnum. Et quando parentes mittunt filios suos in bursas et collegia, non volunt ibi manere, sed vadunt ad poetas et student nequitias. Et dixit mihi quod ipse Liptzigk olim habuit quadraginta domicellos, et quando ivit in Ecclesiam vel ad forum vel spaciatum in Rubetum, tunc iverunt post eum. Et fuit tunc magnus excessus studere in poetria. Et quando unus confitebatur in confessione quod occulte audivit Virgilium ab uno bacalario, tunc Sacerdos imponebat ei magnam penitentiam, videlicet ieiunare singulis sextis feriis, vel orare cottidie septem psalmos penitentiales. Et iuravit mihi in conscientia sua quod vidit quod unus magistrandus fuit reiectus, quia unus de examinatoribus semel in die festo vidit ipsum legere in Terentio: utinam adhuc staret ita in Universitatibus, tunc etiam ego non vellem ita servire hic in Curia: Quia quid debemus facere in universitatibus? Nos non habemus proficuitatem. Quia socii non volunt amplius stare in bursis vel sub Magistris: et quando sunt viginti studentes, vix unus intendit procedere ad gradus. Sed omnes alii volunt studere in humanitate. Et quando unus magister legit, tunc non habet auditores: quia poetę in resumptionibus suis habent tot auditores quod est mirabile. Sic omnes Universitates per totam Almaniam minorantur. Ergo debemus deum orare quod moriantur omnes poetę, quia 'expedit vobis ut unus moriatur .etc.', id est, ut poetæ quorum sunt pauci in qualibet universitate, moriantur potius quam quod tot universitates pereant. Vos autem scribite mihi posthac: vel faciam unam longam querelam de negligentiis vestris commissis. Valete. Datum Romę.

47.

ℭ Frater Benedictus de Scocia Magistro Ortvino Gratio

Fraternali et affectuosa dilectione salutis loco prę̃missa: notum facio vobis sicut petitis, quod epistola vestra est mihi prę̃sentata in festo sancti Michaelis, et volo respondere ad proximas vestras articulariter. Primo quę̃ritis quare nos fratres prędicatores cantamus grossiori voce quam alii reli-

---

[2] e *4. bis.* . Et *4.* quattuor *5.* [3] ę *4.5.* [5] ę *4.* [12] . Videlicȝ *4.* Videlicet *5.* [16] etiã: ego *4.5.* [22] e *4.* ę *5.* [24] e *4.* ę *5.* [25] Id eſt *4.5.* poetę *5.* [26] pareant. *5.* [28] e. *4.* ę *5.*

[31] M. *4.5.* G. *4.5.* [33.34] ſ. Mihaelis *4.5.*

Digitized by Google

giosi. Dico quod non ob aliam rationem puto nisi quod scribitur Esaię .LIX. 'Rugiemus quasi ursi omnes, et quasi columbę gememus'. Et propterea credo, quod sanctus Dominicus voluit implere istam prophetiam. Secundo quęritis quid teneo, an sanctus Thomas vel sanctus Dominicus est sanctior. Dico quod sunt varię opiniones: et doctores ordinis nostri variis modis disputant. Aliqui tenent quod sanctus Dominicus est sanctior merito vitę, sed non merito doctrinę, et per contrarium sanctus Thomas est sanctior merito doctrinę, non merito vitę. Alii putant quod simpliciter sanctus Dominicus est sanctior, et probant duabus rationibus. Prima est quia sanctus Dominicus est auctor ordinis nostri, et sic sanctus Thomas, qui est de illo ordine, fuit eius discipulus. Sed non discipulus super magistrum. Ergo. Secunda est quia doctrina non habet prerogativam ad vitam et gesta: et ergo licet sanctus Thomas fuit doctior quam sanctus Dominicus, tamen non propterea etiam est sanctior. Alii volunt quod simpliciter sanctus Thomas est sanctior, quia non est alius doctor inter omnes sanctos qui appellatur 'doctor sanctus' prę̃terquam sanctus Thomas. Et ergo sicut Aristoteles appellatur 'philosophus' et Paulus 'Apostolus', sic sanctus Thomas propter eminentiam vocatur 'Sanctus'. Et ergo non solum in doctrina, sed etiam in sanctitate est maior quam sanctus Dominicus. Respondetur quod sanctus Thomas vocatur 'sanctus' non quod est sanctior omnibus aliis sanctis simpliciter, sed tantum inter sanctos doctores est sanctior. Et sic non est sanctior quam sanctus Dominicus. Etiam dixit mihi unus antiquus de ordine nostro, quod vult mihi ostendere in uno libro veterissimo, quod prohibitum est disputare de superioritate inter istos duos sanctos. Et ergo relinquo hanc quęstionem et non volo eam decidere. Tertio quęritis an etiam puto quod Ioannes Pfefferkorn perseverabit in fide christiana? Respondeo quod per deum nescio quid debeo dicere: quia est valde periculosum: vos bene scitis illud exemplum ad sanctum Andream Colonię: qualiter unus Decanus eiusdem ecclesię Iudęus baptisatus diutissime mansit in fide christiana, et vixit rectissime. Sed postea in articulo mortis iussit sibi portare unum leporem et canem, et misit eos currere: tunc statim canis apprehendit leporem. Tunc iterum iussit currere unum Catum et murem: et Catus apprehendit murem. Et dixit multis circumstantibus 'Videtis quod ista animalia non dimittunt naturam suam? Sic etiam Iudęus nunquam dimittit fidem suam: ergo etiam hodie volo mori sicut bonus Iudęus: et mortuus est. Tunc cives Colonienses in memoriam facti illius fecerunt has ęreas imagines quę adhuc

---

[3] Implere *4. 5.* [4] e *4.* [6] ſ. *4.* s. *5.* [7] doctrine: *4.* ſ. *4.* s. *5.* [8] doctrine *4.* [9] ſ. *4.* s. *5.* [10] .ſ. *4. 5.* auctor] sanctior *omnes.* [12] e *4.* [13] .ſ. *4.* s. *5.* ſ. *4.* s. *5.* [15] ſ. *4.* .s. *5.* [16] e *4.* [18] .ſ. *4.* .s. *5.* [19] ſ. *4.* [20] ſ. *4.* .s. *5.* [22] Et] . Dt *5.* ſ. *4.* .s. *5.* . ꝙ tiaȝ *5.* [25] e *4.* [26] e *4.* [27] fede *4.* [28] . Qȝ *4.* . Quia *5.* . Vos *4. 5.* [29] ecclefie *4.* e *4.* [30] baptizatus *5.* [37] in *omis. 5.*

Digitized by Google

sunt super murum ante cimiterium. Item audivi de alio, qui similiter in articulo mortis constitutus iussit sibi portare unum lapidem magnum, et ponere eum in olla cum aqua et ponere ad ignem ad coquendum: et stetit bene tres dies apud ignem: tunc quęsivit an esset coctus. responderunt quod non, quia non est possibile quod unus lapis deberet coqui. Tunc respondit ipse: 'Sicut iste lapis nunquam fit mollis apud ignem, ita etiam nunquam aliquis Iudęus fit recte christianus. Sed faciunt hoc propter lucrum vel propter timorem vel propterea quod possint facere unam proditionem. Et ego hodie volo mori sicut fidelis Iudęus'. Ergo per deum, Magister Ortvine, timendum est valde de Ioanne Pfefferkorn, quamvis spero quod dominus deus dabit ei specialem gratiam et conservabit eum in fide; et nos debemus utique semper dicere quod pro certo semper manebit christianus propter Ioannem Reuchlin et suos adhęrentes. Quarto interrogatis quid teneo de propriis nominibus: an carent plurali numero sicut tenent antiqui grammatici, Alexander et alii, an vero habent pluralem sicut opinantur moderni et novi, ut Diomedes et Priscianus. Respondeo, quod dicendum est, quod propria careant plurali in quantum propria. Sed aliquando tamen declinantur in plurali, et tunc debent exponi per appellativa, ut duo Iacobi, id est duo apostoli qui fuerunt nominati Iacobus; duo Catones, id est duo reges vel sapientes Senatores Romani vocati taliter; tres Marię, id est tres mulieres habentes tale nomen. Respondi vobis pro posse meo. Si scirem melius, etiam melius responderem vobis. Et ergo accipiatis in bonam partem. Et salutate mihi plurimum Magistrum nostrum Arnoldum de Tungari pręceptorem singularissimum. et Valete. Datum Sundis.

48.

¶ Ioannes Kalp
Magistro Ortvino Gratio

Salutem amicabilem. Honorabilis domine, Venerabilis magister, Sciatis quod miror valde, quomodo sic potestis me tribulare scribendo mihi semper 'Scribatis mihi tamen aliquid novi'. Et semper vultis scire novalia, cum tamen ego habeo alia ad agendum. Et ergo non possum multum curare de novitatibus, quia oportet me currere hinciude et sollicitare, si non volo perdere sententiam et venire de beneficio illo. Sed tamen si

---

1 . Qui *4.5.* 5 uon *5.* 6 . Ita *4.* . Itē *5.* 7 iudens *5.* 9 M. *4.5.* 10 Iohanne Pfeffer. *5.* 14 in plurali *5.* 15 gramatici. *4.* 21 . Tres *4.5.* 22 rñdebo *5.* 24 M. *4.5.* 25 D. Sundis. *4.* Suollis *scribendum esse videtur.* et Val. D. S. *5.*

27 Ioannis Kalb *5.* 28 M. *4.5.* 29 dñe magiſter *5.* 30 michi *5. et sic in hac ep. ubi non* mihi *adnotamus.*

Digitized by Google

vultis essę contentus, tunc semel volo scribere vobis, ita quod postea permittatis me in pace cum novitatibus. Vos bene audivistis qualiter papa habuit unum magnum animal quod vocatum fuit Elephas, et habuit ipsum in magno honore, et valde amavit illud. Nunc igitur debetis scire quod tale animal est mortuum. Et quando fuit infirmum, tunc Papa fuit in magna tristitia, et vocavit medicos plures, et dixit eis: 'Si est possibile, sanate mihi Elephas'. tunc fecerunt magnam diligentiam et viderunt ei urinam, et dederunt ei unam purgationem quę constat quinqûe centum aureos: sed tamen non potuerunt Elephas facere merdare: et sic est mortuum. Et papa dolet multum super Elephas. Et dicunt quod daret mille ducatos pro Elephas. Quia fuit mirabile animal habens longum rostrum in magna quantitate. Et quando vidit Papam, tunc geniculavit ei et dixit cum terribili voce bar, bar, bar. Et credo quod non est simile animal in mundo. Dicunt quod rex Francię et rex Karolus fecerunt pacem ad multos annos et iuraverunt invicem. Sed videtur aliquibus quod talis pax est cautelosa, et non durabit diu. Ego nescio quomodo est. etiam non multum curo. Quia quando venio iterum ad Almaniam, tunc ibo ad pastoriam meam et habeo bonos dies. Quia habeo ibi multas aucas et gallinas et annetas, et possum habere in domo mea quinque vel sex vaccas, quę dabunt mihi lac quod facio caseos et butirum. Quia volo habere Cocam quę facit mihi talia. Et debet esse antiqua. Quia si esset iuvenis, tunc faceret mihi tentationes carnis, ita quod possem peccare. Ipsa etiam debet mihi nere, quia emam ei linum. Et volo habere duos vel tres porcos et volo eos impinguare quod faciunt mihi bonum lardum. Quia ante omnia volo in domo mea habere bona coqualia. Etiam volo semel mactare unum taurum, et dimidium volo vendere rusticis, et dimidium volo suspendere in fumo. Et retro domum habeo hortum, ubi volo seminare allium, cępas, petrosilium, et volo habere olera et rapas et alia. Et ego volo in hieme sedere in stuffa mea et studere quod possim rusticis prędicare in sermonibus Parati vel Discipuli, vel etiam in Biblia, ita quod ero habituatus ad prędicandum. Et in ęstate volo ire piscatum vel laborare in horto. et non volo curare de bellis, quia volo esse pro me, et dicere orationes meas et legere missas, et non curare ista mundana negocia quę afferunt perditionem animę. Valete. Datum Romanę Curię.

---

3 . Et *4, 5.* 6 . Et *4.* 7 diligenitä *5.* 16 Cauteloſa *4. 5.* 20 michi *5. et sic paullo post quater.* 26 cepes *4.* Cepas. *5.* 29 ſtuba *5.* 31 e *4.* ę *5.* 33 negotia *5.* 34 e *bis 5.*

Digitized by Google

49.

¶ Philippus Sartoris de Erfordia
Magistro Ortvino Gratio

Salutes honorabiliter optandas honorabilitati vestrę. venerabilis domine Magister, Sicut nuper scripsistis mihi quod quidam poeta in Almania dictus Erasmus Roterodamus componit multos libros, et prȩcipue composuit unam epistolam ad Papam, in qua commendavit Iohannem Reuchlin: Sciatis quod vidi illam epistolam. Sed adhuc vidi unum alium librum magnum qui intitulatur 'Novum Testamentum', et mīsit illum librum ad Papam: et credo quod libenter vellet quod Papa autenticaret illum librum. Sed spero quod non fiet. Quia Magister sacri Palatii qui est vir notabilis et magnę reputationis, dixit, quod vult probare quod Erasmus ille est hęreticus, quia in quibusdam passibus reprehendit doctorem sanctum et nihil tenet de Theologis, Et cum hoc scripsit unam materiam quę vocatur Moria Erasmi, quę habet multas propositiones scandalizativas et parum reverentiales, et aliquando continet apertas blasphemias. Quapropter Parrisienses volunt comburere talem librum. Ergo etiam non credo quod Papa autenticabit illum magnum librum. Etiam Magister noster Iacobus de alta platea est in bona sperantia. Heri invitavit me ad collationem, et dixit mihi veraciter quod Cardinalis dixit sibi, quod debet habere sententiam pro se. Sed Iohannes Wick qui est Procurator Iohannis Reuchlin, facit ei magnam instantiam: ego semel affui quod Magister Noster Iacobus dixit ad eum 'Ecce tu iam es contra me, et credas mihi firmiter, si habuero victoriam, ego tribulabo te ita quod in tota Almania non eris securus'. Et iterum dixit ad eum: 'ego scio quod Reuchlin non habet tibi dare pecuniam, et tu es ita temerarius quod vis tibi totum ordinem ad inimicitiam facere?' Postea est unus alius, scilicet doctor Martinus Groningen qui debet transferre Speculum Oculare. Ego intellexi quod Magister noster Iacobus dabit ei centum ducatos in occulto, quod falsificabit Speculum oculare: et si faciet, tunc eritis victores. Et spero quod ille doctor faciet. De talibus quicquid scitis debetis mihi scribere. Valete ex Roma.

---

[3] M. 4. 5. [5] michi 5. *et sic infra ter* [6] Roteroda. 5. [7] rench. 5. [10] autentificaret 5. [11] Pallacij 5. [12] . Quia 4. 5. [16] Parrhiſienſes 5. [17] cōburrere 4. autentitabit 4. 5. [28] M.nr̃ 4. [21] Ioannis 5. [22] M. N. 4. N. 5. [25] quod *non habet* 4. [29] falſificauit 5.

Digitized by Google

50.

¶ Magister Adolfus Clingesor
Magistro Ortvino Gratio
Salutem plurimam dicit.

Sicut nuper intellexistis de me quod solent hic mecum disputare de Iohanne Reuchlin et causa fidei: Sciatis quod postquam misistis mihi illum librum Iohannis Pfefferkorn qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra famosas', tunc ivi ad quendam qui semper tenet mihi oppositum, et ostendi ei in illo libro circa finem scilicet O ij, ubi sic scribitur 'Ante .xx. annos, si bene memini, nobis Coloniensibus a Iohanne Lichtenberger sive peregrino Ruth heremita, (cuius prognostica Moguntię tam latine quam teutonice impressa sunt) vaticinata fuisse. Sic enim scribit folio .xvi. "Attendite, o vos Philosophi Colonienses, ne lupi rapaces introeant in ovile vestrum: Nam temporibus vestris exurgent nova et inaudita in ecclesiis vestris quę almipotens avertat".' Cum ille legisset, stetit modicum, et pensavit. Deinde dixit: 'Ego miror stultitiam Theologorum. Creditis quod omnes homines sunt pueri, quod possitis eis persuadere talia? Sed quia Theologi Colonienses volunt ita subtiles videri, ego ostendam vobis unam prophetiam de Iohanne Reuchlin quę magis erit ad propositum. Et postea demonstrabo etiam illam prophetiam quam illi ponunt, quod est pro Reuchlin et non contra eum. Videatis igitur Sophonię primo, ubi propheta sic dicit: „Et erit in tempore illo, scrutabor Hierusalem in lucernis et visitabo super defixos in fęcibus suis, qui dicunt in cordibus suis etc." Nunc quia vos Colonienses prętenditis scripturas trahere ad placitum vestrum: Audiatis quomodo etiam ego possum exponere verba prophetę. Dicit ergo dominus per os prophetę: "Et erit in die illa, scrutabor Hierusalem", id est visitabo ecclesiam meam, cogitans reformare eam, et tollere errores si sunt aliqui in ea; et "hoc faciam in lucernis", id est mediantibus doctissimis viris, sicut sunt in Almania Erasmus Roterodamus et Iohannes Reuchlin, et Mutianus Ruffus et alii: "et visitabo super viros", id est Theologos, "defixos", id est obstinaciter induratos, "in fecibus suis", id est in quadam sordida et tenebricosa et inepta Theologia, quam ante pauca sęcula usurpaverunt sibi, relinquentes illos antiquos et literatos Theologos

---

[2] M. *4.5.* [3] M. *5.* [4] S. P. D. *4. omis. 5.* [5] Icut *4. relicto loco* τῇ *5.* [6] Ioau. *5.* michi *5. et sic paullo post.* [7] Iohannes *4.* Io. P. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [9] O ij. col. 2. *et* Oiij. col. 1. [10] Coloni. *5.* Io. *5.* [12] ſint) *4.5.* [13] Colo. *5.* [16] ſtulticiã *5.* [17] . Sed *4.* . Sȝ *5.* [18] Colo. *5.* [19] Io. R. *4.5.* [20] Reu. *5.* [21] eũ videatis *4.* e *5.* [22] Ihieruſ. *5.* [23] ſu. ꝛc. *5.* Colo. *5.* [26] ę *4.* e *5.* heruſalẽ *4.* hieru. *5.* [27] erro. *5.* [29.30] Io. reuch. et. *5.* [31] facibꝰ *4.5.* [32] quedam *4.5.*

Digitized by Google

qui in vera luce scripturarum ambulaverunt. Ipsi autem non sciunt neque latinas neque grecas neque hebraicas literas, ut possint scripturas intelligere. Et ergo relicta vera et originali Theologia, nihil amplius faciunt nisi quod disputant et argumentantur et movent inutiles questiones. Et ista faciendo dicunt se defendere fidem Catholicam, cum tamen neminem apud se habeant qui pugnat contra fidem. et sic inutiliter perdunt tempora et non conferunt aliquam utilitatem in ecclesia dei. Sed si disputationes eorum haberent aliquam utilitatem, tunc possunt illam vertere ad commodum ecclesię fidei Catholicę eundo per mundum et prędicare verbum dei sicut Apostoli, et disputare contra Grecos quod redeant in unionem cum ecclesia Romana. Vel si non vellent longe abire, saltem irent in Bohemiam concludentes illam gentem cum Argumentis et Syllogismis suis. Sed hoc non faciunt. Verum ibi disputant ubi non est opus: "Ergo visitabit eos dominus" et mittet quosdam alios Doctores greçe, latine et hebraice doctos, qui "eiectis illis fecibus", id est ablatis illis ineptis Cavillationibus et adulterinis Theologię et obscuris commentationibus, adducent lucernas suas et illustrabunt scripturas, et restituent nobis antiquam et veram Theologiam, sicut nuper ille prenominatus Erasmus emendavit libros sancti Hieronimi, et fecit eos imprimi. etiam emendavit novum testamentum, quod ego credo esse maiori utilitati quam si viginti milia Scotistę vel Thomistę centum annos disputarent de Ente et essentia'. Postquam dixit talia, Respondi ego: 'Custodiat me dominus deus, quid audio? Vos de facto estis excommunicatus': et volui abire ab eo. tunc tenuit me dicens 'Audiatis tamen finem'. Respondi 'Nolo audire finem'. Tunc dixit 'Audiatis ergo solum quomodo exponam vestram prophetiam'. et cogitavi mecum quod volo audire: quia nihil nocet audire unum excommunicatum, dummodo aliquis non bibit vel comedit secum. Tunc incepit sic: "Attendite, o vos philosophi Colonienses": Non dixit "Theologi", sed "philosophi": quia theologia Coloniensium potius est philosophia, id est Ars Sophistica, quam Theologia dicenda, quia nihil aliud est quam garrulitas diabolica et inanis loquacitas. "Ne lupi rapaces", scilicet Iacobus de Hochstraten, Arnoldus de Tungari et similes, qui falsitate et fraudibus suis violenter et ferociter invadunt innocentes oves, quales sunt et fuerunt Petrus Ravennas et Iohannes Reuchlin, volentes eos declarare hęreticos propter doctrinam et laudem suam cui ipsi invident. Et quia vident quod ipsi non possunt talia efficere qualia isti doctissimi viri: ergo vellent libenter perdere eos. Hi sunt igitur lupi rapaces qui insidiantur famę ac

---

[1] añt *5.* [2] e *4.* ę *5.* [3] oꝛigenali *4.* [10] e *4.* ę *5.* [12] Boemiã *4.* Illam *4.* [14.15] Greçe Latine et Hebꝛaice *5.* Ideſt *4.* [16] Theologie *4.5.* [19] .s. *5.* Impꝛimi *4.* [23] eo tunc *4.* [25] veſtram *omis. 5.* [29] theplogia *5.* idē *4.* idem *5.* [32] Hochſtrate *5.* [33] qualis *4.5.* Iohan. *5.* [37] ę *4.* e *5.*

Digitized by Google

vitę innocentum. Et sic per septem iam annos rapuerunt et tractaverunt hincinde miserum senem Iohannem Reuchlin: et nisi omnipotens deus avertisset illud malum, omnino devorassent eum. Et non potest exponi, quod Reuchlin sit ille lupus rapax: quia in tota vita sua neminem rapuit, id est neminem falso accusavit vel contra vitam aut famam eius dictis vel scriptis egit. Sed attendatis, quid sonant sequentia verba: "Introivit in ovile vestrum". Quia ille bonus Reuchlin nunquam intravit studium Coloniense: immo nunquam habuit curam de Theologis Coloniensibus vel ecclesia Coloniensi, sed habuit alia agere maioris utilitatis: Ergo ipse non potest dici unus ex illis lupis rapacibus, de quibus Lichtenberger sentit, qui debet esse ex ovili Coloniensi. Consequenter: "Nam temporibus vestris exurgent nova et inaudita": Bene "nova et inaudita", Quia neque oculus vidit neque auris audivit, neque in cor hominis descendit, quod ita doctus et probus vir, qui tam multis profuit et nemini unquam nocuit, in summa senectute sua debet ita crudeliter et perfide vexari et conturbari et persecutionem pati. Et ergo sequitur "in ecclesiis vestris": quapropter non potest de Reuchlin allegari, quia ipse benignissime vivit extra ecclesiam Coloniensem, scilicet in Episcopatu Constantiensi. "Et sic spero quod venient Canes", id est fideles Custodes ovium, qui sine Invidia et malevolentia humiliter et fideliter pascent oves Christi, id est populum Christianum, "et dilacerabunt illos lupos qui vastaverunt ovile dei, et purgabunt Ecclesiam dei", id est eiicient illos sordidos et fęculentos theologos qui nihil sciunt et omnia scire prętendunt'. Postquam talia dixit, recessi ab eo, et iuravi ad sancta sanctorum quod volo scribere ad Coloniam. Peto ergo humiliter quod velitis ista dicere Magistris Nostris et Iohanni Pfefferkorn qui est quasi scriptor Coloniensium et scit mirabiliter componere, ut bene vexet eos scriptis suis. Ille qui dixit ista, est natus ex Perlin. Si vultis nomen eius scire, tunc scribatis mihi, et dicam vobis. Ipse stetit Bononię, ubi fuit bene castigatus: sed tamen adhuc loquitur contra Theologos et est male Christianus: et manet in pravitate sua, et ergo morietur in gehenna, a qua dominus deus conservet vos et Theologos et fratres Prędicatores per omnia sęcula sęculorum Amen. Datum Franckfordię apud Oderam.

---

[1] vite *4.5* tracrauerūt *4.* [2] Io. reu. Et *5.* [4] Reu. *5.* . Quia *5.* ſua vita *5.* [5] aut] vel *5.* dictis *omis. 5.* [6] ſequencia *5.* [7] . Immo *4.5.* [8] Colonienſis. Sed *5.* [13] . neqȝ coꝛ in homīe *5.* [19] : que *4.* : quę *5.* [20] delacerabunt *4.* delacerabūt *5.* [22] ſoꝛdidas *4.5.* [23] e *4.* ę *5.* Iuraui *4.* [24] humilter *4.* [25] Ioāni Pfeffer. *5.* [28] e *4.* ę *5.* [32] e *4.* ę *5. ter.*

Digitized by Google

51.

¶ Iohannes Helferich Latine Iuppiter Magistro Ortvino

Salutem cum humillima commendatione sui. venerabilis domine Magister, sicut scribitis mihi quod habetis admirationem abinde quod voco me Iuppiter, Sciatis quod quando steti Viennę, tunc audivi lectiones in poetria, et fuit ibi quidam iuvenis poeta qui fuit discipulus Cunradi Celtis et vocatur Georgius Sibutus. ipse fuit socius meus et semper fuimus una. Et dixit mihi 'tu debes vocari Iuppiter, quia Iupiter latine est idem quod Helferich teutonice'. et sic vocant me nunc Iuppiter. Sed ille poeta nunc est Wittenbergk, et ibi accepit unam antiquam vetulam quę vixit annis septuaginta octo vel paulo plus. Ego fui semel in domo eius, quando ambulavi ex Prussia. tunc illa vetula sedit retro fornacem. Tunc dixi ei 'Est ista Mater vestra?' Respondit 'Non, sed est Femina et Uxor mea'. Et dixi ei: 'Quare sumpsistis ita antiquam vetulam?' Respondit quod est adhuc bona in fornicatione. Et etiam habet multum pecunię et scit facere bonam Cerevisiam, et postea vendit eam et colligit pecuniam'. Tunc dixi: 'bene fecistis'. Et interrogavi 'quomodo vocatur Femina vestra?' Respondit: 'Ego voco eam Corinna mea, Lesbia mea, et Cynthia mea'. Sed transeant illa. Scribitis quod videtur vobis quod statim erit extremum iudicium. Quia mundus ita nunc est peioratus quod non est possibile quod potest amplius peiorari, et homines habent sic malos gestus quod est mirabile. Quia iuvenes volunt se equiparare senibus, et discipuli magistris, et Iuristę Theologis: et est magna confusio, et surgunt multi hęretici et pseudo Christiani, Iohannes Reuchlin, Erasmus Roterodamus, Bilibaldus nescio quis, et Ulrichus Huttenus, Hermannus Buschius, Iacobus Wimphelingus qui scripsit contra Augustinenses, et Sebastianus Brant qui scripsit contra Prędicatores (quod sit deo conquestum) et temerarie vituperat eos. Et sic multa scandala surgunt in fide, et bene credo vobis, quia legi quod talia debent immediate prędcedere extremum iudicium. Sed adhuc aliud volo significare vobis quod audivi et dictum est mihi veraciter ab uno religioso patre, quod dicitur pro certo quod Anti-Christus est natus: sed est adhuc parvus. Etiam dixit quod facta est quędam revelatio cuidam Ordininis Carthusiensium. Qui quando semel dormivit in cella sua, audivit unam vocem de ęlo dicentem: 'Peribit mundus, peribit mundus, peribit mundus'. Tunc ille religiosus timuit et voluit aliquid

---

2 Ioannes *5*. 3 M. *4*. 6 e *4*. iu *4*. 9 q; Iuppiter *5*. 10 He ferich *5*. 11 wittenberck *5*. que *4*. 13 Illa *4*. 16 e *4*. 19 . et ego *4*. . ; ego *5*. Carinna *4.5*. 25 e *4*. Ioannes *5*. 26 Hermanus *5*. 27 winphelingus *4.5*. 28 e *4*. 32.33 Antichriftus *5*. 33 e *4*.

Digitized by Google

dicere, sed occulte fecit Orationes suas contra tentationem diaboli. Tunc incepit iterum clamare vox illa: et etiam tertio incepit. Tunc ipse intelligens in spiritu quod esset vox domini, respondit: 'domine, quare?' Respondit vox illa: 'Propter peccata sua'. Tunc iterum dixit religiosus: 'Domine, quando?' Respondit vox illa: 'adhuc in .x. annis'. Propterea timeo valde. Et quando ambulavi per Bononiam, audivi quod est ibi unus Civis qui habet spiritum, qui vocatur Rilla: et ille spiritus mirabilia dicit ei de rege Francię et Imperatore et Papa, et de fine mundi. Ego legi prophetias eius. Sic scripsi vobis quid ego scio. Cum hoc sitis commendatus domino deo. Datum Romanæ Curiæ.

52.

ℭ Henrichus Schluntz
Magistro Ortvino Gratio

Amicitiam et servitutem dominationi vestrę a parte ante semper, et quicquid possum pro dominatione vestra hic et ubique et in omnibus locis et honestis. venerabilis domine Magister, mitto dominationi vestrę hic unum notabilem et multum proficualem librum. Et videtur mihi quod talis liber est compositus multum artificialiter, habens in se propositiones valde magistrales, et vocatur 'Rationale divinorum': ego emi hic quando fuit in nundina et dixi 'iste liber est pro Magistro Ortvino: laudetur deus quod inveni eum: quia volo ei mittere, sicut ipse nuper misit mihi librum Iohannis Pfefferkorn qui intitulatur 'Defensio Iohannis Pfefferkorn contra Famosas', quem talis vir composuit intentionaliter defensorium Sacrę fidei Catholicę contra Iohannem Reuchlin et sequaces, dando eis bonas scommas. Sed possetis dicere: 'Quare talis mittit mihi talem librum? Credit quod non met habeo libros satis?' Respondeo quod non facio propterea. Et quando putatis quod misi vobis talem librum propterea, tunc facitis mihi iniuriam, quia feci cum bona opinione. Et non debetis credere quod parvipendo vos, quod habetis paucos libros: quia scio quod habetis multos libros. Quia vidi bene quando fui in stuffa vestra Colonię, quod habuistis multos libros in magna et in parva forma. Et aliqui fuerunt ligati in asseribus, aliqui in bergamenibus. Et aliqui fuerunt per totum cum corio rubeo et viridi et nigro, aliqui pro dimidio supertracti. Et vos sedistis habens flabellum in manu ad purgandum pulveres abinde. Tunc ego dixi 'Magister Ortvine, Vos per deos habetis multos pulchros libros

---

5 . ꝓpterea *4.* ꝑpterea *5.* 10 D. R. C. *4. 5.*
12 Henricus *5.* 13 M. *4. 5.* 14 e *4.* ę *5.* 16 e *4.* ę *5.* 18.19 Magiſtrales: *4.*
21 . Quia *4.* 21.22 Ioannis Pfeffer. *5.* Io. *4.* Io. Pf. *5.* 24 Ioannē Reuc. *5.*
33 Coꝛeo *4.*

Digitized by Google

et tenetis eos in magno honore'. Tunc dixistis mihi, quod ita debeo cognoscere quando aliquis est doctus vel non. Quia qui honorat libros, honorat etiam scientias. Et econtra qui non honorat libros, etiam non honorat scientias. Et tenui in corde meo tale dogma et tenebo per omnia sęculorum sęcula Amen. Datum in Neumberga.

53.

¶ Iohannes Schluntzick

Magistro Ortvino Gratio.

Scripsistis mihi noviter unam litteram valde vituperativam et criminatis me quod non scribo vobis quomodo stat in causa fidei cum Iohanne Reuchlin. Et quando legi illam litteram, fui valde iratus et dixi: 'Quare scribit mihi talia, cum ego scripsi ei duas litteras et non est adhuc medius annus? Sed nuncii non pręsentaverunt sibi: quid ego possum facere?' Et debetis mihi firmiter credere quod scripsi vobis singulariter et articulatim quicquid scivi. Sed est bene possibile quod nuncii non pręsentant vobis. Et pręcipue scripsi vobis quod quando equitavi ex Florentia versus Romam, tunc in via inveni reverendum patrem Fratrem Iacobum de Hochstraten, Magistrum nostrum et hęreticæ pravitatis Inquisitorem, venientem ex Florentia, ubi impetravit aliquid in causa vestra per regem Francię. Tunc detracto pileo meo dixi 'Pater reverende, estis vel non estis?' Tunc respondit 'Ego sum qui sum'. Tunc dixi 'Vos estis dominus meus Magister noster Iacobus de alta platea, Inquisitor hęreticæ pravitatis'. Respondit 'Sum utique'. Et dedi ei manum dicens: 'O deus, quomodo venit quod inceditis per pedes? Est scandalum quod talis vir debet pedibus suis ambulare per merdam et per lutum'. Respondit ipse: 'hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini venimus'. Dixi ei: 'Sed nunc est magna pluvia et frigus'. Tunc levavit manus suas ad cœlum dicens: 'Rorate' cęli, desuper, et nubes pluant iustum'. Et cogitavi mecum: 'O deus, non est magna miseria quod talis Magister noster debet habere malam fortunam? ante duos annos ego vidi eum venire Romam cum tribus equis, et nunc vadit per pedes'. Et dixi ei: 'Vultis equum meum?' Respondit ipse metrice:

Qui dare vult aliis, non debet dicere 'Vultis?'

Tunc dixi: 'Per deum, eximie domine, Ego habeo unam vacantiam, et pro-

---

[5] e *4. bis.* Neumberga. *4. 5. puto* Nuremberga.

[7] Ioannes Schluntzig *5.* [8] M. *4. 5. Hic et in sqq. nonnullis epistolis salutandi formula omittitur 4. 5.* [9] Iram *4.* literā *5.* [10] Io. *4.* [11] literā *5.* [15] e *4. legerim* præsentaverunt. [17] F. *4. 5.* [18] M. *4. 5.* her. pr. Inquif. *4. 5.* [20] e *4.* ę *5.* [22] Ma. no. *4. 5.* [22.23] her. pra. *4. 5.* [28] celū *5.* [30] ?] : *4. 5.*

Digitized by Google

pterea oportet me velociter ire: alias vellem vobis dare equum meum'. Et sic dereliqui eum. Ecce nunc scitis quomodo stat. et videtis quod ille magister noster est in magna miseria, propterea procuretis ei pecuniam, vel Causa male stabit. Quia procurator Iohannis Reuchlin Iohannes von der Wick facit maximam diligentiam, et currit et recurrit. Et nuper imposuit quędam scripta contra Magistrum nostrum Iacobum, ita scandalosa quod ego miror quod deus non aperte plagat eum. Ipse etiam nuper vituperavit prędictum Magistrum nostrum in faciem, dicens: 'Ego efficiam auxilio veritatis, quod tu morieris in scandalo et miseria et tristicia, et Iohannes Reuchlin triumphabit. Et omnes Theologi debent hoc videre, etiam si deberent rumpi'. Et sic video quod iste prędictus Iohannes de Wick prętendit esse inimicus omnium Theologorum et est homo valde audax. et est ita temerarius quantum est possibile. Ego audivi a Magistro nostro Iacobo quod dixit: 'Nisi fuisset iste, ego habuissem sententiam pro me statim quando veni Romam'. et est verum, quia etiam ab aliis audivi, quod quando Magister Noster Iacobus primum venit ad Romanam Curiam, tunc fuit ita terribilis quod omnes Curtisani timuerunt eum. Et nullus procurator voluit esse pro Iohanne Reuchlin, quia timuerunt talem magistrum nostrum, et Iacobus de Questenbergk qui est eiam Amicus Reuchlin, quęsivit per totam Romam invenire unum procuratorem: et non potuit invenire, quia omnes dixerunt quod vellent ei in aliis complacere, sed in negocio fidei timerent ne Magister Noster Iacobus inquireret eos ad ignem. Istis sic stantibus venit ille doctor (si est dignus) Iohannes de Wick et dixit ad Iacobum de Questenberg: 'Ego sum paratus offerre me contra furorem illius monachi'. Tunc Magister noster Iacobus aperte minavit ei dicens: 'Ego volo facere quod pęnitebit te quod unquam dixisti unum verbum pro Reuchlin'. Et audivi ab ore eius tunc temporis quod dixit, Quando haberet sententiam contra Reuchlin, tunc statim vellet illum doctorem de Wick citare et declarare eum hęreticum: quia ex verbis eius collegit aliquos articulos hęreticales. Sed nunc est aliud. Et credatis mihi quod non bene stat negocium: quia nunc semper sunt x fautores Iohannis Reuchlin, ubi non est unus Theologorum. et quando fuit post disputatum a Theologis votatum, tunc fuerunt XVIII qui votaverunt pro Reuchlin et solum septem pro Theologis. Et ad huc illi septem non dixerunt quod deberet comburi Speculum Oculare, sed limitaverunt verba sua. Ergo non habeo bonam sperantiam. Vos debetis omnia facere quę potestis quod moriatur ille

---

[6] Ioānis Reuc. Ioānes von der wicg *5*. [5] e *4*. ę *5*. [6] M. *4*. [7] e *4*. ę *5*. [7.8] M. *4*. [9] triftitia. ꝛ Ioan. Reuc. *5*. Io. *4*. [11] Ioan. *5*. e *4*. ę *5*. [15.16] M. N. *4.5*. [17] Ioāne *5*. [19] Queſtenberck *5*. e *4*. ę *5*. [21] negotio *5*. [22] M. N. *4.5*. [23] Io. *4.5*. de wicg *5*. Iaco. *4.5*. Queſtenbęrg. *4*. [24] contrra *4*. [25] Ma. no. *4.5*. Iac. *4*. Iaco. *5*. [26] wicg *5*. [29] e *4*. ę *5*. [30] e *4*. ę *5*. [31] negotium *5*. .x. *5*. Io. *4.5*. [33] .xviii. *5*. [34] adhuc *5*.

Digitized by Google

Iohannes de Wick, quia ipse est causa quod Reuchlin bene stat et Theologi male. Et nisi ipse fuisset, talia non fuissent perpetrata. Et sic credo quod bene expedivi me scribendo quod postea non potestis mihi scribere talia vituperia. Ergo Valete. Datum Romanę Curię.

54.

¶ Wilhelmus Bricot

Magistro Ortvino Gratio.

Quia semper petitis quod volo vobis nova scribere, et ego tamen sępe scribo vobis, sed non iuvat: ergo iterum scribere vobis volo, et credo quod sufficiet. Venit mihi in litera ex Romana Urbis Curia quod Matthęus Finck singularissimus fautor vester est mortuus, et aliqui Curtisani lansmanni sui habuerunt me rogatum quod volo ei componere Epitaphium. Quod feci sic:

Hic iacet extinctus quondam venerabilis Finckus
In rubea toga: pro eo deum roga:
Cuius olim venter bibit Cursica vina libenter:
In fide syncera et Charitate vera.

Unum rogo de vobis quod velitis me tamen instruere quomodo debeo intelligere quod Parrhisienses quando sententiant super Speculum oculare, ponunt ista verba 'citra tamen autoris ipsius notam, quem ob humilem eius submissionem et alia eius laudabilia scripta pro Catholico habemus': Quia non scio quid est, quod Speculum oculare debet comburi tanquam liber hęreticus sine infamia Iohannis Reuchlin qui composuit et adhuc defendit eum. Quia videtur quod aliquis artifex, qui est causa efficiens, magis debet habere culpam quam res illa quam facit. Etiam vellem quod Lovanienses in Epistola ad papam non scripsissent, quod Sententia Parrhisiensium et Condemnatio speculi Ocular'is attulit ipsis multum Spiritualis iocunditatis, quia Sanctissimus dominus Papa cogitabit: 'Ecce nunc video quod nihil est in Theologis nisi pura Invidia: Si enim essent Theologi, immo si essent Christiani, deberent potius compassionem habere de malis alicuius Christiani quam gaudere et exultare'. Et credatis mihi quod hoc multum promovebit causam Iohannis Reuchlin, et omnes credent quod ex invidia tribulatur: quod tamen in rei veritate nunquam compertum est. Quia ille adversarius noster seu potius in Christo amicus, et

---

1 Io. *4.* Ioan. de wicg. *5.* 4 e *4. bis.*
6 Guilhelmus *5.* 7 M. *4. 5.* 9 e *4.* ę *5.* 10 lr̃a *5.* 11 e *4.* ę *5.* Fincg *5.* 14 excinctus *5.* Fincus: *5.* 19 sententiant] ſententitā *4.* ſnīam *5.* sententiam ferunt *recentt.* 23 e *4.* ę *5.* Ioannis Reu. *5.* 26 Louoniēſes *4.* Louonienſes *5.* 27 coudēnatio *5.* 28 Cogitabit *4.* 30 . Immo *4. 5.* 32 Io. R. *4.* Io. Re. *5.*

Digitized by Google

et sui Philocapniones, id est Filii Iohannis Reuchlin, fecerunt iniuriam Iohanni Pfefferkorn, qui defendit se et scripsit veritatem. Et ipsemet petit quod moriatur si vel minimum mendacium scripsit, Quamvis Psalmista dicit 'Omnis homo mendax'. Nec debet obstare quod Iohannes Pfefferkorn in nequitiis et criminibus a puerili proch dolor ętate (ut ipsemet scribit in defensione sua contra Famosas) exercitatus est. Quia licet aliquis etiam per longum tempus sit malus et nequitiosus, tamen bene iterum potest fieri probus: sic pie credendum est de Iohanne Pfefferkorn qui regeneratus est per gratiam spiritussancti mediante baptismo: et ergo nunc est probus sicut non dubito. Et manebit Christianus usque ad finem sęculi. Etiam intellexi quod quidam valde infamavit vos ubique dicens quod estis filius presbiteri et non estis legittimus. Miror istos ribaldos quod non habent verecundiam et sunt ita audaces. Tamen habetis litteras legitimationis vestrę. Ergo vellem eos citare qui dicunt talia. Et rogo vos quod in Causa fidei velitis habere magnam diligentiam, quod ille hęreticus eat ad patibulum et sic Valete. Datum Wormacię.

55.

¶ Magister Sylvester Gricius
Magistro Ortvino Gratio.

Quoniamquidem ego sum iuratus quod volo defendere facultatem meam, et promovere eius utilitatem in omnibus: Ergo volo vobis articulariter scribere qui sunt hic qui favent theologis et qui favent Iohanni Reuchlin, ut dicatis Theologis quod possent se dirigere secundum hoc. Primum sunt quidam Commensales in hospitio Coronę qui semper faciunt summas nequitias Magistris nostris et fratribus de Ordine prędicatorum, facientes quod nemo in isto hospitio dat Elemosynam prędicatoribus. Ego scio nomina aliquorum: unus vocatur Magister Philippus Keilbach, qui semper loquitur de Reuchlin commendans eum, et semel Magister noster Petrus Meyer plebanus in Franckfordia dedit ei bonam scommam; unus Ulrichus de Hutten qui est valde bestialis, qui semel dixit, si fratres prędicatores facerent sibi illam Iniuriam quam faciunt Iohanni Reuchlin, ipse vellet fieri inimicus eorum et ubicunque reperiret unum monachum de hoc Ordine, tunc vellet ei amputare nasum et aures. Iste etiam habet multos amicos in Curia episcopi qui etiam bene favent Iohanni Reuchlin. Sed

---

[1] Io. R. *4.* Io. Reuc. *5.* fecerrūt *4.* [1.2] Io. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [3] mēdatiū *4.* [4] Io. Pfeff. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [5] Criminib⁹ *4.* Etate *4.* [9] Io. Pfeff. *4.* Io. P. *5.* [10] e *4.* ę *5.* [12] pręſbyteri *5.* [13] lr̃as *4. 5.* [14] e *4.* ę *5.* [15] e *4.* ę *5.* [16] Vale. *5.* [18] M. *4. 5.* [19] M. *4. 5.* [22] Ioanni Reu. *4.* [26] e *4.* ę *5.* [27] : Qui *4.* . Qui *5.* [28] M. nr̃. *4.* [29] Francgfo;dia *5.* [31] Ioanni *5.* [34] Io. *4.* Ioan. Reuc. *5.*

Digitized by Google

nunc abivit (deo gratias) ad fiendum doctor, et in uno anno non fuit hic. Diabolus auferat eum. Deinde sunt duo fratres Nobilitares Otho et Philippus de Bock, ipsi vexant omnes Theologos. Et semel in illo sacro actu quem magistri nostri celebraverunt in Maguntia contra Speculum Ocu- lare, tunc Magister Iacobus de Hochstraten ex officio suo dedit indulgentias omnibus qui interfuerunt huic actui. Tunc isti duo fratres cum aliis bufonibus sedendo in conspectu Theologorum qui fuerunt ibi in hospitio, luserunt cum talis pro illis indulgentiis. Adhuc est ibi unus qui vocatur Iohannes Huttichius qui etiam est inimicus vester. et alias est quidam noviter promotus in doctorem in Iure, nominatus Cunradus Weydman: ipse iuvat omnes qui faciunt aliquid contra vos. Et alius doctor qui olim fuit Artista de via modernorum, et vocatur Eucharius. Et cum hoc Nicolaus Carbachius qui legit in poesi. Item Henrichus Brumannus qui est vicarius in summo et est bonus Organista. Et dico semper ei: 'Vos deberetis respicere organa vestra et dimittere Theologos in pace'. Sed ante omnia Canonici fere omnes sunt pro Reuchlin; prȩterea multi alii magistri qui amant poetriam, quorum nomina non teneo. Nunc scribam vobis de Amicis et fautoribus. Vos habetis hic unum Amicum qui est vir multum excellens: et vocatur dominus Adularius Schwan: ipse est nobilis et habet unum Calicem in clypeo; pater eius fuit Campanifex, Et est subtilis disputator in via Scotistarum, et facit bona Argumenta: et dicit quod statim vellet concludere Iohannem Reuchlin, si deberet cum eo disputare. Alius est fautor vester singularissimus, dictus Henricus Han, alias Glockenheintz, quia libenter campanisat. Ille est homo valde inventivus, et habet mirabilem intellectum, et ita profundum ingenium quod non creditis, et libenter disputat: et quando disputat, tunc ridet: et ridendo concludit unum. Talis quando vidit Articulos hȩreticales Iohannis Reuchlin, tunc dixit, quod propter unum ex istis articulis Iohannes Reuchlin deberet comburi. Postea habetis etiam de vestra compania unum nobilem domicellum et armigerum qui dicitur Matthias de Falckenberg: et est vir multum bellicosus et portat semper arma secum et est equestris: ipse semper in mensa sedet ante et nunquam retro: quia dicit quod quando sederet retro et fieret bellum, tunc non posset ita statim surgere et percutere inimicos suos. Et cum hoc est argumentator multum subtilis de via antiquorum: ipse dicit, si Reuchlin non vult cessare, tunc vult venire cum centum equis ad auxiliandum vobis. Adhuc est unus civis Moguntinensis qui nominatur Wigandus de Solmß. Ille est iuvenis, sed ita doctus, quod potest ęquivalere unum magistrum nostrum: ipse dicit quod vellet cum Reuchlin

---

3 Bocg. 5. 5 M. 4. 5. 9 Ioan. 4. 13 Henricus 5. 16 Cononici 4. 22 Io. 4. Iohan. reuch. 5. 27 Io. 4. Ioan. reuch. 5. 28 Io. 5. *non habet* 4. 29 etiã habetȩ 5. camponia: 4. cãponia5. 30 Mathias 5. 35 .C. 5. Moguntineñ. 5. 37 Scholmß. 5.

Digitized by Google

disputare pro x florenis. Et nuper superdisputavit Iohannem Huttichium ita quod fuit conclusus et nihil scivit respondere. Cum illis est etiam de via vestra dominus Wernherus qui est mirabiliter cursivus in Summa Thomę contra gentiles, et scit mentetenus formalitates Scoti. qui dicit, si Magister noster de Hochstraten non esset in Curia, tunc ipse vellet intrare et concludere Ioannem Reuchlin. Isti socii vestri iam nominati singulis septimanis semel conveniunt in domo excellentis viri domini Magistri nostri Bartholomæi, qui est caput omnium amicorum vestrorum: ibi tractant materias multum subtiles. Et opponunt sibi invicem Et unus tenet opiniones Reuchlin et alii arguunt contra eum, et habent notabiles disputationes. De aliis qui sunt hic de parte vestra, non scio, quia non sunt mihi noti. Sed quando scio, tunc volo vobis scribere. pronunc commendo vos deo. Datum Maguntiæ.

56.

ℭ Gilbertus Porretonius

artium Magister et utriusque iuris bacularius

Magistro Ortvino Gratio.

Salus vobis et bona dies, venerabilis vir. legi literam vestram quam misistis mihi ad Ingelstat. Et intellexi bene oppinionem vestram. vos dicitis quod multum gaudetis quod ego sum prius Theologus, et nunc etiam studeo in iure: quia est valde bonum quod aliqui Theologi sunt experti in Iure, ut possint disputare cum iuristis. Et scribitis mihi de quibusdam terminis volens scire quid significant: quia videtur vobis quod sunt iuristici. et bene sunt etenim. Et habetis hic expositiones eorum ex glosis et Accursio. Et sic potestis videre quod habeo bonum fundamentum in iure. Latus clavus est nomen dignitatis: vel dic quod erat clava de metallo quam proiiciebat tribunus in confertissimos hostes et sic ceteri omnes fortiter pugnabant ita, quod clavam illam recuperabant. Epistographum est tabula lignea in qua erant scripta debita, ut hodie fit: et dicitur Epistographum ab opibus et graphia, quod est scriptura, quasi scriptura suarum opium. Abaces dicuntur vasa preciosa. Corinthia dicuntur vasa de

---

[1] cum decem *5.* Ioan. *5.* [2] nichil *5.* [4] menre tenus *5.* M. *4.* [5] de *non habet 4.* [6] Io. *4.* Ioan. *5.* [8] Bar. *4. 5.* ractant *4.* [10] diſputatiões de *4.* [11] michi *5.* [13] D. Ma. *4. omis. 5. Cf. sq. adnot.*

[15..18] *In 4. inscriptio sic est:* ℭ Gilbertꝰ Poꝛretonius artiū M. et vtriuſqꝫ iurꝛ bacu. M. Oꝛtu. G. (D. Ma. *ad superiorem ep. pertinet.*) *Inde 5. per errorem sic:* Gilbertus Poꝛretonius artium M. et vtriuſqꝫ iuris baccularius | M. Oꝛtuino Gratio Salutem. Plurimã. Dicit. Ma. [18] Alus *5. initiali* S *relicto spatio.* [19] oppinionē *4. 5.* [24] eteñ. *4.* etiñ. *5.* [29] et *om. 5.* [29.30] et *omis. 5.* grauia: *5.* quaſi ſcriptura *omis. 5.*

Digitized by Google

vili materia ut de palea vel herba palustri, quales venduntur Bononię. Balnea est vas lucens, vel quasi baiulans lucem vel lancem. Prothyrum a thyros, quod est magister, et nescitur quid sit dicere. Vel dic quod est illud quod procul trahitur, ut aqua vel aliquid aliud, ut in domo Accursii Cyrella. Obsonatores sunt qui custodiunt dominum in lecto. vel obsonatores qui resonant et cantant domino in mensa. Hypocaustum est locus ubi stant ęgroti qui quandoque indigent igne. Gallus gallinacius dicitur Gallus castratus et sic vilis, quem dicunt fortius pugnare cum serpente. Vel dic Gallus gallinacius, quia amat gallinas, ut vir uxorius qui feminas diligit. Ut in Odis Horatii. Dięta est locus in aulis, ubi domini stant ad ignem. Chorus est multitudo servorum cantantium cum quodam instrumento musico quod dicitur Chorus. Centumviri sunt Senatores qui centum numero erant. Patritius dicitur quasi principis pater. Unde Salustius 'O patres Conscripti'. Nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in Corona capitis eorum vel alias. Semper quando habetis aliqua dubia in utroque iure, tunc debetis significare mihi, et exponam vobis ita bene sicut Iohannes Reuchlin vel aliquis Iurista qui sunt in mundo. Et cum hoc Valeatis. Datum Ingolstadt.

57.

¶ Galienus Padebornensis
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Venerabilis Magister, terribilis fuit mihi valde una loquela quę pervenit ad me faciens mihi surgere Crines superius. Est autem talis: Omnes fere studentes et clerici qui veniunt ex Colonia, dicunt quod est murmur, quod fratres prędicatores antequam volunt quod Iohannes Reuchlin debet eos vincere in causa fidei, ipsi volunt potius prędicare unam aliam fidem. Et dixit quidam quod est possibile quod quando Papa facit sententiam contra eos, quod ibunt in Bohemiam et hortabunt hęreticos ad credendum contra Ecclesiam et Papam, et sic vindicabunt iniuriam. O bone domine Ortvine, consulatis eis quod non faciunt: quia esset magna hęresis. Ego spero quod non est verum. Et cogitavi mecum: 'Forte quod Prędicatores minantur sic papę, volentes eum terrere, quod debet cogitare „Ecce si ego non dabo Sententiam pro ipsis, tunc ipsi erunt in maximo contemptu

---

1 ę *4.* e *5.* 4.5 Accuſij *5.* 6 eſt *omis. 4.* 7 gallinatius *5.* 10 Horacij. *5.* 13.14 Saluſti. *5.* 16 michi *5.* 17 Io. R. *5.* 18 Va. Da. Ingelſtat. *5.*

21 M. *4.5.* Sa. *4.* Salu. Pluri. *5.* 23 Enerabilis *5. non expressa* V M. *4.5.* michi *5. ut statim iterum.* 23.24 p̄uenit (*i. e.* prevenit) *5.* 25 vere *5.* 26 Io. *4.5.* 29 Boemiam *5.*

Digitized by Google

et despectu, Et totus mundus erit inimicus eorum, et nemo dabit eis Elemosynas, et destruentur monasteria eorum: tunc ibunt in Bohemiam vel etiam in Turciam et prędicabunt, quod fides Christiana non est vera: et erit magnum malum".' Sit quidquid vult: Ego vellem quod haberetis patientiam et non faceretis contra papam vos Theologi, ne omnes Christiani sint inimici vestri. Et valete in nomine unigeniti filii dei. Datum Bremen.

58.

¶ Magister Irus Perlirus

Magistro Ortvino Gratio

Salutis copiam. Venerabilis vir. Venerunt huc scripta vestra ad Universitatem quę composuistis contra Iohannem Reuchlin: quę antiqui Magistri hic valde laudant, sed novi et iuvenes non tenent aliquid de eis, dicentes quod ex invidia vexatis bonum Reuchlin. Et quando habuimus consilium an etiam vellemus concludere contra Speculum Oculare, tunc illi novelli qui non sunt adhuc satis experimentati, tenuerunt oppositum antiquis illis, dicentes quod Reuchlin est innocens et nunquam scripsit aliquid hęreticum. Et sic usque adhuc impediverunt: nescio quid fiet postea. ego credo quod Universitas adhuc peribit propter illos poetas qui sunt ita multi quod est mirum. Et noviter advenit unus huc qui vocatur Petrus Mossellanus qui est grȩcus. Et alius est hic qui etiam legit in Grȩco, vocatus Ricardus Crocus, et venit ex Anglia. ego dixi nuper: 'Diabole, venit iste ex Anglia? Ego credo quod si esset unus poeta ibi ubi piper crescit, ipse etiam veniret Liptzick'. Et ergo Magistri habent ita paucos domicellos quod est scandalum. Et ego recordo adhuc, quod quando unus magister ivit olim ad balneum, ipse habuit plures domicellos retro se, quam nunc in diebus festis quando vadunt ad ecclesiam. Supposita etiam tunc fuerunt ita discreti sicut angeli. Sed nunc currunt hincinde et non curant aliquid magistros; et volunt omnes stare in Civitate et comedere extra Collegium, et magistri habent valde paucos commensales. Item in proxima promotione fuerunt promoti tantum x bacularii. Et quando habuimus examen, tunc tractaverunt magistri quod volunt aliquos reiicere. Tunc ego dixi: 'nullo modo: Quia si reiicitis unum, tunc postea nullus intrabit amplius examen, vel studebit pro gradu, sed ibunt ad poetas. et sic dispensavimus cum ipsis. Fit autem dispensatio in tribus: Primum in Aetate, quia

---

[2] Boemiam *5.* [3] Q; *5.* et *omis. 5.* [4.5] pacientiam *5.*
[8] M. *4. 5.* [9] M. *4. 5.* [10] Alutis *5. non expressa* S. [11] Ioannē *5.* [16] Reuch. *5.* ad hereticum. *5.* [17] Credo *4.* [18] peribit] ſcribit *4. 5.* [20] e *4.* ę *5.* [25.26] diebns veſtis *5.* [30] .x. bacalarij. *5.* [32] volūt *4. 5. leg.* voluerunt [34] ętate: *5.*

Digitized by Google

oportet quod unus qui vult promoveri in bacularium, sit ad minus XVI annorum, in magistrum autem viginti. Si non sunt autem satis senes, tunc dispensatur cum eis. Secundo fit dispensatio in moribus: Quia quando supposita non exhibuerunt debitam reverentiam magistris et graduatis, tunc reiiciuntur, nisi mediante dispensatione admissi fuerunt. Et cum hoc quęretur de excessibus, scilicet si fuerunt in plateis sine discretione, vel fuerunt apud meretrices, vel portaverunt arma, vel tibisaverunt unum magistrum vel presbiterum, vel fecerunt tumultum in lectoriis vel collegiis. Tertio fit dispensatio in Artibus, quando non sunt bene habituati in scienciis, et non satis compleverunt. nuper in examine quęsivi unum: 'Dic mihi quomodo tamen venit quod tu nihil respondes? Dixit ille, quod esset ita timax. Respondi ego, quod non crederem quod esset ita timax, sed bene crederem quod esset ita ignorax. Tunc dixit 'per deum, non, domine Magister: ego habeo magnam scientiam intus, sed non vult exire'. Et sic dispensavi cum eo. Ita videtis quod universitates valde minorentur. Ego habeo unum domicellum quem nuper interrogavi super unum excessum: tunc rebellavit mihi et statim tibisavit me. Et dixi ei: 'hoc ego volo servare usque ad promotionem', innuens quod deberet pati reiicionem. Respondit ipse: 'ego merdarem vobis super vestros baculaureatus, et ibo ad Italiam, ubi pręceptores non decipiunt sic suos discipulos, et non habent in usu istas fantasias facientes bacularios. Sed quando aliquis est doctus, tunc habet honorem: quando autem est indoctus, habetur sicut alius asinus'. Et dixi ei 'Tu ribalde, velles tu parvipendere gradum bacalariatus qui est magna dignitas?' Tunc respondit, quod etiam non curaret magisterium. Et dixit: 'ego audivi ab amico meo quod quando stetit Bononię, tunc vidit quod omnes magistri artium ex Almania deponebantur tanquam beani, Et simplicia supposita non: Quia in Italia habetur pro vituperio quando aliquis est promotus in Almania in magistrum vel bacularium'. Ecce talia scandala fiunt. Ergo vellem quod omnes universitates facerent in simul et concluderent simul omnes poetas et humanistas, quia destruunt universitates. Magister Langschneyder et magister Negelin et Magister Kachelofen et Magister Arnoldus Wustenfelt et doctor Ochsenfart mittunt vos salutare. Valete. Datum Liptzick.

---

[1] .xvi. *5.* [2] aũt *5. non habet 4.* [6] fuerunt] querunt *4.* querũt *5.* [8] pręfbytę *5.* [11] michi *5.* [13] ignoxax. *5.* dixi *5.* [15] diſpenſauit *4.* diſpẽſauit *5.* [17] michi *5.* [18] ego *omis. 5.* [20] baculaureatos *5.* [24] bacularıatus que *5.* [26] viuperio *5.* [29] Magiſtrũ vel Bacularium. *5.* [31] Langſchneider *5.* [32] M. *4.* Kachelоffen *5.* wüſtẽfelt *5.* [33] dectoı *5.* M. *4.5.* [33] mttiũt *4.* ſalu. *5.* Da. *4.* Va. Da. *5.*

Digitized by Google

59.

ℭ Iohannes Cocleariligneus
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Commisistis mihi quod quando est hic missa, tunc debeo interrogare ab omnibus kauffmannis qui veniunt ex diversis partibus, de illa coniuratione, de qua scriptum est vobis, quia debent esse aliqui poetę et iuristę qui fecerunt coniurationem, quod volunt Iohannem Reuchlin defendere et contra Theologos Colonienses et fratres prędicatores scribere, nisi statim dimittunt prędictum Iohannem Reuchlin: Sciatis quod feci magnam diligentiam quęrendo et interrogando et ultimo veni ad unum librivendum de partibus superioribus. Ipse dixit mihi mirabilia, Et nominavit mihi multos et dixit quod vidit scripta eorum quę mittunt sibi ad invicem. Et dixit primo de doctore Murner qui est quasi caput illius societatis, quod scit perfecte quod ipse composuit unum librum de scandalis prędicatorum et unum alium in defensionem Reuchlin. postea nominavit Hermannum Buschium, dicens quod vidit epistolam eius in qua promittit sociis suis, quod non vult esse minimus, et audacter vult stare pro Reuchlin. Item deinde dixit quod etiam est in illa Coniuratione Comes de nova Aquila Coloniensis Canonicus, et quod talis composuit mirabilia de Theologis quę vult statim imprimere: Et ipse habet multos alios amicos et nobiles quos ipse etiam instigat scriptis suis quod debent favere Iohanni Reuchlin. Item Bilibaldus nescio quis, qui debet esse in Nurmberga: ipse fecit multas minas dicens quod realiter vult expedire Theologos scriptis suis. Tunc ego dixi:

'Qui moritur minis, Ille compulsabitur bombis',

teutonice „Wer von trewen stirbt, den sol man mit furtzen zum grab leutten".' Nominavit mihi postea unum poetam in Erfordia qui vocatur Eobanus Hessus et debet esse iuvenis et expertissimus poeta: et talis habet unum socium ibidem dictum Petreium Aperbachium: ipsi componunt iam libros quos volunt statim imprimere nisi Theologi faciunt concordiam cum Reuchlin. Cum hoc debet esse Liptzick unus Anglicus nescio quomodo dictus. Sed credo quod est ille qui fuit ante duos annos Colonię, qui est etiam unus. et Vadianus Viennę, de quo dicunt quod est terribilis poeta. Item in Curia Cardinalis est quidam Caspar Ursinus qui scit facere

---

[3] M. *4.* [4] Su. *sic 4. omis. 5.* Ommiſiſtis *5. spatio relicto initiali* C michi *5. et sic post quinq. in hac ep.* [6] Kaufmannis *5.* [8] Io. *4.* Ioan. *5.* [10] Io. *4.* Ioan. *5.* [13] vīdi *5.* [19.20] Coloni. Canoni. *5.* mirabliia *5.* ę *4.* e *5.* [22] Io. *5.* [23] quis] quo *4.5.* [25] *Proprium versum dicterio tribui voluisse auctorem putavi.* cōppulſabitur *5.* [26] fürtzē *5.* [28] Eobans *5.* [31] Lipzick *5.* [32] ę *4.* e *5.*

Digitized by Google

greca Carmina et promisit Reuchlin auxilium suum, et vult esse inter socios. Item ipse dixit quod audivit quod Philippus Melanchton et Iacobus Wimphelingus et Beatus Rhenanus et Nicolaus Gerbellius sunt etiam tales. Et dixit ipse quod scriberent literas ad Ulrichum Huttenum qui studet Bononię, quod etiam debet esse unus ex eis. De aliis autem ipse non audivit. Tunc quęsivi ab aliis, an etiam Erasmus Roterodamus esset cum eis. Respondit mihi quidam kauffmannus dicens: 'Erasmus est homo pro se: Sed certum est quod nunquam erit Amicus illorum Theologorum et fratrum, et quod ipse manifeste in dictis et scriptis suis defendit et excusat Iohannem Reuchlin, etiam scribens ad papam'. Et ab aliis audivi quod Paulus Ritius est etiam de hoc numero. Et dicunt quidam quod Iohannes Cuspinianus et Cunradus Beutinger qui sunt in magna gratia Imperatoris, ipsi copulant istos socios et faciunt omnia quę possunt contra Theologos Colonienses in honorem Iohannis Reuchlin. Et quidam studens Erfordiensis qui est mihi notus, dixit quod Cunradus Mutianus est pessimus omnium illorum qui sunt pro Reuchlin, et est ita inimicus Theologis quod non potest audire quod aliquis nominat Theologos Colonienses. Et talis studens dixit quod vidit bene viginti Epistolas illius, in quibus ipse rogat quosdam socios quod volunt esse Reuchlinistę. Talia audivi pro nunc, sed quando scio plura, tunc volo vobis scribere. Valete in Christo. Datum Franckfordię.

60.

Magister Wernherus Stompff
Magistro Ortvino Gratio
Salutem.

Sciatis, magnifice vir, quod quando accepi vestram literam, ego fui ita perterritus quantum est possibile et fui rubeus in facie, et crines surrexerunt mihi. Et credo quod vix tantum fui in timore quando fui in rubea Camera Colonię, intendens fieri bacularius et subiiciens me examini: Quia tunc etiam valde timui, quod reiicerent me domini examinatores. Scribitis mihi quod causa fidei male stat Romę. Sancte deus, quid debemus dicere? Isti iuristę et poetę volunt destruere totam facultatem Artistarum et Theologorum: Quia etiam hic in nostra universitate ipsi

---

[1] e *4.* ę *5.* [2] Melauchton *4.* [3] winphelingus *4.* Gꝛebellius *4.5.* fun *5.* [5] aũt *omis. 4.* [6] roteroda. *5.* [10] Ioan. reuch. *5.* [12] Ioan. *5.* Cõradus *5.* [14] Ioan. reuc. *5.* [15] Erfoꝛdienñ. *5.* [20.21] Va. in chr̃o. Dat. Franckfoꝛ. *5.*

[23] M. *4.5.* [24] M. *4.5.* [25] Salu. *4. omis. 5.* [26] Ciatis *5. omissa* S litterā: et *5.* [28] michi *5. et sic infra.* [29] ę *4.* e *5.* Baccularius *5.* [32] . dicere. ifti *4.* dicerę. Ifti *5.*

Digitized by Google

prętendunt multa contra Magistros et Theologos. Et quidam nuper dixit quod unus bacularius Iuris deberet in processione ire super unum magistrum in Artibus. dixi 'hoc non est possibile. Quia volo probare quod Magistri in artibus sunt super doctores in iure. Quia doctores in iure sciunt tantum unam Artem, scilicet artem Iuris, Sed magistri sunt Magistri in septem artibus liberalibus: et sic sciunt plus'. Tunc ille dixit: 'Vade in Italiam, et dic quod es Magister Lipsensis, et videbis quomodo vexabunt te ibi'. Tunc dixi, quod possem adhuc ita bene defendere magisterium meum sicut unus ex Italia. Et abivi ab eo cogitans mecum quod facultas nostra multum parvipenditur, et est malum: quia magistri in artibus deberent regere universitates, nunc Iuristę prętendunt eas gubernare, quod est valde indecenter. Et volo vos consolare quod non debetis disputare in causa fidei. Quia spero quod deus bene providebit vos. Et cum hoc Valete tam diu donec Pfefferkorn manet Christianus. Datum Liptzick in Collegio Principis.

61.

¶ Petrus Charitatis

Cursor in Grammatica et professor in loyca

Salutem dicit

Magistro Ortvino.

Reverendissime domine Magister. Quia hic ante picem sive Harzonem est consuetudo, quod in die habent semper duas zechas, Una vocatur Civium zecha Et incipit hora duodecima, et manet usque ad horam quartam sive quintam; Altera vocatur nocturnalis et postzecha, quę a quinta hora incipit et durat interdum ad octavam, nonam, et etiam decimam horam, interdum etiam durat usque ad duodecimam et ad primam horam: Et divites cives, et etiam consules, et Magistri civium quando in prima zecha sederunt et satis biberunt, tunc solvunt et vadunt ad domum. Sed iuvenis bursa et illi socii qui non multum curant quid solvit triticum, isti manent sedere in illa postzecha et bibunt ac si corpus et animam solveret. Nuper ergo cum sic etiam sederemus in una postzecha, ego et dominus Petrus monachus ordinis prędicatorum qui vobis multum favet propter Iacobum Hochstraten hęreticorum magistrum in Colonia: tunc erat infra

---

[1] pętendū *5.* [6] ēt *5.* [9] ob *4.* [14] Pfeffer. *5.*

[18] Gṙāmatia *4.* Loyca *5.* [19] S. D. *4.* Salutē Dicit Plurimā. *5.* [20] M. Oṙtuino. *4.5.* [22] ſine *5.* Conſuetudo Quod *4.* Quod *etiam 5.* [24] poſt zecha *4.* q̄ *4.* quę *5.* [25] Interdum *4.5.* [29] tritticū. Iſti *4.* . Iſti *etiam 5.* [30] poſt cecha *5.* [31] poſt zecha *4.5.* [33] e *4.* ę *5.*

Digitized by Google

decimam et undecimam in nocte: tunc multa disputavimus de ratione nominis vestri. Et ego tenui istam opinionem de Grachis Romanis vos esse nominatum. Sed dominus Petrus qui etiam est aliqualiter in arte humanitatis bene tentus, dixit non convenire, sed quod a gratia supernali nominaremini Gratius. Tunc fuit ibi unus trufator qui fecit valde crispum latinum, quod ego non omnia bene intellexi: ille dixit quod neque a Grachis neque a gratia essetis dictus Gratius: et fecit tam multa inutilia verba quod ego dixi: 'Unde ergo dicitur Gratius? tamen alii viri valde profundi habuerunt desuper latam examinationem et concluserunt Quod vel a Grachiis vel a gratia est dictus Gratius'. Tunc ipse dixit 'Isti qui hoc disputaverunt, fuerunt amici Magistri Ortvini Gratii, Et interpretati sunt illud nomen quilibet secundum suam opinionem in meliorem partem: Sed tamen istę opiniones non prę̃iudicant veritati'. Tunc dominus Petrus interrogavit 'quid est veritas?' et putabat quod ipse deberet tacere, sicut fecit dominus noster quando Pilatus eum interrogavit. Sed ipse non tacuit et dixit 'Est in Halberstat unus suspensor qui vocatur magister Gratius, et ille est Ortvini avunculus maternus et ab illo Gratio suspensore vocatur Gratius'. Tunc ego non potui me servare et dixi 'Ohe socie, illa est una magna iniuria et ego protestor: Magister Ortvinus non debet sic mittere transire: ego scio vos dicitis hęc ex invidia, quam habetis adversus dominum Ortvinum. Quia omnis progenies accepit nomen et cognomen a patre et non a matre: quare ergo deberet ille bonus magister ab matre et ab avunculo materno nominari, et non a patre sicut alii? Tunc ipse respondit et dixit audacter quod omnes audirent: 'Est bene verum et deberet sic esse ut dicitis; sed ipse non audet patrem suum cum honore nominare: quia pater suus est presbiter: si ergo se nominaret a patre, tunc omnes intelligerent quod ipse esset sacerdotis et meretricis filius, qui proprie vocantur spurii'. Tunc ego iterum valde audacter clamavi et dixi 'Quomodo potest hoc verum esse? Tamen ipse est magister Coloniensis: Sed alma universitas habet unum statutum quod neminem promovent nisi sit legittimus: Et ergo .etc.' Tunc respondit 'sive promovet legittimos sive illegittimos, tamen Magister Ortvinus est spurius et manebit spurius in ęternum'. Tunc ego iterum dixi 'Quid tunc si forte Papa dispensasset secum? tunc ipse tamen esset legittimus, et tu graviter peccares dicendo contra Romanam ecclesiam'. Tunc ille dixit 'etiam si millies esset secum dispensatum, tamen non esset legittimus'. Et dixit unum exemplum: Quemadmodum esset cum Iudęo qui baptizaretur ex aqua sive baptismate, si ibi

---

[8] eſt *om. 5.* [5] trufat̃ *4.5.* [6.7] grachys *4.5.* [8] ? *omis. 4.5.* [9] grachys *4.5.* [11] M. *4.5.* [13] e *4.* ę *5.* *item* e *4.* [19] M. *4.5.* [20] e *4.* ę *5.* Quā *4.5.* [28] ? *omis. 4.5.* [24] adacter *4.5.* [26] Quia *4.* pꝛeſpiter *4.* pꝛęſbyter *5.* [28] adacter *4.5.* [31] legitimꝰ *5. et sic in sqq. una* t [32] M. *4.* [34] ?] *omis. 4. : 5.* [37] e *4.* ę *5. et sic paullo post.*

Digitized by Google

tamen non esset spiritus sanctus, tunc illa aqua nihil proficeret, sed esset adhuc Iudęus.' 'Sic etiam est cum istis spuriis qui sunt sacerdotum et meretricum filii: Quia isti sacerdotes non possunt in iure meretrices matrimonialiter habere, et ergo non potest dispensatio filiis eorum proficere'. Tunc ego iterum interrogavi 'Quid ergo servas de Domino Iohanne Pfefferkorn?' Tunc respondendo dixit 'Ego firmiter teneo quod adhuc est Iudęus', et Replicando allegationes supra tactas allegavit etiam evangelium Mathęi .iij. ubi stat „Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in vitam ęternam". Sed quia Pfefferkorn nunquam fuit renatus ex spiritu, Ergo illa aqua nihil profecit, sed ipse manebit Iudęus in ęternum'. Tunc ego non potui ei ultra respondere, et surreximus, Ego et dominus Petrus, et ivimus dormitum. Nunc autem audio quomodo iste nequam gloriatur quod nos disputando vicit, et quod sit doctior quam ego et dominus Petrus. Quare oro vestram dominationem ut velitis mihi rescribere quomodo ego debeam illa argumenta de dispensatione, similiter de baptismate domini Iohannis Pfefferkorn solvere, et illi leccatori ad suum rostrum adligare. Quod volo per omnem vitam promerere. Valete.

62.

¶ Magister Gratius
Zisanię Extirpator
hoc est furum suspensor
proditorum quadruplicator
falsariorum et calumniatorum virgator
hęreticorum combustor
et multa alia
Magistro Ortvino
avunculo materno
Salutem dicit plurimam.

Charissime avuncule nec non reverendissime domine Magister. Quia iam sunt multi anni elapsi et non vidimus nos invicem, Cogitavi quod bonum esset, quod vobis unam litteram scriberem. Audio enim multa mirabilia de vobis, quomodo sitis magnę famę, Et dicunt quod iam estis omnibus etiam mediocriter doctis notus, non solum in Colonia, sed etiam ultra Albim et Rhenum, et etiam in tota Italia et Francia. Colonienses

---

[1] ſpirituſſ. *5.* [5] dño Ioanne Pfeffer. *5.* [6] ? *omis. 4.* reſpodendo *4.* [9] In *4.* [16] pfeff. *4.* Ioānis Pfeffer. *5.* [17] promouere. *5.* [20] e *4.* ę *5.* [24] e *4.* ę *5.* [28] ſalutē D. P. *4.* Salutem D. P. *5.* [29] necnon *5.* [31] literam *5.* [32] e *bis 4.* magnę famæ. *5.*

Digitized by Google

tamen prȩcipue colunt vos propter egregiam doctrinam, quam scribitis in fide catholica contra quendam doctorem et poetam sȩcularem Iohannem Reuchlin Et ita vos inspiciunt et admirantur Quod quocunque eatis in platea, tunc monstrant cum digitis super vos, dicendo 'hic est Magister Ortvinus qui ita vexat poetas'. Credo si scirent quod essetis avunculus meus, tunc magis hoc facerent. Nam ego hic sum etiam magnȩ famositatis, Et exerceo artem meam in maxima populi frequentia, et homines faciunt mihi eundem honorem, et quando eo in plateis, etiam monstrant cum digitis super me, sicut faciunt in Colonia super vos. Quare ego valde lętor, quod homines servant aliquid de vobis et me. Audio etiam alios viros esse in Colonia qui sunt vestri amici, et etiam vobiscum scribunt contra Doctorem Reuchlin: videlicet Iacobum de alta platea hęreticorum magistrum, et magistrum Arnoldum de Tungari regentem in bursa sancti Laurentii. Et omnes homines credunt quod vos tres estis vere illuminati in fide catholica, Et servant vos tanquam tria magna candelabra sive lucernas. Et aliqui addunt quartum velut unam lampadem sive pendens lumen quod non tam clare splendet, scilicet dominum Iohannem Pfefferkorn. Ego credo si vos quatuor cum vestra scientia, mediante forti palo in aliquo excelso loco aridorum lignorum congerie exędificato, essetis colligati, posset statim unum magnum lux mundi fieri, Et etiam clarius quam fuit illud in Berna. Sed hęc, charissime avuncule, vobiscum pro nunc iocor. Spero tamen extra iocum futurum quod vos quattuor eritis lux mundi fieri: Nam non est possibile ut illa magna scientia quę est in vobis, deberet sic in merdro manere iacere. Est mihi etiam dictum quod nuper voluistis unam antiquam vetulam quę vendit multa vitra circa fontem Colonię, in nocte supponere, et ipsa clamavit et homines viderunt cum luminibus extra domum et viderunt vos: per deum, ego valde laudo tam bona facta vestra quę pertinent omnia ad meum artificium: et hoc decet etiam vos Theologos. Venit nuper huc fama quod esset unus poeta in Colonia, Ille solus teneret vos pro stulto et vocaret vos Porquinum, hoc est porcis et hara dignum. Per deum, si ego scirem quis esset iste poeta, Ego vellem eum gratanter suspendere. Sed finaliter vos, charissime avuncule, valde orarem ut omnia cum magna diligentia faceretis, quod fama vestra per totum orbem terrarum fiat nota, nisi scirem non opus esse ut vos admonerem: Vos enim per vos pulchre scitis, ab avis, abavis, attavis et trittavis habetis, prȩcipue tamen didicistis a matre vestra charissima meaque sorore, quę audiens quod spurii semper habent meliorem fortunam

---

[1] e *4.* ę *5.* [2] e *4.* ę *5.* Ioānem *5.* [3] ętatis *5.* [4] M. *4.* [6] e *4.* ę *5.* [10] e *4.* ę *5.* Audi *5.* [12] e *4.* ę *5.* [17] Ioannē Pfeffer. *5.* [18] q̃tuor *4.* quattuor *5.* [19] e *4.* ę *5.* [21] e *4.* ę *5.* [22] Extra *4.* [23] e *4.* ę *5.* *ut in sqq.* [29] docet *5.* [32] . Sed] fed *4.* : fed *5.* [33] valde *omis. 5.* Orarem *4.5.* [34] Nifi *4.5.* [36] Prȩcipue *4.* Prȩcipue *5.* [37] e *4.* ę *5.*

Digitized by Google

quam legittimi: iccirco ad sacerdotem cucurrit et permisit se lardare, ut vos talem virum generaret, Quem totus mundus aliquando cognosceret. Valete ex Halberstat.

Quinta luna Obscuros viros edidit. Lector
Solue nodum ~ et ridebis amplius.

¶ Impressum Romanę Curię.

Stephanus Calvastrius
baccalaurius
Magistro Ortvino Gratio.

[Vide supra pagg. 29. sq.]

63. [Appendicis 1.]
Ioannes de Schwinfordia
. septenarum artium liberalium Magister
scientifico et mirabiliter docto atque illuminato viro
Ortvino Gratio
in Daventria grecam et latinam linguam magistraliter docenti
mille salutes et paulo plus.

Reverentiali honore et obedientia prælibatis, Præceptor in pluribus scibilibus experte. Scripsistis mihi nuper de victoria vestra obtenta in Roma contra istum Reuchlin qui audacter fuit contra vos, et virum noviter deifice illuminatum in fide Christiana Ioannem Pfefferkorn, Et quomodo Papa imposuit sibi silentium, ita quod nihil deberet magis scribere, 'ne deterius sibi aliquid contingat', ut dicit dominus noster in evangelio. Prius enim in Speculo Oculari sic scripsit mirabiliter quod magistri nostri

---

[1] legitimi. *5.* . Iccirco *4. 5.* [6] Ita finit princeps editio huius secundi voluminis epistolarum O. V., quod *4.* signavimus. De *5.* vide sq. adnot. et in fine ep. 70.

[8] Accesserunt in altero huius secundi voluminis Epistolarum O. V. exemplo, quod *5.* significamus, nullo de accessione facto indicio hæ Epistolæ novem, quarum tamen primam non numeramus, cum eadem omnibus primi voluminis exemplis contineatur. [11] *Superior huius ep. Calvastrii editio cum hac omnino convenit, nisi quod carminis versus 4. habet:*

Do macht er die copulat von kot zu treck

et quod epilogi verbis Mihi .... duellum. *omissis sic exit:*

Et mittite poetas ad infernum.
Et valete ex monasterio in westphalia.

[11] Numerorum superscriptiones ut in superioribus epp. omnibus aliæ editiones non habent. [21] deificę *5.* Pfeffer. *5. et sic bis paullo post.*

Digitized by Google

non potuerunt intelligere: et tamen dixerunt quod est hęreticus: ideo quia non habent sic in libris suis, sicut ille scripsit, neque novus eorum theologus quem deus suscitavit ex lapidibus, ut esset semen Abrahę, sicut scriptura dicit, videlicet Ioannes Pfefferkorn, habet sic ex deifica visione seu manifestatione. vel ex fide digna relatione uxoris suę: quam audivi etiam habere spiritum prophetię. de quo vos melius scitis quam ego: quia sępe cum ea fuistis quando Ioannes Pfefferkorn non fuit in domo. Sed nescio per deum, quomodo Reuchlin sit per vos confusus aut per papam. Quia iam fecerunt novam facultatem ultra alias quattuor facultates, quas iam habuimus: et omnes illi laudant Reuchlin et dicunt quod sunt eius discipuli: et non curant amplius facultatem Artisticam, eo quod artistę sunt ita magni et superbi asini: quia non sciant tria aut quattuor verba latine loqui, et vah illę bestię seducunt plures innocentes iuvenes qui postquam longam ętatem contrivere et quasi immersi in hac omnis barbariei nequam sentina, redeuntes in paternas ędes nihil pręter 'Arguitur, Respondetur, Quęritur' didicere, quorum dii Tateretus, Versor, Perversor, Buridanus, Bruxellensis, et id genus similes turbę obscurę sunt. Est tamen mirum quod unus simplex studens aut cornutus vult plus scire iam in Aristotele quam baccalaureandus aut magistrandus qui audivit cursum et est bene qualificatus. Ipsi etiam non sunt reverentiales magistris, et quando ante unum vadunt, non tangunt birretum (sicut moris est) et semper volunt frequentare domum scis bene. Etiam non audiunt Consequentias Marsilii neque Suppositiones aut Parva logicalia: ideo non est possibile quod possunt esse formales et apparere in disputationibus. Sed dimittamus ista: scribo vobis pro novitatibus quod Iacobus Wimphelingius qui etiam est medius Reuchlinista, realiter est expeditus per quendam monachum Paulum Langium, qui realiter scivit sibi dicere quod non recte scripsit in uno libro qui vocatur 'De integritate': videlicet quod scientia non tantum esset in cuculla. Nam ille monachus composuit alium librum contra, qui est approbatus in Capitulo sive sinodo Reinhartzbornensi ordinis sancti Benedicti, Anno domini .1509. et est bonum latinum: quia unus dixit quod esset ferme ita bonum sicut Doctrinale Alexandri: et ego multum gaudeo quod tanta latinitas etiam invenitur in monachis: et ipsi etiam dicunt quod superexcellescat stilum Ciceronis: sed ego hoc non credidi, quod est una nota altius. sed procedit doctrinaliter multum contra Wimphelingium metrice, prosaice et rigmatice: et sicut ego puto, recte habet, quod omnis scientia est in cuculla, id est in monachis: quia transeundo de inferiori ad superius monachi scripserunt commenta in regulas grammaticales, in Donatum, in Pętrum Hispanum, in Phisicorum, Metaphisicorum et Ethicorum, et sic commentis suis commerdaverunt, ut in omnibus scibilibus

---

23 piaua *5*. 30 appꝛpbatus *5*.

Digitized by Google

facti sunt magistrales. Sed cum supportatione sua ego distinguerem: primo de cucullatis: quia est terminus equivocus ad multa. Primo ad Bohemos qui habent cucullas ita longas ut vadant ultra cingulum abinde: et in illis non est scientia, sed potius hęresis. Secundo ad Iudęos qui etiam sunt cucullati: et tamen non scientifici, quia extra ecclesiam. Tertio ad magistros nostros qui sunt bene illuminati, sed non in superlativo. Quarto ad monachos: et illi superexcellenter habent scientiam sicut vos habetis. Igitur rogo vos, iuvate illi monacho: quia etiam vos estis ex parte, id est tertio modo cucullatus, ut possit scripta sua defendere contra Wimphelingum. Quia ut audio quod Wimphelingus habet multos discipulos, quos michi unus nuper nominavit, qui sunt in Argentina: Unus vocatur Iacobus Sturmius nobilis, et ut dicunt bonus latinista. alius Ottomarus Luscinius qui etiam scit grecum sicut Reuchlin, et scit multum allegare Extra et Digestis, etiam ex Biblia, quę non sunt mirabilia, quia studuit in Parrhisia. Item Lucas Batodius et Ioannes Ruserus, Ioannes Sapidus et multi alii, qui omnes volunt Wimphelingio iuvare contra cucullatos et eos realiter expedire in scriptis suis. Et dicunt omnes quod ille Paulus non est bene fundatus in dictis suis, et bene novem modis apostatavit ab ordine et est inquietus et trufator maximus, sicut ipsemet Tritemius scripsit in una litera ad Hieronymum Tungerßheim ex Ochsenfurt: et magnum damnum est quod aliquis sic debet perdere papyrum et incaustum, et etiam tempus, sicut ipse fecit. Ipsi etiam dicunt, quod sanctus Hieronymus scribit ad unum monachum sic: 'Nunquam de manu tua vel oculis tuis liber Psalterii discedat': quod si esset verum, tunc obligaret monachos semper et pro semper, quia est negativum. Et sic monachi nichil aliud deberent facere quam Psalterium legere: sed ego credo esse mentitum: quia sanctus Hieronymus met fuit monachus: et ideo non scripsit contra eos. Audivi etiam unam trufam et magnam ribaldriam de uno discipulo Wimphelingii qui nuper quando sibi audacter ad os dixi: 'Vester pręceptor Wimphelingius errat valde, quia scripsit contra dominum Abbatem Tritemium contra monachos: quia in doctrina sua et sanctitate sunt notabiles et multum utiles: et ecclesia iam non habet alias columnas nisi monachos'. Tunc ille dixit: 'ego distinguo de monachis: quia accipiuntur tribus modis. Primo pro sanctis et utilibus: sed illi sunt in cęlo. Secundo pro nec utilibus nec inutilibus, et illi sunt picti in ecclesia. Tertio modo pro illis qui adhuc vivunt, et illi multis nocent, etiam non sunt sancti: quia ita superbi sunt sicut unus sęcularium: Et ita libenter habent pecunias et pulchras mulieres: quia veni nuper ex Heidelberga, ubi prope Heidelbergenses est unus magnus abbas, pinguis discolus: et iste abigavit omnes monachos de Collegio sancti Iacobi: et ipse dixit, quod vult eis recte bo-

9 . Tertio *5.* 12 et est *legerim.* 14 quę non ... Parrhisia *versus est.* 20 lr̃a *5.* 22 fauctus *5.* 26 . Quia *5.* 38 Ubi *5.* 40 s. *5.*

Digitized by Google

num pulmentum prȩparare: et postea cessavit ultra dicere. Sed ipsi dicunt, quod bene volunt credere quod fecerit ideo (Der gut bruder) quia Palatinus vult unam aliam viam instituere quod veniat unus Poeta ad Heidelbergam qui faciat monachos istos et alios studentes novum latine loqui. Tunc ille pinguis abbas cito intellexit quomodo iocus vult finem accipere, et dixit „monachi mei non debent discere latinum novum, quia postea erunt superbi quod sciunt plus quam ego: tunc ego pulchre venirem inter eos ut pinguis asinus inter simias".' sed revera illa distinctio non est multum formalis: quia non est bimembris, et sic non potest concludere. Ego mitto vobis hunc librum, quem debetis facere impressare, quia multa bona sunt intra contra istum Wimphelingium qui scripsit contra monachos. Quia statim erit in meta quando leget dominum nostrum Christum fuisse monachum, videlicet abbatem, et sanctum Petrum priorem, et Iudam Schariotis cellerarium, et Philippum portarium et sic de aliis secundum sub et supra, quȩ omnia iste illuminatus et valde scientificus monachus Paulus Langius sic magistraliter probat, ut Wimphelingus et sui discipuli non debent unum verbum contra rebellare. Sed resistit michi unus Wimphelingianus in faciem et dixit quod monachi mentiantur sicut sceleratissimi caupones, qui volunt Christum fuisse ita portentosum animal et cucullatam bestiam, et super me protestavit nomine Christi. tunc fui ita perterritus quod perminxi et permerdavi me, quod omnes nasum prętenebant: sed sit quomodo sit, ego hoc firmiter credo, quod omnes tandem erunt stare confuse tantum cum sua scientia, et dicere 'diabolus portavit illum monachum ad nos; quis fecit eum in omnibus scibilibus ita formalem et qualificatum? Quomodo potest hoc esse nisi per scientiam infusam? quia non stetit in aliqua universitate, et est adhuc unus purus beanus: et tamen bene valet magistrandum vel etiam plus, cum venia eximiorum magistrorum nostrorum'. ‚Ipse etiam Thomas Murner monachus et doctor multum subtilis et semel solenniter prędicavit in ambone quod Christus dominus noster fuit monachus: et scivit etiam realiter defendere. Sed unus discipulus Wimphelingii noluit credere in Christum si esset monachus et fecit illos versus desuper:

Non ego fallaci tecto Tibi, Christe, cuculo
Crediderim: veste hac fraus tegiturque dolus.
Atque probat novus e Berna quȩsitus, habenda,
Franciscus, monachis quanta sit, ipse, fides.

Sed quid ad hoc quod non vult credere? tunc erit hȩreticus, sicut alii qui condemnati sunt cum Reuchlin in Parrhisia et Colonia et in aliis Jni-

---

2 bruder.) Quia *5.* 4 novum] nunc *5. et recentt.* 13 . Et *5.* 14 celerariū: *5.* 17 rebellare sed *5.* 23 tantum] tm̄ *5.* 24 nos ȯs *5.* 25 . Quō *5.* ?] : *5.* 33 : Tibi Chriſte cuculo. *5.* 37 credeř. *5.*

Digitized by Google

versitatibus. Oro etiam vos ut velitis etiam supra librum ponere illos versus quos ego in laudem libri et authoris, videlicet Pauli Langii monachi, cum magna diligentia composui et pro maiori parte quando de nocte iacui in lecto et sic speculavi, tunc quasi in somnis factus sum versificator ut sequitur.

Hic liber indignum vexat Iacobum Wimphelingum,
Langius quem Paulus fecerat mirifice,
Metrice qui scripsit, etiam quoque rhetoricavit,
Quod omnes Artes sunt in Cucullatulis.
Sic quoque Tritemius dixit, sic et Eberhardus
De Campis, Volzius Paulus, et Schurerius,
Iohannes Piemont, Siberti Iacobus, Rotger
Sicamber, docti cuculatique viri.
Iam erit confusus Iacobus, et omnino detrusus
Wimphelingius, Bebelius, atque ille Gerbelius,
Sturmius et Spiegel, Luscinius atque Rhenanus,
Ruserus, Sapidus, Guidaque, Bathodius:
Omnes hi victi iacent, non audent dicere Gukuck,
Sic in sacco conclusi Wimphelingiani erunt,
Non valent in Grȩcis invenire neque Poetis
Quod Lango respondeant viro scientifico.

Valete, vir illuminatissime et prȩceptor valde doctrinalis, et me viceversa habeatis dilectum, quod ita bene promoveo vos per omnia sȩcula sȩculorum. Datum in Oppido Imperiali Suerßheim in longa platea, ubi iuvenes Rustici semper in Dominica die corrisant, quod cor eis crepet. Anno a mundo condito Primo.

64. [Appendicis 2.]

Dominus Volwinius de Monteflascon

Reverendo Magistro domino Ortvino Gratiano

Eternam Salutem.

Quamquam vos nichil sciatis, Reverende magister, in latinitate sȩculari (ut unus michi dixit), propter quod multum diligo vos, et non curatis pomposa verba sicut faciunt poetȩ: tamen alias scitis ubi debetis de nocte iacere (sicut dicit Sapiens in proverbiis) Et non est nobis magna cura quid faciant illi novatores latinitatis, scilicet Erasmus Roterodamus

---

3 compoſiti *5.* 6 : Uexat *5.* 9 Quot *5.* 11 Schuterius. *5.* 24 Suerßheim *5.* 25 Corriſant: *5.*

29 Gratiano *5. hic et in inscriptione seq. epistolæ.* 33 Pompoſa *5.* 34 denocte *5.*

Digitized by Google

et Ioannes Reuchlin: Nec ego curo eos, quia non est de essentia sacrę scripturę, licet ipse et etiam alii semper volunt Theologos antiquos plagare cum ista literatura, et nescio quomodo ipsi supponunt cum novo testamento et operibus sancti Hieronymi quod semper volunt illam hęreticam literaturam immiscere, cum tamen dicat Paulus quod Gręci semper sint mendaces: et ergo videtur cum supportatione eximiorum magistrorum nostrorum, quod illa literatura nichil sit quam mendatium: nunc subsumo: Sed quicunque vult cònfundere sacram scripturam mendaciis, ille est hęreticus: ergo. nunc ipsimet sciunt quid sequitur, quia esset credo ipsis scandalum quando ego palam concluderem eos esse hęreticos. O si scirent istam subtilitatem in me esse, ipsi non venirent michi ante faciem. tacete tamen usque ad finem, tunc bene videbitur cuius toni. Sed pro novitatibus non possum dimittere quin vobis scribam. Sedi enim nuper nescio quando in uno convivio, et ibi etiam fuerunt multi prętensi iuvenes socii, et venerunt quilibet ex alia regione in unum symbolum: unus ex Anglia, alius ex Argentina, alius ex Wienna, alius erat Wimpinus qui vocatur Angelinus, alius Romanus qui fuit bene medius Curtisanus, et multi multa dixerunt ut ipse scitis. Et venimus in Colloquia de causa Reuchlin. Tunc unus surrexit erga me, ubi audivit quod ego non fui bonus Reuchlinista, et dixit 'ne veniat michi obvius Coloniensis copulatista theologus, alias volo eum cito emasculare, Et pręsertim magistrum Ortvinum': tunc ego traxi fistulam meam in meum saccum. et alius dixit qui non erat dives et perdidit plura beneficia in curia Romana, et cum hoc male habet cum omnibus Curtisanis, et dixit mirabilia, ut sequitur 'super anima mea ego sępe miravi quod isti in magnis caputiis qui vocantur Theologi et sunt in illa civitate ubi impressitę sunt quęstiones super Donatum secundum viam sancti Thomę et regulę grammaticales secundum viam antiquorum cum isto carmine:

Accipias tanti doctoris dogmata sancti,

inter ipsos monachi, qui volunt alios semper facere hęreticos, quare etiam nos stimulant super illos, et producunt inquisitionem super eos super hęretica pravitate, qui habent tot multa beneficia, unus sex, alter decem, alius viginti et magis et congregant tam multam pecuniam, et tantam credentiam ex flasculis et poculis pecheriis, sicut si essent filii principum vel comitum, et in domo nutriunt putanas sive concubinas preciose cum cathenis in collo, cum annulis in manibus, cum schubis veluti si essent uxores militum. Et interdum unus illorum habet tres Canonias simul et semel, et imbursat de omnibus illis tribus giltas, quod inde potest habere multas zechas, Et potest solum stare et esse in uno choro, et in aliis non. Et sic in aliis choris nullus et nemo stat pro eis, qui laudat deum et

---

9 ſciū *5.* 11 in *5.* 30 . Quare *5.* 31 non *5.* 35 nutriuit *5.* 38 imbuſat *5.* 39 . er in *5.*

Digitized by Google

rogat pro vivis et pro defunctis: estne hoc recte? Quare non inquiruntur super eos et interrogant coram multis notariis et multis testibus (sicut olim in Mentz fecerunt) et dicunt "quid creditis? ita vel non? creditis vel non creditis? quid creditis de sacramentis in ecclesia dei? Dicatis nobis quot sunt sacramenta, et quam fidem in corde vestro portatis de sacramento eucharistię: estne ibi corpus et sanguis Christi? Si creditis, quando ergo postquam missam legistis (si saltem in anno semel legistis), statim quando ad domum iterum vaditis, concubina vestra habens mores et inspectum acsi esset una meretrix, vobiscum in domo vel in mensa vel in camera [est hilaris, ludit, iocatur, et taliter qualiter facit etc.]? dicatis nobis si creditis adeo magnum esse fructum, et qui deo placet, ex missa, sicut in decretalibus et in tractatibus Theologorum stat: Quare ergo vos habetis tot beneficia, quę possent quinque aut sex devotos sacerdotes sustentare qui libenter legerent missas, qui libenti animo facerent prędicationes ad populum et ad clerum, qui possent dare consilia pro honore dei, pro salvatione animarum, pro libertate ecclesiastica, corrigere vitia, et vellent rogare deum pro domino Papa, pro Rege, pro Episcopis et pro aliis Christicolis, pro pace et sanitate, sicut stat in tranquilla et silenti missa post Sanctus et post Te igitur clementissime pater? Si creditis tantum bonum venire ex missa pro vivis atque defunctis, quare non supradatis illa quę habetis in superfluo, et dimittitis aliis bonis devotis et doctis viris, ut deus exinde pręconisceretur et animę eorum qui mortuerunt citius ex purganti igne redimerentur, et deus nobis amicabiliter placatus non sic immitteret nobis deorsum pustulas, et non sic percuteret nobis vinum et plada per grandinem et pruinam, et non esset sic magna fames in terra? Si autem non creditis tot bona venire ex missa, tunc estis per deum sanctum suspecti de hęresi; imo estis realiter hęretici plus quam Wessalia et doctor Reuchlin".' Videte, reverende magister Ortvine, has novitates volui vobis etiam scribere, quomodo ipsi communiter omnes tenent contra vos cum Reuchlin. Per conscientiam meam, ego credo denique quod diabolus etiam favet ipsi Reuchlin: tunc bene permerdavimus nos. Et sic commendo me vobis

Ex Spira, ubi de nobis dicuntur mirabilia,
Quia omnes Reuchlinistę dicunt quod Colonienses nil sunt quam copulatistę:
Sed multum gaudeo de vobis, quod patiens estis sicut ovis,
Et potestis pati illa, sicut essetis simplex sacerdos in villa.

---

[10] *Verba* est hilaris ... facit etc. *in edd. ante* 1599. *publicatis non leguntur.* [11] : Et *5.* [16] . Et *5.* [19] pr̃. Si *5.* [20] ſupra datis *5.* [21] Et *5.* [22] præcomiſceretur *5.* [25] . ſi *5.* [27] . Imo *5.* [32...37] *Distinximus primum hos versus.*

Digitized by Google

65. [Appendicis 3.]

Perdocto artium prohibitarum Magistro
Ortvino Gratiano
Coloniensi Theologo
Magister Bartholus Kutz.

Salutem accipite quando vultis, perdocte domine magister Ortvine. Dixit michi quidam quondam quodam in loco de vobis quod estis valde infirmus, et quando estis infirmus, tunc semper facitis quasi essetis insanus: quod laudo in vobis, quia proprium est illis qui sciunt scientias prohibitas, hoc est diabolum in vitrum vel quocumque banniare, quia isti ut in plurimum sunt ita insani quandoque. Et oportet etiam quod sint spurii, sicut vos (ut michi ab singulari amico dictum est) etiam estis: quia illi semper sunt meliores diabolo ad aliquid efficiendum. Quia diabolus non ita libenter committit se legittimis ut sicut spuriis, qui sunt singulariter apti diabolo. Et si solum essetis monachus, tunc omnia dona haberetis ad hanc artem, et tunc essetis egregium instrumentum diaboli. [Ubi enim diabolus pervenire, vel aliquid efficere non potest, ibi semper mittit unam malam antiquam vetulam, vel unum monachum.] sed ego nescio tamen an sitis monachus. quia si essetis, tunc essem bene contentus: Quia monachi prę aliis habent illam gratiam quod sunt protervi multum et quicquid conantur, hoc facere audent. sicut nuper audivi de aliquo qui vocatur Paulus Langius et scripsit unum excellentissimum tractatum cum versibus contra Iacobum Wimphelingium et bene scompisat eum. Et etiam dicunt de illo Paulo quod novem modis cucurrit (Salva reverentia) ex claustro. Et quicquid nemo conatur facere, hoc ipse facit. Et credo quod etiam aliquando sit insanus; et quod sit spurius. Tertium ex se habet. et ego plurimum laudo quod etiam est vobis similis, qui rem habetis cum diabolo: sed transeat hoc cum reverentia. ego habeo hic unum notabile punctum Nigromanticum quod vobis libenter manifeste scriberem. sed ego timeo, quod quando estis ita insanus, tunc famulus vester posset illam epistolam invenire et si legeret, tunc diabolus confunderet me et eum; et ergo volo secundum consuetudinem meam facere, quia quando habeo sic aliquid secretum, tunc scribo super papirum sine atramento, et tunc nemo scit legere nisi sit illegittimus. Et ergo eo casu in prȩsentiarum vobis etiam decrevi facere. Et est illud punctum ut sequitur:

---

2 M. 5. 5 M. Bart holus 5. 14 qui *omis.* 5. 15 . Tunc 5. 16 *Verba* Ubi ... monachum *primum exhibet exemplum Ff. a. 1599. publicatum.* 26 . Et 5. 27 vobis *feci ex* nobis *editorum libb.*

Digitized by Google

Credo quod bene intellexistis me, et hęc est veritas: et prohibeo vobis et coniuro vos per virtutem omnium scientiarum prohibitarum quod neminem doceatis. Et sic Valete ex Ruprechtsow: in brevi plura expectabitis a me et maiora si illa placuerint vobis.

66. [Appendicis 4.]

Magister Abraam Isaac de stirpe Aminadab Magistro Ortvino Gratio Salutem.

Malarum bonarumque artium altissime magister: sciat dominatio vestra quod ego volo iam satisfacere promissis meis, quia promisi super vestram petitionem quando a vobis recessi ex Colonia, quod volo vobis continue novitates scribere. Et ante omnia libenter haberetis quod notificarem vobis de illo astuto Iurista Ioanne Reuchlin, cum quo magister noster Iacobus de Hochstrat multum habet in Curia propter fidem tractandum. Hoc ego volo facere ex singulari dilectione. Tunc sciatis primo (quia ego ab origine mundi vobis omnia pandam.) Quando ego recessi in diebus Caniculariibus versus Romam, ut bene scitis, tunc nullam maiorem passionem habui super totam viam, nisi quod maxime sitivit me, quando ascendi altos montes in Algoia cum meis sociis. Et quando veni ad Curiam, factus sum servus corporalis unius Cardinalis prope Campum florę: et fui servitor suus octo mensibus cum magna diligentia pro uno beneficio cu-

---

[7] M. Oztu. Gza. *5.* [8] S. *5.* [13] M. *5.* Iacob. *5.* [18] Qñ *5.*

Digitized by Google

rato in Kelbertzhausen, quod iacet in Vollenbergensi diocesi. Et impetravi super hoc unam bullam cum duodecim sigillis de omnibus Cardinalibus. Et sanctissimus noster fecit suum sigillum etiam ante, ad maiorem cautelam. Tunc cum lętitia exivi et volui possessionem accipere, tunc ille prior plebanus non est mortuus: tunc ego in magna ira dixi: 'Percutiant mille diaboli ad hoc: debeo pecuniam meam sic perdere?' Etiam fuit parvum beneficium: si in Curia scivissem, ego non exivissem propterea. Ego putavi quod posset portare in omnibus annis .xx. florenos in reservato. Vos etiam bene scitis quod ego non maneo personaliter in illis partibus. Ego vellem libentius habere beneficium in Daventria prope patriam nostram cum centum florenis, et cum una simplici puella duodecim annorum, quam in illa superiore parte unum cum triginta florenis, et cum callida matrona sexaginta annorum. Sed illa reservata bene facerent uni. Secundo sciatis, Magister Ortvine, quod deinde non potui ita statim venire ad Curiam propter bella in Italia: quia currunt hincinde nudi Ribaldi. Et si unus acciperet mihi vestimenta, tunc perdidissem paupertatem meam totaliter, sicut dixit semel una vetula quando fregit ova super pontem in Helpruna. Et sic permansi duobus mensibus in valle ad Wimpinam, etiam cum quibusdam bonis Curtisanis. et ibi didici unum ludum a Ioanne Greyferio, qui est valde liberalis, quia dedit semel sex sociis, quorum ego fui unus, ad comedendum septem ova et non minus. Et ille ludus dicitur in lingua Italica Trent uno. Hoc ego nunquam vidi in Romana curia. Etiam non est mirabile, quia oportuit me semper habere advertentiam ad mulum in stabulo inferius. Et audiatis quomodo semper fecimus. Nos ivimus aliquando in Wimpina super scholam, ubi semper convenerunt super extra boni socii. Et fuit unus inter eos qui dicitur Gregorius Spiculi: ille est valde declarativus de modo supponendi. Ipse declarat hanc materiam ita clare sicut vos nobis olim Tertiam partem Alexandri de arte versificandi. Quandocunque audio eum sic grosse loqui de illa luxuriosa re, tunc acquiro delectationem ad supponendum. Ego multum didici ab eo (parcatis mihi, quia est opus naturale): ego vellem, sicut deus mihi iuvat, unum Carlinum dare quod vos sciretis ita amicabiliter lardare, nisi propter uxorem Ioannis Pfefferkorn: tunc ego scio quod amaret vos super omnes alios theologos qui sunt in Colonia. Per deum illa ars non iuvat quam mihi semel ostendistis in libello parvo qui fuit retro scriptus. Nunc audiatis quid post illa factum est. Ipsi una vice apud vinum quęsiverunt me (quia fui Curtisanus) quomodo res staret in causa fidei cum Ioanne Reuchlin et Coloniensibus. Respondi: 'Per deum, ego timeo multum de illo bono viro Ioanne Reuchlin quod est nimis pauper ad finem perducendum illam causam. Quia prędicatores monachi remotius veniunt cum eorum caseorum saccis

---

14 M. 5. 16 Sicut 5. 24 iuinus 5. 29 ficut 5. 33 Pfeffer. Tunc 5.

Digitized by Google

quam una unica persona cum pecunia'. Tunc unus dixit: 'O sancte deus, quam magni nequam sunt isti monachi quando colligunt caseos. Nuper fuit Frater .N. huius monasterii hic in villa mea et voluit mihi meam sororem cum potestate lardasse. Ipse fugavit eam per gradum supra in domum, et cucurrit ei post, et iecit eam ad lectum, et voluit levare cucullam et cum Datulo inferius ad. tunc soror clamavit: „Her N., Her N., cessate: ego clamo quod omnis homo audit et tunc diabolus vos permerdabit". Tunc ipse dixit "Per corpus tuum noli clamare: Ego volo tibi pro Dedicatione aliquid emere quod debet medium florenum valere". Deinde venit mater: tunc ipse descendit et Datulus ei adhuc stetit, quod levavit sibi cucullam quasi haberet dentem Rastri inferius'. Tunc unus alius socius dixit: 'Si iste nequam hoc fecisset sorori meę, Ego vellem ei testiculos excindere et aliis monachis mittere ad comedendum in aceto, quando haberent festum Iovis'. Tunc ille iterum dixit: 'Per deum, ego non habeo sibi pro malo, quia semper sunt inclusi. Ego credo quando asinus haberet peplum supra, quod non esset securus prę ipsis. et quare una feminalis imago non deberet eis tenere?' Tunc unus iuravit et dixit quod Ioannes Reuchlin vult in unum librum colligere omnes nequitias monachorum in Almania per unum vagantem hincinde, Et vult illas Sanctissimo offerre et vult dicere 'Cur ille Hochstrat non extirpat illam luxuriam inter fratres suos?' Et dixit ille quod monachi fętent sicut Hirci quando sudant, et in sua patria veneficaverunt omnes meretrices, et quando ipse vult semel in necessitate purgare renes, tunc ipse putat quod lardat monachum propter illum fętorem quem conceperunt ex monachis. Ergo, Magister Ortvine, vos estis eorum fautor: Ideo sitis ante, quod habebunt etiam inquisitorem Luxurię salacitatis ad illum Hochstrat qui est inquisitor hęreticę pravitatis: tunc res bene stabit cum ipsis. Vel si saltem facerent occulte sicut ipsorum priores qui vocant eas ad cellas, ibi nemo potest videre: Et sic bene transiret hinc: Manifeste autem sic super eas cadere, est scandalum toti ordini. Ideo faciatis melius ad hoc. Post hęc omnia traxi iterum ad Curiam, Et adhuc ibi expecto gratias dei. Valete. Datum Romę in Refectorio Capitolii.

67. [Appendicis 5.]

Frater Nollerius Stech de Calabria Magistro Ortvino

Devotas meas orationes opto vobis loco salutis. Excellentia vestra theologicalis scit quod ego iam veni quasi peregrinus ex monte Synai. Ne-

---

5 Et *5*. 11 ?] . *5*. 24 M. Ortui. *5*. 28 Ad *5*. 35 M. *5*.

Digitized by Google

scitis tamen quam multa sum passus in hoc tempore, quando a vobis a Colonia recessi: longum esset vobis illa omnia scribere, quia nullus alius amicus mihi superest cui necessitatem meam conquererer prẽter vos: quando aliquid dico in monasterio, tunc statim respondent mihi: 'O tu non es ideo claustralis quod velles habere bonam vitam'. Non sic impii, non sic. Ego non possum excogitare unde veniat, nisi ex illa mala fortuna quod Magister noster Iacobus de Hochstrat consumit ita magnam summam pecuniẽ in curia Romana propter fidem Christianam quam ille nequam Ioannes Reuchlin destruxit in suo Speculo Oculari: ego credo quod omnia monasteria nostra debent ei mittere pecuniam: quia oportet eum esse liberalem dando hincinde Cardinalibus propinas, ut iudicant pro se et non pro Ioanne Reuchlin. Ideo priores nostri abbreviant nobis vinum, quamvis Salomon dicat 'Musica, mulier et vinum lẽtificant cor hominis' primo Proverbiorum .XII. Et ego me semper exerceo in musica, Psalmos in choro lyrando et ululando: et hoc non est rarum, ideo non charum. De mulieribus est mihi grave loquendum: quia nullam video, nisi quando vado ad forum cum procuratore nostro quando emit ova. Etiam quando vado ad villas ad colligendum rapas et olera, et si caro me superaret quando essem apud unam feminam, tunc ipsa non teneret mihi. Ergo quando nunc nobis vinum abbreviatur, quale gaudium habebimus? Si medium haberemus ita bonum sicut alii ordines, ut sacerdotes nobiscum apud Spiritumsanctum professionati! Credo quod bene sciatis quid sit pro ordine: ipsi habent duplices albas cruces in tunica, et non sunt alte rasi sicut nos: et quando illis unum gaudium tollitur, scilicet quando eis vinum abbreviatur propter unam supergressionem, tunc habent aliud gaudium: Nam possunt disponere meretrices per claudicantem Ioannem qui ligna secat. etiam graditur super manibus et genubus. Possetis dicere 'hẽc vita meretricea non licet Sanctispiritualibus'. Respondeo, quod audivi pro certo, quod eorum dominus magister (quamvis senex, claudus, griseus, et lippo- sus, est tamen avidus ad illam rem, non autem semper potens) solet habere propriam in sua stuffa: et quando excavavit illam totaliter, tunc disponit sibi unum virum et dat sibi bonam dotem ex Gazophilacio Spiritussancti, quod nunquam minoratur, quia est ibi mera gratia spiritussancti. Deinde sibi aliam ancillam procurat, et facit sibi etiam sicut iam scripsi. et sic ille ordo in multis hominibus occulte crescit. Nunc volo inferre proverbialiter, quia communiter dicitur: 'Quandocunque abbas, id est pater supremus, apponit tesseras, tunc possunt fratres ludere': hoc est quando prẽlati nostri antiqui sunt ita luxuriosi, et ducunt ita miserabilem vitam,

---

[7] M. *5.* [8] Ro. *5.* [9] Ioan. Reuch. *5.* [12] Ioan. Reuch. *5.* [13.14] .pꝛi. pꝛouerb. XII. Et *5.* [15] . Ideo *5.* [21.22] Spiritūſan. *5.* !] . *5.* [27] Etiam *5.* [33] ſpirituſſ. *5.* [35] : nūc *5.*

Digitized by Google

Ergo nos subditi licite possumus sequere. Hęc est bona consequentia, quia perspexi in tractatu de suppositionibus: quia ibi ly 'prelatus supponit personaliter'. sed secundum Marsilium supponit inferius materialiter. Nunc ad propositum: ego vellem quod quando magister noster Iacobus Hochstrat in Roma nihil sciret Ioanni Reuchlin abinde lucrare, quod impetraret nobis laxiorem ordinem, sicut ille prenominatus. Caro tamen nos quandoque etiam stimulat: ego scio quod ero brevissimę vitę quando non debeo quandoque expurgare vetus fermentum, quod contraxi ex illis caseis: parcatis mihi, quia loquor vobiscum cordialiter, id est quę mihi sunt circa cor. Ego semper timeo quod illa causa erit malum finem acquirere, sicut causa Bernensis. Vos satis intellexistis me. Dominus Magister noster Ioannes Amphoraticius optavit vobis multas salutes: ipse evasit in solemnem virum: Est enim predicator noster: omnis homo eum laudat. Est ita bonus in exemplari demonstratione. Anno domini .1516. predicavit passionem: tunc accepit secum unum baculum super Ambonem: et quando recitavit sententiam Pilati, tunc traxit eum de cuculla extra et fregit illum baculum in medio in duas partes, quasi sceptrum: Quod fuit miserabiliter ad videndum: Vetulę mulieres flebant ita amare, sicut Petrus quando audivit gallum prope ignem cantare. Valete et commendate me magistro nostro quando venerit ex Roma.

68. [Appendicis 6.]

Magister Iohannes Textoris

Petro Schwinkoncio suo

tot dicit salutes

quot sunt guttę in mari et athomi in sole.

Sciatis, Charissime amice, quod ego literam vestram accepi, in qua mihi scribitis de Erasmo Rotherodamo, et vultis scire quid ego teneam de eo. Debetis scire et michi credere, quia etiam, quando fui adhuc iuvenis, multa legi in literis humanis et Stephanum Fliscum et Grecistam et Synthis, Facetum, Floretum, et illos antiquos poetas quasi super unum unguem scivi mentetenus: et quod verum sit, tunc scripsi unum librum qui dicitur Florista, in quo bene videtis scientiam meam et plura alia, si ego vellem me iactare. Sed dico pro tanto, quod non putetis, quod ego vobis mentior: Quia ego possum bene valde iudicare de illo Erasmo. Ego

---

[2] ly] *sic 5. (puto* lij, *ut sit paginæ indicatio) ceteræ edd. omiserunt has litteras, præter ed. a. 1858., in qua* legitur *est.* [4] Iaco. *5.* [5] reuch. *5.* [10] coꝛ ego *5.* [11] me dñs M. *5.* [14] .1416. *5. iustum numerum primum habet exemplum a. 1599.* [22] M. Iohan. *5.* [24] ſalutes? *5.* [26] Ciatis *5. initiali* S *relicto loco.*

Digitized by Google

etiam examinavi speculum Reuchlin et eius Gabalam, sicut bene scitis. Et ut non faciam multa verba: Et ego nihil teneo de Erasmo, Quia ipse est inimicus monachorum: Et dicit multa mala de eis: et dicit quod sunt grossi asini, et odiunt literas politiores: Et nichil sciant nisi Comedere et Bibere et psalmos lirare. quod ipse mentitur in Collum suum quando hoc dicit. Immo ipse est unus asinus: ipse est bonus latinista, et scit bene latinizare, alias nichil scit. Ipse fecit multos libros, prȩsertim unam Navem stultiferam et commentum super Hieronimum, in quibus ipse nichil facit quam quod stimulat religiosos: per deum ego dico sibi, si non vult cessare ab illis, tunc volumus sibi facere sicut Reuchlin, etiam si centum modis esset acceptus apud Papam et Regem Karolum: Sed nos vidimus bene tam superbos sicut ipse est, et tamen suppressimus eos. Ego dicam vobis aliquid, sed non debetis michi hoc postdicere, alias diabolus me confunderet: Magister noster Iacobus Hochstrat et omnes magistri nostri in Colonia et in Cantabria illi examinant iam commentum super Hieronymum, et sicut ego audio, tunc ipse pessime stabit; ego non acciperem centum florenos quod haberem hoc in loco suo: quia dicunt quod ipse ibi multam seminavit zizaniam; et putat quod nemo debeat hoc notare. Sed magistri nostri non sunt tam stulti, Sed ipsi bene sciunt ubi iacet Anguis in herba (ut Alexander ait). Ego non potui omnia retinere: sed aliqua adhuc scio, quia dicit quod sanctus Hieronimus non fuit Cardinalis, quod utique est crimen lȩsę maiestatis, et male sentit de sancto Georgio et Christofero, et reliquiis sanctorum et candelis, et de confessione Sacramentali: etiam in multis locis blasphemat, quia loquitur contra doctorem sanctum et contra doctorem subtilem. Et dicit quod Theologia ipsorum nichil sit: quę omnia magistri nostri scripserunt in unum volumen, et volunt eum confundere sicut hȩreticum, sicut fecerunt Ioanni Wessalia in Maguntia. Et si vult multum relatrare et invectivas scribere contra eos, tunc volunt expectare usque post mortem eius, Et tunc volunt condemnare omnes libros eius. Illa est iam practica apud magistros nostros. Et quia etiam libenter auditis novitates, debetis scire, quod Fratres minores debent iam habere generalem de Observantia, quod impetraverunt ipsi in Curia pro .16. Mille ducatis. Et Moniales ad sanctam Claram de ordine Minorum valde timent ne reformentur, et quicquid habent, hoc fugant in Civitatem et iacent miserabiliter in scaminibus. Aliqui dicunt, quod doctor Murner habet rem cum ipsis: sed hoc non est verum: quia ipse est Enuchus castratus. Sed de aliis religiosis ego non bene credo, quando sic currunt ad eas. Est mortuus in civitate unus Curtisanus qui habuit .22. beneficia pinguia, et poetę qui sunt ibi, faciunt multa metra

---

4 Politiores: *5.* 8 . In *5.* 13 poſt dicere *5.* 14 . etȩ *5.* 17 inloco *5.* 26 : et in *5.* 26 vnlt *5.* 39 .22.] .22. *5.* etiam *recentiores.*

Digitized by Google

contra illum. Alias nichil scio nisi quod dominus tam diu teneat vos sanum quam diu unus supercurrit unum Canem. Valete ex Argentina.

69. [Appendicis 7.]

Marcolphus Sculteti

Ioanni Bimperlenbumpun ex Rorbach

Salutes infinitas et immortales. Dilecte Ioannes, vos scripsistis mihi nuper aliquas novitates, quas non libenter audivi, videlicet de Ioanne Reuchlin quod comparavit sibi magnam gloriam apud suos poetas, quia fecit unum librum qui intitulatur 'Gabellistica vel Gabala', et est iam in gratia Papę. Vellem tamen libenter scire quid est Gabala: ego quęsivi diu in meo Catholicon et Gemma gemmarum et in Briton: sed non possum reperire quid significat. misi etiam unam literam ad magistrum nostrum Ortvinum: sed ipse etiam nihil rescribit. Sed magistri nostri fecerunt unum consilium et examinaverunt illum librum: et sicut ego audivi ab ipsis de nocte in convivio ubi zechavimus ita liberaliter, quod oportuit unum dare pro zecha tres obulos, quod ego non habeo ultra pecuniam, quod ipse male stabit: quia posuit ibi aliqua contra doctorem sanctum et modernos doctores: et dicit quod filius dei est factus de patre. Item multa alia, et pervertit terminos theologię 'generare' et 'facere', et sic de aliis: et nihil curat de argumentis et quęstionibus et sophismata doctoris sancti: et ideo volunt illum librum comburere: quia dicunt quod non intelligunt eum: et quicquid ipsi non intelligunt, hoc comburunt: Ergo. Quia omnis magister noster est rabi et lux mundi. Etiam ille liber habet multa dicta Pithagorę, qui fuit Nigromanticus: sed nigromantia est scientia prohibita, sicut patet .66. quæst. 10. capitulo nullo, et in Canone 'O vos asini': et concordat doctor sanctus et Arestoteles in nono Phisicorum de ignorantiis. Est enim in hoc etiam libro multum hebręum, quod magistri nostri non possunt legere, et multum grecum: et quia ipsi non curant hęc vana, sed maiora, et ideo disposuerunt Ioannem Pfefferkorn christianum et dimidium Iudęum, qui est bonus ebrius: et ille iam examinat ne forte ibi latet venenum sub melle. Sed volo illa iam dimittere, quia videbimus bene in nundinis Francfurdiensibus, et tunc volumus plura loquere de illis cum magistro nostro Ortvino, qui est missus a magistris nostris quod debet emere novitates quę ibi venduntur: et tunc volunt etiam examinare. De aliis novitatibus non possum vobis plura scribere nisi quod etiam unus magister noster de ordine prędicatorum in Argentina, qui semper vocatus est doctor Iesus, exivit

---

[2] tam diu ... Canem *versum esse voluerit auctor.* [22] non *omis. 5.* [26] .66 q. io. capi. *5.* azini. *5.* [30] Pfefier. *5.* [31] ebrius] *iocose pro* ebręus.

Digitized by Google

ex claustro: et multa mala dicunt de eo: quod ego non audeo dicere: et multi ribaldi carministę faciunt sibi versus in vituperium eius, et mittunt cadere in foro, et ecclesia: quod male me habet: ego vellem quod non facerent, ne venirent ex gratia illorum prędicatorum: inter alia tamen ego reperi unum carmen et est tale:

Detractor cleri, fur, profugus atque cinędus
Igne aut perpetuo carcere dignus erat.
Plebanorum osor, gestus imitans muliebres,
Formidans flammas more latronis abit.
Cuius ope ex claustro seducta est magna sacerdos.
Omnia per monachum pessima dęmon agit.

Ecce videte quid illi mali furciferi faciunt, ipsi neminem curant, sed per deum sanctum non facit hoc aliud (ut verissime dixit Alexander) quia semper est de mala consuetudine eorum, quod quicquid fit sic Argentinę, tunc ipsi tractant de eo et faciunt sic carmina de eo. proxime vobis plura scribam de ea re. Valete ex Schletstat.

70. [Appendicis 8.]

Magister Maleolus in Paradiso, Omni verborum ornatu reciso,
Famosissimo Magistro Ortvino: Qui clamat more asinino
Contra poetas et latinos, Nec non Grȩcos peregrinos,
Omnium Barbarorum defensori, Et Coloniensium prȩconi famosiori.

Mirabiles trufas et egregias nequitias audio de vobis prędicare, magister Ortvine, quas unquam in vita meą nunquam per deum sanctum audivi, quas vos et alii Colonienses magistri nostri (cum supportatione) fecistis honestissimo et doctissimo viro domino Ioanni Reuchlin. et tamen cum audivi, non scivi in tantum mirare, quia cum estis bicipites asini et naturales Philosophi (Vulgo 'naturlich narren, zwenzig zentner vber ein dollen fantasten'), intenditis etiam misere et nebulonice vexare ita pios et doctos viros. tamen super hoc incidit michi una singularis miratio quis vos docuit ita subtiliter pervertere et falsificare ita pias opiniones probissimi hominis. sed ego finaliter cogitavi quod non facit hoc aliud hominum genus quam hoc quod Iudas de testiculis scalpsit, quia patrem sequitur sua proles, ut est Ioannes Pfefferkorn. Et vos omnes estis amici huius, quia 'schlim schlem similis quęrit sibi similem'. Et ergo ad furcas cum vobis omnibus, ad quas perducat vos lictor cum sociis suis, vobis

[17] *Editores inde ab a. 1599. usque ad a. 1858. non animadvertentes hos versus pro inscriptione epistolæ positos esse, post eosdem hanc inscriptionem posuerunt:* Rupertus Cuculus M. Ortvino Gratio. *et nomen* Maleolus *versus primi mutarunt in* Cuculus. 33 fantaſten (Intenditis *5.* 33 quam hoc *omis. 5. primum habet ed. a. 1599.* 35 Vobis *5.*

Digitized by Google

dicentibus 'Orate pro nobis'! Sed quamquam quoniamquidem illa omnia vera sint et ideo vobis singulariter ad manus proprias illa scribo, possitis etiam aliis dicere qui vobiscum sedent in hac Cathedra pestilentię, ut dicit Psalmus. Et ne illa veniant in publicum, quod omnis homo sciat quid retro vos est: sed ad omnes sanctos michi incidit una scrupulatio, et timeo quod Impressor furavit michi unam copiam de epistola, et si sic est, tunc iuvat vobis deus: tunc ego non possum resistere: sed tamen ego volo vobis bonum consilium dare: Orate solum Octo dies continue flexis genubus et invocate ieiunus sanctam Helenam quę invenit Crucem Domini nostri Ihesu christi. Tunc iterum ero invenire illam epistolam. Tunc vos iterum bene stabitis. Ecce videte quod illa omnia facio vobis ex charitate Fraterna, sicut omnes sumus fratres, et omnia facio vobis quod etiam homines tenent aliquid de vobis. Valete ex Heydelberga apud Claudicantem Lipsium qui sinit unum sibi cum naso in culum currere. O utinam vos etiam essetis cum illo! tunc non opus esset vobis disponere unum brillum, Quia ipsi dicunt quod gratis accommodat uni.

Hoc opus eſt Impꝛeſſum Berne
Ubi quatuoꝛ pꝛedicatoꝛum Lucerne:
Illuminauerunt totam Suitenſium regionem
Anteq̃ Hochſtat vexauit Ioannē Capnionem

---

4 Q' *5.* 15 illo. Tunc *5.* 16 . Quia *5.* accōmdat *5.* 17 *Hi quattuor versus finem faciunt exemplo 5.* 20 Hochstat *sic 5.* *Ex recentioribus exemplis iam id quod a.* 1556. 16°. *editum est, in fine hæc habet:*

Romæ Stampato con priuilegio del Papa, & confirmato in lugo, qui vulgo dicitur, Bel vedere.

Digitized by Google

EX OBSCVRORVM VIRORVM SALIBVS CRIBRATVS DIALOGVS,

NON MINVS ERVDITIONIS QVAM MACARONICES AMPLECTENS:

IN QVO INTRODVCVNTVR

COLONIENSES THEOLOGI TRES,

ORTVINVS,
GINGOLPHVS,
LVPOLDVS,

TRES ITEM CELEBRES VIRI

IOANNES REVCHLIN,
DES. ERASMVS,
IACOBVS FABER

DE REBVS A SE RECENTER FACTIS DISCEPTANTES.

APVD ANTIPODAS.
CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Antiqua huius dialogi exempla quibus in recensendo usus sum, duo sunt, quorum inscriptiones exhibui, primi (*1.*) in proxime superiore, recentioris (*2.*) in proxime sequenti pagina. utrumque duodenis foliis quadratis constat, sed quorum ultimum in *2.* a scriptura omnino vacat. Recentiora exempla, qualia iam utrique exemplo primi voluminis Epistolarum O. V. anno 1556. publicato [*6.* et *7.* Indicis bibliogr. Epp. O. V.] addita sunt (*recc.*), omnia ad manus habui, sed diligentius eorum diversitates adnotare operæ pretium non visum est. Gallicismis, ut Germanismis epistolæ obscurorum virorum scatent, hic dialogus refertus est, quod quamvis ad auctorem explorandum et ad ipsum dialogum recte interpretandum magni ponderis neque minus manifestum ipsoque 'macaronices vocabulo significatum sit, tamen nemo quem sciam observavit. In Belgis atque in ipso fortasse Lovanio scriptas esse has apinas crediderim.

Digitized by Google

DIALOGVS NOVVS ET MIRE FESTIVVS,

EX QVORVNDAM VIRORVM SALIBVS CRIBRATVS,

NON MINVS ERVDITIONIS QVAM MACARONICES AMPLECTENS.

EPIGRAMMA .I.A.B. AD LECTOREM

Aspice quam lepidis salibus liber arteque docta
Detegit hic, mentem facta rẽfertque virum
Quis linguæ gerris mos est maledicere Musis,
Musis quique movent bella cruenta sacris;
Moreque Democriti risum dabis ipse solutum
Et leges optatos, lector amice, sonos.

INTERLOCVTORES

MAGISTER ORTVINVS.
MAGISTER LVPOLDVS.
MAGISTER GINGOLPHVS.
ERASMVS.
REVCHLIN.
FABER STAPVLENSIS.

MAGISTER ORTVINVS. Salveat tota societas!

MAGISTER LVPOLDVS. Salutem maximam et multas bonas noctes, sicut sunt stellę in cœlo et pisces in mari!

MAGISTER GINGOLPHVS. Dominus det vobis tot salutes, quot sunt Alleluia inter pasca et pentecostes!

MAGISTER ORTVINVS. Quoniam, quoniam, quoniam quidem homines semper volunt scire aliquas novitates, ergo, ideo, igitur, M. Lupolde, Doctor illuminatissime, dicatis nobis, si placet, si vos non scitis aliquid novi.

MAGISTER LVPOLDVS. Certe, zelosissime domine Magister noster Ortvine, ego nihil audivi novi.

---

[3] complectens *recc. sed* amplectens *1. 2.* [4] I.A.B.] = Ioannis Alexandri Brassicani. *Hoc epigr. non est in 1.* [20] Cf. Epp. O. V. I. 11. [21] Epp. O. V. I. 38. i. f. Pascha et Pentecostes. *2.* [23] Quoniamquidem] Usitatissimum epp. O. V. exordium. [25] noscitis *recc.* [26] domine *omis. 2.*

Digitized by Google

§. 3. MAGISTER ORTVINVS. Et vos, viscerosissime Magister noster Gingolphe.

MAGISTER GINGOLPHVS. Certe nec ego etiam, Magister noster Ortvine, nisi unam novitatem: sed ego credo, quod vos bene scitis.

MAGISTER ORTVINVS. De quo est illa novitas?

MAGISTER GINGOLPHVS. De quibusdam Ribaldis, qui non faciunt nisi facere guerras et disturbia in tota Ecclesia. Diabolus possit eos importare per terras, et per maria!

§. 4. MAGISTER ORTVINVS. Ha, ego bene scio, de quibus vos vultis dicere.

MAGISTER GINGOLPHVS. Et de quibus, Magister noster?

MAGISTER ORTVINVS. De illo grosso infami Erasmo, fautore Reuchlin.

MAGISTER GINGOLPHVS. De facto vos bene dicitis, Magister noster.

§. 5. MAGISTER ORTVINVS. Per deum sanctum, vel per omnes deos loquendo, bene esset factum si illuminatissima Theologiæ facultas avisaret quid oporteret facere de illis rabientibus et truffatoribus.

MAGISTER LVPOLDVS. Videtur eis, quoniam ipsi sciunt modicum latinizare, quod nemo est dignus eos aspicere, neque solvere corrigiam calceamenti eorum.

MAGISTER GINGOLPHVS. Ipsi faciunt miranda, dicendo grossa verba.

§. 6. MAGISTER ORTVINVS. Ipsi vadunt per plateas armati sicut buffones.

MAGISTER LVPOLDVS. Vadunt per vicos inflati sicut pavones.

MAGISTER GINGOLPHVS. Ipsi aspiciunt se de utroque latere. Sed, viscerosissime Magister noster, creditis quod ipsi sciunt aliquid de Biblia?

§. 7. MAGISTER ORTVINVS. Sancta Maria, ego bene scio, quod non.

MAGISTER LVPOLDVS. Si daretur eis una positio vel de præmiis Sanctorum, vel utrum Deus sciat omnes pulices et omnes pediculos qui creantur quotidie Parisius, creditis quod ipsi possent arguere pro et contra?

MAGISTER GINGOLPHVS. Ipsi facerent suas febres quaternas.

§. 8. MAGISTER ORTVINVS. Ita quæ possunt eos importare?

MAGISTER LVPOLDVS. Certe parcat mihi Altissimus, si ego pecco, sed ego vellem quod isti omnes latinizatores essent in profundo inferni, unde nunquam possent revenire.

MAGISTER GINGOLPHVS. Sancta Maria, etiam Magistri nostri de Pa-

---

[11] Ante nomen interlocutoris hic et versibus 12. 16. 19. 20. 24. 25. 28. et in sqq. sæpius τὸ MAGISTER *omisit 1.* [6] fciunt *recc.* [15] oportet *recc.* et *omiserunt recc.* [20] bufones *recc. et sic in sqq.* [21] Versum *omis. 2.* [23] Biblia] *femin. sing. non solum apud Obscuros.* [25] positio] *i. e.* quæstio, non convivium s. symposion gratuitum, *ein Satz.* [27] Parrhisius *2.* Ita indeclinabile nomen iam antiquitus in usu fuit, neque recentiores edd. debebant in Parrhisiis mutare. Cf. annot. meam ad Notit. Dignitt. occid. p. 1023. sq. [28] febres] Puto hic et infra sæpius Huttenicos dialogos significari. quaternas *vult* quartanas [29] Itaque *recc. Puto:* Quid itaque res theologicæ ad istos pertinent? *Interrogandi signum adposuimus nos.* [33. 34] Parrhisius *2.*

Digitized by Google

risius, qui sapiunt arguere tam artificialiter, et qui sunt adeo illuminati et zelosi, et renominati per omnes angulos terræ, faciunt male, quod non confundunt istos zizaniatores.

MAGISTER ORTVINVS. Iesus Maria, non oporteret nisi facere unam §. 9.
parvam, parvam quęstionem contra istum latinizatorem Erasmum, quod ipse esset statim ad metam non loqui.

MAGISTER LVPOLDVS. Creditis quod ipsi sciant aliquid fundamentaliter?

MAGISTER GINGOLPHVS. Fundamentaliter? Iesus Maria, in bona veritate ego auderem bene ponere caput meum, quod ipsi non sciunt suos terminos neque suas summulas, et quomodo possent ipsi respondere?

MAGISTER ORTVINVS. Creditis quod sciant syllogismos? §. 10.

MAGISTER LVPOLDVS. Creditis quod sciant elenchos?

MAGISTER GINGOLPHVS. Creditis quod ipsi sciant prędicamenta, prędicabilia?

MAGISTER ORTVINVS. Creditis quod ipsi unquam viderunt aliquid de §. 11.
ethicis?

MAGISTER LVPOLDVS. Et de physica?

MAGISTER GINGOLPHVS. Et de sphæra?

MAGISTER ORTVINVS. Et de cœlo et mundo?

MAGISTER LVPOLDVS. Ita da, ipsi fecerunt suas febres quaternas?

MAGISTER GINGOLPHVS. Quæ possunt eis religare venas, zelosissime Magister noster Ortvine, Ego possim habere tot pediculos quot carnifices occidunt post pascha vitulos, si ipsi sciunt de hoc unum vocabulum.

MAGISTER ORTVINVS. Ipsi derident nos, quia nos non dicimus grossa §. 12.
verba, sicut ipsi faciunt.

MAGISTER LVPOLDVS. Ho Iesus Maria, nos loquimur melius secundum Ciceronem, quam ipsi non faciunt: Cicero non habebat nisi verba intelligibilia; sed isti credunt se fecisse unum magnum miraculum, si ipsi dixerunt unum grossum vocabulum.

MAGISTER GINGOLPHVS. In bona veritate dei, Magister noster, Ego vidi duos Theologos multum artificiales in Daventria, quorum unus erat Magister noster, alter debebat esse Magister nostrandus: et ipsi ambo sciebant bene tot sicut faciunt isti buffones; sed tamen non volebant allegare ista grossa vocabula, quia Cicero non amabat ea.

MAGISTER ORTVINVS. Ipsi non volunt esse auditi. §. 13.

MAGISTER LVPOLDVS. Ipsi sunt soli de sua parte.

MAGISTER GINGOLPHVS. Iuristæ, legistæ, apothecarii, advocati, do-

---

[2] renominati] *i. q.* renommati (*renommés*). [6] ad metam non loqui] *au but*, ita in angustiis ut repondere nesciret. [12] quod ipsi *recc.* [16] Ethicis *et c.*] i. q. ut tum ferebantur Aristotelis. [20] Ita da] Exclamatio quasi inarticulata. [24] grossa] intellectu difficilia. [27] *qu'ils ne font pas.* [32] debebat *1.* dicebat *2.* De Mag. nostro et nostrando cf. Epp. O. V. I. 1.

Digitized by Google

mini de parlamento, omnes clerici villagiorum loquuntur sicut nos. sed isti habent suum latinum per se.

MAGISTER ORTVINVS. Deus est testis, quod ego credo, quod si aliquis interrogaret eos, quomodo declinatur Musa, quod ipsi non possent dicere.

MAGISTER LVPOLDVS. Et tamen ipsi faciunt de magnis clericis.

MAGISTER GINGOLPHVS. Ita da, et volunt corrigere Magnificat.

§. 14. MAGISTER ORTVINVS. Nunc iste latinizator Erasmus dicit, quod nostra biblia nihil valet.

MAGISTER LVPOLDVS. Et Reuchlin etiam similiter.

MAGISTER GINGOLPHVS. Et Faber etiam, qui vult dicere, quod sunt tres Mariæ Magdalenæ.

§. 15. MAGISTER ORTVINVS. Et quod oportet dicere in missa 'Et in terra pax hominibus bona voluntas'.

MAGISTER LVPOLDVS. Sancta Maria, ego nescio magis quam bibliam habebimus.

MAGISTER GINGOLPHVS. Etiam papa est bene fatuus, quod non excommunicat istos grossos buffones.

§. 16. MAGISTER ORTVINVS. Et de parte diaboli, ipsi non facerent tot disturbia in populo.

MAGISTER LVPOLDVS. Sanctus Hieronymus non erat ita magnus clericus, sicut ipsi sunt?

MAGISTER GINGOLPHVS. Et sanctus Ambrosius, sanctus Augustinus, et alii omnes zelosissimi doctores non sciebant ipsi bene tot, sicut isti ribaldi?

§. 17. MAGISTER ORTVINVS. Ipsi deberent interponere suis.

MAGISTER LVPOLDVS. Nos bene indigemus de suo græco.

MAGISTER GINGOLPHVS. Videtur eis, quia ipsi sciunt dicere 'to, tou, logos, mousotiros, legoim, taf, hagiotatos', quod ipsi sciunt plus quam deus.

---

[6] faciunt de = *ils font de (sie thun als wären sie)* Cf. infra §. 16. [12] tres Mariæ] Anno 1519. 'PARISIIS ex officina Henrici Stephani' prodierat Iacobi Fabri Stapulensis 'DE TRIBVS ET VNICA MAGDALE-|na Dĩſceptatio ſecunda: ad Reuerendum in | Chriſto Patrem D. DIONYSIVM | Bricõnetum Epiſcopum Maclouien-|ſem apud LEONEM X Pontificem Max. Chriſtia-|niſſimi Francorum | Regis FRAN-|CISCI I | orato|rē. |' *4 foll. in* 4°. Ios. Hartzheim in Prodr. hist. univ. Colon. 1759. 4°. p. 20. ad ann. 1521. habet: „Iacobus Faber Stapulensis S. Th. Doctor Parisiis Monogamiam S. Annæ ... propugnaverat, explicatis Evangelii locis, quæ Trigamiæ S. Annæ occasionem præbuerant. Obiit hic auctor 1537. Contra hunc videtur scripsisse unus ex Familia PP. Prædicatorum Prior Conventus Metensis, quem Cornelius Agrippa conatur confutare, sed acerbissimo et calumniis pleno stilo". Cf. infra §. 70. [13] Et in terra ꝛc.] *Evang. sec. Luc.* II. 14. „Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis". *Græce: Δόξα γὰρ ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.* Cf. §. 68. [15] quam] qualem. [26] interp. suis] curare sua, suum officium facere. [18] groſſus *1.* [28.29] *τὸ, τοῦ, λόγος,*

Digitized by Google

MAGISTER ORTVINVS. Magister noster Lupolde, creditis, quod deus §. 18.
curat multum de isto græco?

MAGISTER LVPOLDVS. Certe non, Magister noster Ortvine, ego credo quod deus non curat multum.

MAGISTER GINGOLPHVS. Quia nemo intelligit eos, volunt nobis facere credere miranda.

MAGISTER ORTVINVS. In conscientia, vos videbitis, quod nisi illumi- §. 19.
natissimi doctores de Parisius mittant unam ambasiatam ad papam ad excommunicandum eos, quod ipsi facient omnes hæreticos.

MAGISTER LVPOLDVS. In bona veritate, Magister noster, quando ego consydero de prope scandalisationes, quas ipsi faciunt, ego non possum aliquid dicere, nisi quod ego credo, quod Antichristus bene cito veniet.

MAGISTER GINGOLPHVS. Helas! Certe erit magna pietas.

MAGISTER ORTVINVS. Timeo, ne sint multum male informati. §. 20.

MAGISTER LVPOLDVS. Et ego, ne sint multi damnati.

MAGISTER GINGOLPHVS. Sed creditis, quod ipsi curant?

MAGISTER ORTVINVS. Per diem, ego credo quod videtur eis, quod §. 21.
non est deus.

MAGISTER LVPOLDVS. Ego nescio nunc quid est de mundo. sed omnes non quærunt modo nisi vanitates.

MAGISTER GINGOLPHVS. Etiam vos videtis, quomodo capit nobis, Magister noster.

MAGISTER ORTVINVS. Modo populus est comestus usque ad ossa. §. 22.

MAGISTER LVPOLDVS. Modo non sunt nisi decimæ in ecclesia.

MAGISTER GINGOLPHVS. Timeo ne sit vindicta divina.

MAGISTER ORTVINVS. Si essent boni prædicatores, qui remonstrarent §. 23.
populo, non regnarent tantum ista peccata.

MAGISTER LVPOLDVS. Ego credo quod si vos vivatis multum, quod vos videbetis multa nova.

MAGISTER GINGOLPHVS. Quando ego eram clericus novellus in Daventria, nos non habebamus nisi bona compilata.

MAGISTER ORTVINVS. Deus habeat animam Magistri Iacobi de Platea, §. 24.
sed ipse dabat nobis bona reportata.

μουσότερος (immo ἀμουσότερος), λέγοιμι, ταῦ, ἀγιώτατος logo *1.* monſſoteros *2. recc.* taff *2. recc.*

[5] volunt efficere ut vos credatis se mirabilia didicisse. [7] *En conscience!* [8] Parrhisius *2. recc.* ambaſſiatam *2. recc.* ambasciada, legatio, oratoris deputatio. [9] faciunt *recc.* [10] *En bonne vérité.* [11] conſidero *2.* [13] *Hélas, ce sera grand' pitié.* [17] Per diem] deum *in* diem *mutatur*, *ut in frivolis iuramentis moris est. Gallice* pardi. *In sqq. etiam gallicismi scatent.* [20] querunt *2.* [21] cap. nob.] *nous prend.* [23] honestus *recc.* [26] prædicatores *2.* [27] populos *2.* [28] multum] diu. [32] de *alta* platea? minime. Hochstratus mortuus est d. 21. Ian. a. 1527.

Digitized by Google

MAGISTER LVPOLDVS. Parcat altissimus Magistro Boquillon de longa Ripa, sed ipse dabat optima vocabulorum significata.

MAGISTER GINGOLPHVS. Ho Iesus, bona interrogamenta, quæ dabat nobis pro quæstionibus Magister Rapoleus de bassa fossa.

§. 25. MAGISTER ORTVINVS. Nos sciebamus corde tenus nostra argumenta.

MAGISTER LVPOLDVS. Nos quærebamus in quęstionibus, quid est doctrinale? Doctrinale et doctrinabile quomodo differunt? Quot sunt necessaria in domo dei? Quid est clericus? quid est scientia? Sed iam omnia ista sunt derelicta.

MAGISTER GINGOLPHVS. Habebamus bonos auctores septem, Græcismum, de Gallandia, et scribebamus omnia de manu propria.

§. 26. MAGISTER ORTVINVS. Etiam nos habebamus bona fundamenta.

MAGISTER LVPOLDVS. Modo non est amplius quæstio de via patrum nostrorum.

MAGISTER GINGOLPHVS. Modo antequam unus puer sciat mungere suum nasum, oportet quod ponatur ad græcum.

§. 27. MAGISTER ORTVINVS. Modo pro faciendo conclusionem nihil valent omnia.

MAGISTER LVPOLDVS. Si illi boni patres, qui erant nostri præceptores, venirent modo, sancta Maria, quid dicerent, si viderent omnia sic mutata?

MAGISTER GINGOLPHVS. Sed quid dicerent de nostra biblia, quæ est modo sic renovata?

MAGISTER ORTVINVS. Sed quid dicerent de beata Magdalena, quæ est modo sic triplicata?

§. 28. IOANNES REVCHLIN. Erasme, Erasme, surge quæso, et expergiscere.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid surgam et expergiscar?

IOANNES REVCHLIN. Ut rideas et irrideas. surge, inquam, satis lætabere si surrexeris.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quis est qui me vocat?

IOANNES REVCHLIN. Tuus in bonis literis collega Reuchlin.

ERASMVS ROTERODAMVS. Amici precibus aliquid est condonandum: surgam igitur, ut quid me velis accipiam.

---

[1] Neque Plateam illum, neque Magistrum Boquillon de Longuerive neque Magistrum Rapolay de Bassefosse equidem novi. Lupoldum et Gingolphum Belgas esse suosque regentes laudare videntur, quasi adhuc beani essent. [4] queſtionibus 2. *et sic infra.* [6] querebamus in queſt. 2. [10] auctores ſeptem actores 2. Puto velle Auctores VIII morales, videlicet Cathonem, Facetum, Theodulum de contemptu mundi, Floretum, Alanum de parabolis, Fabulas Esopi, Thobiam. Cf. Hain. n. 1913...19. et adnot. ad Epp. O. V. II. 68. [11] Græcism.] Everardi Bethuniensis. *Cf. h. art. et art.* Ioa. de Garland. Garlandria 2. *recc.* [22] sic *omis. 1.* [25] triplicata] Cf. supra §. 14. [28.29] letabere 2.

Digitized by Google

IOANNES REVCHLIN. Vis rem audire ridiculam, et tibi forte voluptati futuram? §. 29.

ERASMVS ROTERODAMVS. Volo, hercle, modo nihil sit fraudis.

IOANNES REVCHLIN. Nihil, hercle, fraudis, aperta omnia.

ERASMVS ROTERODAMVS. Age ergo, dic uno verbo quid istuc est quod me velis?

IOANNES REVCHLIN. Arrige aliquantisper aures.

ERASMVS ROTERODAMVS. Faxo quod dixti, quid inde futurum?

IOANNES REVCHLIN. Si unquam riseris, ridebis statim maxime. §. 30.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quando quæso?

IOANNES REVCHLIN. Ubi primum audieris quosdam, qui se Magistros nostros appellitant, rugosæ frontis veteranos.

ERASMVS ROTERODAMVS. Ubinam sunt?

IOANNES REVCHLIN. Viden' pro tuis oculis istos stolidos?

ERASMVS ROTERODAMVS. Video, video.

IOANNES REVCHLIN. Sta ergo et quiesce, ut audias quod risum tibi moveat. §. 31.

ERASMVS ROTERODAMVS. Taceo.

MAGISTER ORTVINVS. Per bonam fidem, ut ego ad meum primum thema revertam, Magistri nostri, totus mundus est multum malus. §. 32.

MAGISTER LVPOLDVS. Certe, Magister noster Ortvine, doctores forte sunt causa, quia ipsi non clamant satis alte contra peccata.

MAGISTER GINGOLPHVS. Si nos essemus boni, sicut debemus, permitteremus quod iste ribaldus Erasmus rideret de nostra biblia? §. 33.

MAGISTER ORTVINVS. Permitteremus quod iste textualis Faber sic triplicaret de una Magdalena? §. 34.

MAGISTER LVPOLDVS. Permitteremus quod iste latinizator Reuchlin sic truffaret se de nostra Theologia?

ERASMVS ROTERODAMVS. Dii boni, quid istuc est quod audio? §. 35.

IOANNES REVCHLIN. Quod audivisti nihil est.

ERASMVS ROTERODAMVS. Nihil est?

IOANNES REVCHLIN. Non, medius fidius. Iuppiter, si celerius paulo surrexisses, crepuisses risu, ut ego suspicor.

ERASMVS ROTERODAMVS. Crepuissem risu?

IOANNES REVCHLIN. Ita me dii ament.

ERASMVS ROTERODAMVS. Cur, inquam, risu?

IOANNES REVCHLIN. Vix enim tibi temperasses, si istorum pallio tenus philosophorum nugas et deliramenta a principio intellexisses. §. 36.

ERASMVS ROTERODAMVS. Ain' vero?

---

8 dixi *recc.* 14 pro *sic 1. 2.* istos stolidos] stolide. *1.* 19 fidem (ut ego ... reuertam magistri nostri) totus *1.* 22 fit *1.* 30 audisti *2. recc.* 32 (Iuppiter) si *2.* 37 pallo *2.*

Digitized by Google

IOANNES REVCHLIN. Aio, hercle, vero: tot effutiverunt importunas loquacitates, ut ipsi quoque Heraclito risum suscitaturos dixisses.

§. 37. ERASMVS ROTERODAMVS. Age ergo, et rem paucis aperi, ut hic una rideamus.

IOANNES REVCHLIN. Tot ineptiis aures meos obtuderunt, ut unde primum sim exorsurus, non videam satis.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quod animo primum occurret, istud est quod volo.

§. 38. IOANNES REVCHLIN. Vis ergo dicam? damnant omnes omne genus literas.

ERASMVS ROTERODAMVS. Omnes vero?

IOANNES REVCHLIN. Omnes vero.

ERASMVS ROTERODAMVS. Et bonas?

IOANNES REVCHLIN. Bonas tantum.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid de malis?

IOANNES REVCHLIN. Illud est quod omnium probant maxime.

§. 39. ERASMVS ROTERODAMVS. Nullamne probant disciplinam?

IOANNES REVCHLIN. Rem solum probant unam.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid inquam?

IOANNES REVCHLIN. Quæ nullum omnino habeat ornamentum, barbariem.

ERASMVS ROTERODAMVS. Ho, ho, quid de græcis literis?

§. 40. IOANNES REVCHLIN. Iuppiter, est quod ridere satis nequeunt.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quia non norunt fortassè.

IOANNES REVCHLIN. Non norunt? quomodo nossent? congrui non sunt.

ERASMVS ROTERODAMVS. Congrui?

IOANNES REVCHLIN. Nec certe, quod multo magis mirabere, elementarii.

§. 41. ERASMVS ROTERODAMVS. Nihilne habent latini sermonis?

IOANNES REVCHLIN. Quem habent, latinissimum dicunt, et Ciceronis stylo pæne conformem.

ERASMVS ROTERODAMVS. Et ita est?

IOANNES REVCHLIN. Quid? Agrestes vetulæ, idiotæque rustici comptius multo loquerentur et purius.

ERASMVS ROTERODAMVS. Trahis me in admirationem.

IOANNES REVCHLIN. Nec certe immerito.

ERASMVS ROTERODAMVS. Non sunt tamen fabulæ?

§. 42. IOANNES REVCHLIN. Non, non.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quam artem profitentur ipsi?

---

[3] hic] huc *2. recc.* [4] redeamus *2.* [7] occurrit *2.* [9] *Pro habent , 2. recc.* [29] habent latiniſſimũ, dicunt & *2. Latinismum recc.* [30] pœne *1.* pene *2.* [32] Agreſtos uetulos, idioteqȝ *2.*

Digitized by Google

IOANNES REVCHLIN. Quam, nescio, suspicor tamen Theologorum nomen sibi vendicare.

ERASMVS ROTERODAMVS. Sunt ergo Theologi?

IOANNES REVCHLIN. Tales saltem videri volunt.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quales ergo tibi videntur?

IOANNES REVCHLIN. Quæstionarii.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid summe laudant?

IOANNES REVCHLIN. Nihil nisi quod est vituperandum maxime. omnes §. 43.
in primis carpunt audacule, seque solos opinantur qui deum prædicare,
de virtute loqui et sacris moribus verba facere debeant.

ERASMVS ROTERODAMVS. Vitam forte philosophicam degunt ac divi- §. 44.
tiis præferunt paupertatem.

IOANNES REVCHLIN. Paupertatem? Iuppiter, nullum est hominum genus, quod palatiorum pavimentum frequentius terant, quam isti.

ERASMVS ROTERODAMVS. Aspernanturne beneficia et animarum curas? §. 45.

IOANNES REVCHLIN. Aspernantur? Deus bone, immo vero per dies et per noctes insequuntur.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quoniam ergo mirabile est adeo huiusmodi hominum genus, libet adire propius, ut aliquando eorundem mores et vivendi ritum cognoscam. Proinde, mi Reuchlin, si modo hoc tibi non est onerosum, visamus quid agant id genus sophistæ.

IOANNES REVCHLIN. Placet, eamus. §. 46.

ERASMVS ROTERODAMVS. Sed priusquam eamus illuc, parumper me doceas, quibus ego verbis eosdem sum salutaturus aut quo allocuturus sermone?

IOANNES REVCHLIN. Volunt in primis se Magistros Nostros appellari.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid si id ego non dixero?

IOANNES REVCHLIN. Irascentur et colloquio suo indignum te iudicabunt.

ERASMVS ROTERODAMVS. Nomen ut reminiscar.

IOANNES REVCHLIN. Vocantur Magister noster Ortvinus de Daventria, §. 47.
Magister noster Lupoldus, Magister noster Gingolphus.

ERASMVS ROTERODAMVS. Salvete, Magister noster Ortvine, Magister noster Lupolde, Magister noster Gingolphe!

MAGISTER ORTVINVS. He salvete vere!

MAGISTER LVPOLDVS. Vere bona dies vobis! §. 48.

MAGISTER GINGOLPHVS. Bona salus, bona salus!

MAGISTER ORTVINVS. De ubi venitis vos duo? §. 49.

---

[3] ergo *omiser. recc.* [9] ſeque] . Sed *1.* predicare *2.* [12] preferūt *2.* [14] pauimenta *2. recc.* terunt, *1.* terat *recc.* [15] Aſpirant ne *1.* [16] Aſpirant *1.* per dies et p.] perdii & pernoctes *1.* [18] Quo nā *1.* [19] genus? *1.* [21] uideamus *2.* [24] ſum *1. 2.* [27] Quid *omisso* Id ego, ſi *1.* [32] Lupoldus, & *2.*

Digitized by Google

ERASMVS ROTERODAMVS. Roma.

MAGISTER LVPOLDVS. Et de quid faciendo?

IOANNES REVCHLIN. Illuc ieramus videndi pontificis gratia.

MAGISTER GINGOLPHVS. Pro quo faciendo volebatis videre papam?

ERASMVS ROTERODAMVS. Volebamus faceret nobis potestatem corrigendorum quæ in bibliis passim leguntur errorum.

§. 50. MAGISTER ORTVINVS. He, benedicite deus, vultis dicere quod nostra biblia nihil valet?

IOANNES REVCHLIN. Non, hercle, sunt tamen permulta quæ censoria indigent nota.

MAGISTER GINGOLPHVS. Et qua nota, per vestram fidem?

ERASMVS ROTERODAMVS. Corrupta est græci sermonis tralatio.

§. 51. MAGISTER GINGOLPHVS. Corrupta? Et sanctus Hieronymus non valebat ipse bene vos?

IOANNES REVCHLIN. Indigni sumus, qui Hieronymi vestigia deoscu-lemur.

MAGISTER ORTVINVS. Quare ergo vultis eum corrigere?

ERASMVS ROTERODAMVS. Corrigere, Iuppiter? immo vero quam dedit ipse tralationem restituere.

§. 52. MAGISTER LVPOLDVS. Per bonam veritatem, ecce bonum! restituere? hoc ergo quod nos cantamus quotidie in ecclesia, non est bonum? et si non est bonum, per consequens de post multis annis erravit ecclesia.

IOANNES REVCHLIN. Ecclesiam errasse non dicimus.

§. 53. MAGISTER GINGOLPHVS. Quid ergo vultis dicere?

ERASMVS ROTERODAMVS. Multa posse melius dici quam prius dicta sunt.

MAGISTER ORTVINVS. Sed, sed per vestram fidem, qui estis vos? dicatis nobis parum vestrum nomen, si placet vobis.

IOANNES REVCHLIN. Sumus illi quos norunt omnes, Reuchlin et Erasmus.

MAGISTER LVPOLDVS. Ho Iesus Maria, caput facit mihi malum, quando ego audio loqui de vobis.

MAGISTER GINGOLPHVS. Quis diabolus adduxit vos hic? ego eram bene hebes, qui erant isti zizaniatores.

§. 54. ERASMVS ROTERODAMVS. Acrius irascimini quam par sit.

MAGISTER ORTVINVS. Irascimur? per deum si essem papa, vos et omnes qui simulant vobis, essetis excommunicati, antequam esset unus mensis.

IOANNES REVCHLIN. Cur ita quæso?

---

4 uolabatis *1.* 5 Volebamus, ut .. *recc.* 6 erratorum *2.* 11 ueſtrum *1.* 14 sicut *ante* vos *addunt 2. recc. sed* valere aliquem *eleganter obscurum.* 30 Iheſus *2.* 32 adducit *recc.* 33 hebes *1.* hebres *2. et recc.* (*hébété* insipiens). *Gingolphus ad locum Pauli ep. II. ad Cor. XI. 21. sqq. respicere videtur.* 35 per Deos *recc.* 36 qui simulant vobis] = vestrum similes. esset] = exisset.

Digitized by Google

MAGISTER LVPOLDVS. Nonne est bona ratio? vos facitis nunc omnes hæreticos.

ERASMVS ROTERODAMVS. Quam hæresim disseminavimus? §. 55.

MAGISTER GINGOLPHVS. Tot quot ego non possem dicere.

MAGISTER ORTVINVS. Interpone tuis de parte diaboli, interpone tuis, latinizator Erasme; et tu similiter, grosse infamis Reuchlin.

IOANNES REVCHLIN. Nunquid etiam rerum nostrarum satagimus?

MAGISTER LVPOLDVS. Vos facitis vestras febres. utrum pertinet ad §. 56. vos corrigere Magnificat?

ERASMVS ROTERODAMVS. Quid, amabo, illic correximus? multa dicitis, nihil probatis.

MAGISTER GINGOLPHVS. Si unusquisque interponeret suis, omnia melius irent quam non faciunt.

IOANNES REVCHLIN. Nonne etiam quod nostrum interest, facimus?

MAGISTER ORTVINVS. Non, per diem sanctum.

ERASMVS ROTERODAMVS. Docete ergo nos, quid nostra referat, ut §. 57. consilio vestro prudentiores facti resipiscamus.

MAGISTER LVPOLDVS. Curate de vestro latino, facite metra, facite magnas orationes, facite imprimere libros de modo latinizandi.

IOANNES REVCHLIN. Nihilne de deo?

MAGISTER GINGOLPHVS. Non, de parte diaboli, non, quia non pertinet ad vos.

ERASMVS ROTERODAMVS. Ad quos igitur spectat?

MAGISTER ORTVINVS. Ad illuminatissimos et zelosissimos Magistros nostros, qui sciunt arguere pro et contra. §. 58.

IOANNES REVCHLIN. Iuppiter, quid istud est, Erasme? putant isti nebulones eloquentiam eo esse fato, ut eidem coniungi nequeat sacrarum literarum cognitio?

MAGISTER LVPOLDVS. Videte, videte adhuc quomodo ipsi sunt boni Christiani, quoniam veniunt adhuc loqui de Iove.

ERASMVS ROTERODAMVS. Audi imperitiam.

IOANNES REVCHLIN. Rude et agreste vulgus.

ERASMVS ROTERODAMVS. Cervices cerebro vacuæ.

IOANNES REVCHLIN. Quantum bene idiotis imponunt.

ERASMVS ROTERODAMVS. Vix certe digni mihi videntur qui elementarii dici debeant. §. 59.

IOANNES REVCHLIN. Hercle sunt indoctiores Philonide.

---

[8] vestras febres] scripta dictaque, *puto*, quasi deliraretis febrientes. [15] sanctam *2. recc.* [26] istuc *2. recc.* [29] videte *alterum omis. recc.* [30] Iove] *Nescivit hic Lupoldus ipsum præsentem Ortvinum hæretice cecinisse* Iovis alma parens. Cf. Epp. O. V. I. 38. i. f. [34] Quantum *1.* Quam *2. recc.* imp.] *imposent (du respect)* [37] Indoct. Philon.] Ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως· οὗτος ὁ Φιλωνίδης

MAGISTER GINGOLPHVS. Ho, quod ipsi sunt magni domini, quia dicunt grossa verba et non intelligibilia.

ERASMVS ROTERODAMVS. Obscuris verbis utimur?

MAGISTER ORTVINVS. Omnes bene vident.

§. 60. MAGISTER LVPOLDVS. Non est unus solus, qui possit intelligere hoc quod vos dicitis.

IOANNES REVCHLIN. Non ex his, qui sunt vestri pecoris archadici.

MAGISTER GINGOLPHVS. Vide adhuc: 'Archadici! quid hoc significat? ipsi volunt nos facere divinare.

ERASMVS ROTERODAMVS. Nescitis quid sit Archadia? multos illic habetis fratres.

MAGISTER ORTVINVS. Nos habemus vestras febres, quomodo? nos sumus de Colonia.

§. 61. IOANNES REVCHLIN. Erasme, nos deliramus, verba nostra non capiunt.

MAGISTER LVPOLDVS. Sed per vestram fidem dicatis mihi, quid indigemus de vestra latinitate?

ERASMVS ROTERODAMVS. Nos vero, quid vestros curamus barbarismos?

MAGISTER GINGOLPHVS. Barbarismos?

IOANNES REVCHLIN. Solœcismos, si mavultis.

§. 62. MAGISTER ORTVINVS. Adhuc melius, ipsi non volunt esse intellecti.

IOANNES REVCHLIN. Vadamus, Erasme, tu vides, surdis loquimur: isti Magistri nostri nihil dignum laude existimant, nisi quod meram barbariam redoleat.

§. 63. ERASMVS ROTERODAMVS. Eamus, saltem Fabrum Stapulensem quæsituri, ut nos adiuvet.

MAGISTER LVPOLDVS. Adducatis, adducatis nobis modicum vestrum Fabrum, et quod veniat ad defendendum suas tres Marias.

MAGISTER GINGOLPHVS. Fabricaverunt super dorsum meum peccatores, sed nos fabricavimus super suas spatulas.

§. 64. IOANNES REVCHLIN. Verbis temperare nequeo, neque tamen respondere audeo, ne ex stulfis insanos faciam.

ERASMVS ROTERODAMVS. Hos missos faciamus tantisper, dum subsidio nobis adfuerit doctissimus ille Faber.

§. 65. IOANNES REVCHLIN. Heus tu philosophe Faber, salve!

IACOBVS FABER. Salvos vos esse opto. quonam pacto res vestra agitur?

οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθὴς καὶ ὑώδης· κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Ἀριστοφάνης ὡς παρασίτους ἔχοντα, καὶ διὰ τὸν Λαΐδος ἔρωτα. κωμῳδεῖται δὲ ὡς συάδης ἐν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ. Apostol. parœm. III. 30. 6 pecus Arcadium: asini. „Arcadiæ pecuaria rudere credas" Pers. sat. III. 9. Cf. Plaut. Asin. II. 2,67. 9 nos *omis. recc.* 12 & quomodo *2.* q. = *comment?* 18 Barbarismos? *1.* Barba? *2. recc.* 22.23 barbariem *2. recc.* 26 modicum] *un peu.* ceterum Fabrum pusillo corpore fuisse constat. 27 quod *omis. 1.* (*Gallice:* qu'il vienne). 28 Fabricav.] Psalm. CXXVIII. 3. 32 dum] demum *2.* donec *recc.* 35 Quoniam *recc.* igitur? *2.*

Digitized by Google

ERASMVS ROTERODAMVS. Bene sane, modo valeas.

IACOBVS FABER. Equidem valeo, modo bene sit vobis. Quæ causa vos huc advexit, viri doctissimi?

IOANNES REVCHLIN. Audi, et paucis intelliges: inter ambulandum re- §. 66.
perimus nescio quos pallio tenus Theologos et Magistros nostros, qui nos probris affecerunt infinitis et intolerandis.

IACOBVS FABER. Quare affecerunt?

ERASMVS ROTERODAMVS. Damnant quæ scribimus, et nos velut hæreticos explodunt.

IACOBVS FABER. Utinam optimus eorum esset alterutri vestrum comparandus.

IOANNES REVCHLIN. Dicunt præterea non interesse quicquam de deo §. 67.
loqui.

IACOBVS FABER. Quid ergo volunt faciatis?

ERASMVS ROTERODAMVS. Nescio, nisi ut de diabolo tantum verba faciamus.

IACOBVS FABER. Mirabile hominum genus, qui sibi sapientes haberi volunt, et tamen sunt omnium stultissimi.

IOANNES REVCHLIN. Sed audi, audi, Faber, hoc nihil est, te perinde §. 68.
ac nos exibilant.

IACOBVS FABER. Exibilant? deus bone, et quamobrem?

ERASMVS ROTERODAMVS. Hæreticum te prædicant.

IACOBVS FABER. Cur ita?

IOANNES REVCHLIN. Quia dixeris legendum 'Et in terra pax hominibus bona voluntas'.

IACOBVS FABER. Cum eorum pace dixerim, ego ita in ecclesiis legendum non præcipio; sed moneo tantum hunc sermonis græci habere sensum. vos qui utramque nostis linguam, iudices estote.

ERASMVS ROTERODAMVS. Neuter nostrum diffitetur, quin rectissime dixeris. §. 69.

IACOBVS FABER. Nihilne aliud culpant?

IOANNES REVCHLIN. Culpant etiam tuas Magdalenas, et hæreseos loco damnant.

IACOBVS FABER. Quomodo culpant?

ERASMVS ROTERODAMVS. In publicis concionibus audiente populo te proscribunt, impium vocant, et ut hæreticum flammis devovent. §. 70.

IACOBVS FABER. Deus bone, qui prædicant non esse detrahendum, detrahunt? Si scriptis deliquerim, quare scriptis non confutant?

IOANNES REVCHLIN. Scriptis etiam confutare conatus est nescio quis

---

6 intollerandis *1.* 19 audi *alterum omiser. recc.* 20 exfibilant *recc. et sic statim post.* 24 Et in terra] Cf. supra §. 15. 27 præcino *1.* 39 qui *2.*

Digitized by Google

auriculatus et cucullatus frater de Grandi valle, qui ut doctrinam cum eloquentia habere coniunctam videretur, studuit quantum potuit sermonem suum phalerare.

IACOBVS FABER. Et quem adhibuit cultum?

§. 71. ERASMVS ROTERODAMVS. Universam apologiam pinxit perbelle.

IACOBVS FABER. Quibus coloribus rhetoricis?

IOANNES REVCHLIN. Barbarismis et solœcismis, ita ut prima quoque oratio authoris ineptiam satis arguat; illic infinitis pæne te afficiunt probris. Propterea oratum te venimus, ut ad expugnandos huiusmodi nebulones nobiscum arma capessas.

§. 72. IACOBVS FABER. Ego eorum verba nihili facio, neque iniuriis mihi curæ est respondere.

ERASMVS ROTERODAMVS. Impune ergo tibi detrahent?

IACOBVS FABER. Mordeant ut volent: respondere non decrevi, et vos ipsi, si verbis meis et consilio velitis acquiescere, relinquetis eos in sua loquacitate, neque vanas huiusmodi curabitis iniurias: scitis scriptum esse 'Mihi vindictam et ego retribuam'.

§. 73. IOANNES REVCHLIN. Certe, Erasme, ut paucis dicam, optime mihi videtur consulere Faber doctissimus: propterea si me audis, eos missos faciemus: crepent, increpent, clament, reclament, nihil ad nos. si tacuerimus, invidia rumpentur.

§. 74. ERASMVS ROTERODAMVS. Placet quod mones: redeamus ergo ad pristina studia, neque ineptis cuiusquam sermonibus ab opere bono desistamus. Auditores interim VALETE.

---

[1] cucullatus fr.] Cf. supra §. 14. de grandis ualle *2. recc.* [8] pœne *1.* pene *2.* [10] capefcas. *2. recc.* [11] nihil *recc.* iniuriis *omis. recc.* [14] uolunt *2. recc.* resp. non decr.] *i. e.* decrevi non respondere. [16.17] script.] Paul. ep. ad Hebr. X. 30.

Digitized by Google

Pro nunc volumus in fine certificare studiosos de commento seu lectura multum valde subtili, viri cuiusdam spectabilis magistri nostri Schluntz in universitate Erdfurdensi, quam compilavit super hoc egregium opus.

Illustris significat nobilis, gloriosus et generosus, et dicitur quasi intus habens lucem. §. 1.

Familia proprie dicitur illa turba hominum, quæ est in domo alicuius, sicut servi et ancillæ: et venit a nomine femur, sicut ponit vocabularius Gemma gemmarum. §. 2.

Alumnus dicitur a verbo alumno, as, are, quod significat pascere et nutrire, et hinc venit alumnus, quod significat eum qui alit et eum qui alitur, id est passive et active. Et possumus etiam dicere *alumnisare*, id est alumnum facere. §. 3.

Erdfurdia est una solennis civitas in Thuringia, et habet universitatem, quæ meo tempore fuit in flore. Et fuerunt multa supposita ibi, et etiam nobilistæ. et magistri qui fuerunt regentes in bursis, non permiserunt legere in poesi et aliis fantasiis; sed fuerunt diligentes in Aristotele, et fuerunt moderni et reales, et sciverunt fortiter disputare contra antiquos et nominales. §. 4.

Basilea dicitur a basilisco, quia olim ibi fuit inventus basiliscus. vel a Basile quodam rege, qui percussit ibi unum gigantem, ita quod rogavit eum propter deum, quod vellet cessare, et tunc ille rex ædificavit ibi civitatem. et dicunt quod ille gigas adhuc est pictus Basileæ in una turri ad perpetuam memoriam. §. 5.

Ars dicitur a græco artos, id est panis, quia omnes qui sciunt artem aliquam, possunt acquirere panem et victum et amictum. vel dicitur ab arcu, quia sicut in arcu possumus vulnerare corpus alicuius, sic etiam per artem percutimus mentem alicuius paralogisando eum, præcipue per loycam. vel dicitur ab arx, quia sicut arx est in altitudine, sic etiam ars est super ignorantiam. vel dicitur ab artus, id est articulus, quia sicut corpus movetur particulariter in suis articulis, sic etiam animus hominis per artes movetur in suis sensualitatibus. §. 6.

---

[1] Antiquissimum huius Schluntzianæ compilationis exemplum puto id esse quod dialogum præmissum sequitur in perraro primi voluminis Epistolarum O. V. exemplari, p. 213...215., quod Indice bibliogr. Epp. O. V. numero *6.* descripsimus.

[7] „Familia. *ein huſz gefinde.* Et dicitur a femur". *Gemma gemmarum.*

Digitized by Google

§. 7. *Zelosus* est pulchrum vocabulum, et maxime theologicale: quando theologi volunt dicere, quod aliquis est bonus Christianus, et habet bonam conscientiam, tunc dicunt 'iste homo est zelosus'. Et dicitur a zelus, quod idem significat quod fervor qui iacet sicut ignis in corde alicuius, qui amat fidem. et zelosi ita sunt ignificati per illum fervorem, quod velent libenter facere aliquid bonum, etiamsi deberent mori.

§. 9. *Status* dicitur a stando, quia quando aliquis est dives, vel habet unam bonam præbendam vel dignitatem, tunc dicimus 'iste bene stat', sed quando nihil habet, et est nulla in dignitate, tunc dicitur 'male stat'.

Finit se opus egregium magna diligentia a spectabilibus magistris nostris compilatum, et iam melius quam ante impressum in Utopia, in impressoria Claudi Sutoris cum stella tenebrosa. Anno quo supra: cavisatum etiam est, ut in aliis, ne quis audeat post nos impressare per decennium.

[PROCESSVS]

Contra Sentimentum Parrhisiense.

§. 1. Nos præsidens Scubulorum & assessores notum facimus per præsentes, quod anno, die et mense infra scriptis in audientia publica, ubi ad iura reddendum & causas audiendum pro tribunali sedere consuevimus, comparuerunt coram nobis discreti & honesti viri Cutius Gloricianus baccalaureus iuris ex una, & Hackinetus Petitus cursor in theologia partibus ex altera, in causa concernente quoddam prætensum, ut aiunt, sentimentum a facultate theologica Parrhisiensi apud S. Maturinum ibidem debito iuramenti sacramento recte con-

---

[15] Hunc processum quem appello typis expressum continet *1.* = MS. LAT. FOL. 239. BIBL. REG. BEROL. maximæ formæ folii 39. recta pagina 76 versibus. repetiit 2. = *G. Friedlænder*, Beiträge zur Reformationsgeschichte. Berl. 1837. 8°. p. 118...124. — Operarum, non editoris, qui hanc satiram post Pepericorni Defensionem repeti iusserat, ut legeretur supra post pag. 180., culpa fit, ut nunc minus opportuno loco legatur. — Fingitur hoc iudicium ecclesiasticum Romæ actum ad deridendam sententiam Parisiensem d. 2. Aug. a. 1514. latam, quam Pepericornus Defens. pagg. ſſ sqq. (supra p. 140. sqq.) repetiit, qui etiam p. ſſij[b] (supra p. 156.) de hac 'infami sententia per Reuchlinistas omnibus nobis irreverentialiter illudente, cui titulus Nos scubulorum etc.' questus est. [17] Scubulorum] *puto esse pro* Scubitorum (= excubitorum, qui excubias agunt), i. q. scrutatorum, qui scrutantur, examinant si quid poena dignum aut iudicio emendandum sit. [19] quo *2.* q *1.* [21] CVTIVS GLORICIANVS *1.* sub hoc nomine Glareanum latere puto. Cf. * Glareanus, et Epist. O. V. II. 38. [7] HACKINETVS PETITVS *1.* Cf. adnot. ad Epist. O. V. I. 35. et * Parvus. partibus ex alt.] *sic iterum infra* §. 32.

Digitized by Google

gregata contra Oculare speculum cuiusdam Ioannis Reuchlin decretum atque latum. Personis itaque illorum hinc inde legitimatis & renunciando utrobique modo procedendi in scriptis, sed magis eligendo quæcunque voluerint verbis & ore in medium producere, proposuit præfatus Gloricianus contra sentimentum prædictum Parrhisiense, §. 2. §. 3.

quod sit ab illis Magistris nostris nulliter seu magis inique iniuste temerarie iniuriose & contumeliose contra deum & evangelicam doctrinam quam profitentur, similiter contra ius et iusticiam divinam pariter & humanam, contra naturalem æquitatem dictatum & diffusum,

ex pluribus causis in iure & theologia fundatis.

Primo cum talis causa sit una ex his, ut aiunt, quæ ad solius B. Petri sedem sint referendæ, & sanctissimus dominus noster manum tunc apposuerit quod eis non competierit sine nova commissione apostolica in ea causa contra sententiam a iudice apostolico latam quicquam vel sententialiter vel doctrinaliter decernere atque statuere, aut quomodolibet cauterium in alicuius infamiam inurere, etiamsi a theologis Coloniensibus magna procul dubio, ut ipsi aiunt, necessitudine iunctis iteratis epistolis etiam atque etiam efflagitati fuerint, quorum sane vota in hac parte non fuerint religione plenissima sed invidiæ veneno polluta & infecta. §. 4.

Secundo si dicere vellent se doctrinaliter consuluisse, hoc non deberet valere in iudicio neque ullum iudicem movere, nisi puncta dubia iudex ipse dederit, vel partes litigantes illa inter se composuerint prout de iure. §. 5.

Tertio quod Ioanni Reuchlin non vocato neque citato fuerit per hoc adempta facultas recusandi consultores dantes consilium, quos potuit de manifesta & notoria suspicione & inhabilitate redarguere & reiicere, quia Parrhisienses theologi aperte profitentur se cum adversariis Ioannis Reuchlin Coloniensibus magna procul dubio semper necessitudine iunctos, et ideo se invicem nominant fratres & sorores, & sic sint familiares inimicis suis & habeant consimilem causam, & similiter quoque odiant Ioannem Reuchlin, timentes ne si literas & libros Hebræorum plantaret ita & disseminaret, sicut antea fecit de libris & literis Græcis, quod magna pars discipulorum propter politiora studia eis abstraherentur & ad veritatem hebraicam converterentur. §. 6.

Quarto quod temere præsumpserint se esse patronos simul & iudices in eadem causa atque etiam propria, & quod morem supplicibus Coloniensibus gesturi, ut verbis eorum utamur, ad causam nimis fuerint affecti & partiales. §. 7.

Quinto, quod iniuriis convitiis et infamia Oculare speculum affecerint dicentes illi nomen speculi non sine macula esse inditum, priusquam ad sentimenti sui prolationem venirent, cum tamen autor libri nunquam fuerit maculista, sed semper tenuerit beatissimam virginem Mariam sine originali peccato esse conceptam, ut libri sui ante viginti annos editi monstrant. §. 8.

Sexto quod scripserint hoc sentimentum a Decano & universis Parrhisiensis academiæ theologis emanatum esse, quod non est verum, quia illorum aliqui ex doctioribus antequam sigillaretur coram deputatis prætensam hanc conclusionem revocaverint ex eo quod ipsi deputati declarationem libello iunctam ad communem facultatem non retulerint, quam postea ipsi præfati doctores viderint, & propterea se sana conscientia non posse talia contra Ioannem Reuchlin concludere affirmaverint. §. 9.

---

4 producere. Prop. *1.* GLORICIANVS *1.* 20 ut] aut *1.* 38.39 maculista] i. e. Franciscanorum sententiæ defensor, negantium immaculatam Mariæ conceptionem.

Digitized by Google

§. 10. Septimo quod multi eorum non plene intellecta materia in facultate surrexerint, & vota sua qualiacunque in alios suos socios libere contulerint, ex quo sequatur quod non omnes doctores totius facultatis votaverint.

§. 11. Octavo quod in facultate quando aliqui doctiores voluerunt sapienter ponderare negocium, & aliquid in hoc negocio sanum dixerunt, tunc reliqua multitudo illiteratorum doctorum clamoribus aulam repleverint cum iniuriosis comminationibus contra huiusmodi prudentiores, quo factum fuerit ut tunc a literatis et illiteratis, sapientibus & insipientibus consilio inter se requisito ipse tumultus prævaluerit, & non sic exactissima cura discussum, examinatum, æqua lance trutinatum, ad amussim & articulatim libratum fuerit negocium ut ipsi suis verbis iactant, & ideo nullus doctorum se nominatim manu propria subscripserit, quod tamen de iure fieri debuit.

§. 12. Nono quamvis oculare speculum in lingua altæ alemanniæ compositum est, & eam Inferioristæ plane non intelligant, quid pro quo transferentes, tamen Parrhisienses theologi præfati solis Ioannis Reuchlin absentis adversariorum dictis credentes non fecerint comparationem translationis Coloniensium ad verum originale Speculi ocularis, cum Galli alemannicum non intelligant.

§. 13. Decimo quod sentimentum suum fundaverint super expresse falsa causa dicentes quod autor Ocularis speculi contenderit tota animi contentione thalmudicos libros esse asservandos, cuius contrarium esse verum manifeste apparet de libris thalmudicis & quibuslibet aliis docentibus hæresim vel blasphemiam quos nulla animi contentione asservandos contendit, sed magis igne consumendos ante omnia consuluit.

§. 14. Undecimo quod fundaverint etiam sentimentum suum super impertinentiis cuiusdam recitatæ narrationis de Thalmud consilio Parrhisiensium theologorum combusto quondam a Parrhisiensi episcopo, cum tamen talis prætensa sententia nihil faciat ad propositum, quia res inter alios acta &c. Præterea non constat quod in omni parte fuerit tunc condemnatus, sed forte in parte ea in qua hæreses & blasphemias continebat, quam partem etiam Ioannes Reuchlin ad ignem condemnavit, et quod condemnatio Parrhisiensium non liget alias universitates patet de articulis Parrhisiensibus de quibus dicitur quod non transeunt mare, multo minus transeunt Alpes.

§. 15. Duodecimo quod aliud sit de Iudæis in Alemannia commorantibus qui singulariter & specialiter sint privilegiati a sede apostolica quod non debeant molestari in suis libris ut patet per bullam Martini Papæ quinti.

§. 16. Quare dictis ex causis & aliis quibusdam brevitatis gratia nunc omissis petiit præfatus baccalaureus Gloricianus ut coniuncta persona & interesse habens, sæpe nominatum sentimentum tanquam famosum contra Iuris ordinem, caritatem fraternam, contra ius & iusticiam omnemque naturalem æquitatem emanatum per nos decerni & pronunciari nullum, irritum, inane, famosum, contumeliosum & propterea supprimendum ac igne consumendum atque consumi debere, ipsosque sentimenti autores ad publicam revocationem

---

[2] vota &c.] i. e. vota sua non ipsi dederint, sed sociis suis eadem permiserint. [3] notaverint. *2.* [9] exactifs. *1.* [13] ling. alt. alem.] *oberdeutsch.* [14] Infer.] *die Niederlænder.* quid pro quo] ut hodieque volgo dicitur i. e. inscite. falso. [25] thelogorum *2.* [27] res int. &c.] Cf. Ulpian. L. 1. Dig. de exc. rei iud. XLII. 2. [32] alpes *1.* [36] brev. gr.] Prædicatorum et Hochstrati fere peculiaris ad ignorantiam contegendam adhibita phrasis. [37] GLORICIANVS. *1.*

Digitized by Google

condemnandos esse & condemnari, cum refusione expensarum, salvo iure addendi &c. prout moris est & stili.

Ex adverso proposuit discretus & honestus Cursor prænominatus animo litem contestandi post præstitum de calumnia ab utrisque iuramentum, negando proposita ut proponuntur & specialiter dixit quod postquam tam studiose colendissimi Magistri nostri laboraverint sollicitante quodam de ordine Prædicatorum Magistro nostro zelosissimo Guiliermo Parvi regio confessore cum quodam episcopo qui nunc est in magna gratia regis, quamvis ea quotidie mutari possit, quod ipse rex Franciæ de quodam libello a Coloniensibus ad Parrhisienses misso persuasus ut sit respersus malis propositionibus, & tendat ad finem defensionis unius libri Iudæorum nomine Thalmud, commiserit & affectuosissime precatus sit ut theologica facultas visitet & examinet bene ad longum dictum libellum, quare credat illis licuisse. §. 17. §. 18.

Ad secundum respondit Cursor quod quamvis possit esse de subtilitate iuris, tamen theologi non curant iura, quia non sint de facultate eorum. §. 19

Ad tertium quod super libello processerint materialiter, & sic non fuerit opus citare personam. Et quantum ad causas recusationis, respondit per iuramentum calumniæ quod credat Parrhisienses theologos affectuosissime amare fratres suos Colonienses, & econtrario Ioannem Reuchlin atque cæteros humanitatis studiosos maxime odisse, quia non curant istos poetas. §. 20.

Ad quartum quod fuerint simul patroni causæ & iudices, respondit, quod credat eos hoc fecisse favore religionis, quamvis fortasse non sit iuridicum, tamen quia rex propter tam importunam instantiam sui confessoris mandaverit, ideo facultas voluit complacere utrisque contra Ioannem Reuchlin. §. 21.

Ad quintum quod hoc fecerint bono zelo, nec præsumendum sit de facultate theologa Parrhisiana quod iniuriam cuique facere possit, ita integri viri sint. §. 22.

Sextum de revocatione quorundam doctorum respondit per iuramentum præstitum quod credat esse verum sicut ponitur. §. 23.

Ad septimum quod hoc fecerint more suo. §. 24.

Ad octavum respondit sub iuramento eodem quod credat esse verum ut ponitur, sed quod festinandum eis fuerit, quia timerent ne superveniret eis Breve apostolicum quod processum hunc materialem impedivisset. §. 25.

Ad nonum quod merito crediderint Coloniensibus, quia etiam aliarum universitatum facultates eis crediderunt. §. 26

Ad decimum quod credat Parrhisienses ita fuisse informatos a Colonensibus, & maxime a Magistro nostro Arnoldo de Tungari collegii Laurentiani primario regente, qui plurimum laudatus est a Magistris nostris Parrhisiensibus super illo libro quem articulatim composuit contra speculum oculare Ioannis Reuchlin. §. 27.

Ad undecimum quod ex quo sacrosanctæ facultatis theologicæ Parrhisianæ doctissimi Magistri nostri profecto viri nunquam satis laudati solum deum præ oculis habentes ac pro fide & veritate zelantes ut patet luce clarius quam acerrima ingenia, quam illuminati intellectus, quam intrepida corda pro veritate §. 28.

---

[8] ex *1.* [7] Guil. Parvi] cf. Epp. O. V. II. 12. [8] episc.] Massiliensi, Claudio? [9] rex] cf. supra p. 149. [15] thelogi *2.* [17] recusationis resp. *1. 2.* [19] et contrario *2.* [26] cuique] i. e. cuiquam. [33] aliarum] Lovaniensis, Moguntinensis et Erfurtensis. [38] libro] Articuli sive propositiones de Iudaico favore nimis suspectæ *etc.* Coloniæ. 1512. 4°. [40] §. 28. Sensus, quamvis non sanus, tamen satis evidens, loci autem compositio corrupta est.

Digitized by Google

edicenda quanquam exercitati merito sint ab omnibus sequendi, tanquam ii qui omnia sciant & nihil ignorent.

§. 29. Ad duodecimum & ultimum de privilegiis Iudæorum Alemannorum respondit se credere theologos Parrhisienses nescivisse hoc privilegium, & fortasse si ipsi principales sui & aliarum universitatum facultates theologicæ vocassent aut citassent unquam Doctorem Ioannem Reuchlin, tunc potuissent illa privilegia vidisse & ita contrarium determinasse.

§. 30. Quare petat

se & sentimentum Parrhisiense a petitione Gloriciani absolvi cum refusione expensarum. Salvo iure &c.

§. 31. Nos igitur sufficienter auditis ab utraque parte propositis allegationibus, & terminis in huiusmodi negocio servari solitis, etiam ad conclusionem in causa inclusive legitime tentis & observatis, tandem ad petitionem utriusque partis matura deliberatione prius præhabita, tam theologorum quam iurisperitorum nobis consilio communicato, nostram in his scriptis tulimus & promulgamus sententiam diffinitivam in hunc qui sequitur modum.

§. 32. Christi nomine invocato pro tribunali sedentes & solum deum præ oculis habentes, per hanc nostram sententiam diffinitivam decernimus & declaramus in causa vertente inter Cutium Gloricianum ex una, et dominum Hackinetum Cursorem præfatum partibus ex altera, de & super quodam sentimento Parrhisiensium theologorum contra Oculare speculum & eius autorem lato,

§. 33. quod præfati Parrhisienses theologi hoc sentimentum indebite temerarie inique ac iniuste promulgaverint, dictumque autorem Ocularis Speculi illicite & iniuriose notaverint atque diffamaverint, & iccirco præfatum sentimentum tanquam famosum iure supprimendum & de medio tollendum, atque igne publice cremandum & comburendum. Ipsos autem sentimenti eiusdem autores ad publicam revocationem condemnandos esse, & condemnamus, cum refusione expensarum quarum taxam nobis in posterum re servamus.

§. 34. Acta sunt hæc anno, mense & die quibus supra.

---

[4] nesciv.] „qui omnia sciant et nihil ignorent"! [6] Reuchlin tunc *1. 2.* [9] GLORICIANI *1.* [17] CHRISTI *1.* [49] CVTIVM GLORICIANVM *1.* HACKINETVM *1.* [20] partib. ex alt.] ut §. 1.

Digitized by Google

[*ORTVINI GRATII DAVENTRIENSIS*]

LAMENTATIONES OBSCVRORVM VIRORVM

CVM

ADNOTATIONE ET COROLLARIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Lamentationes

Obſcurorum virorum. non

prohibite per ſedem Apoſtolicam.

Epiſtola D. Eraſmi Roterodami: quid de obſcuris ſentiat. cū ceteris quibuſdā: nō minus lectu iucūdis q̄ cognitu neceſſarijs.



Digitized by Google

Lamentationes

Obſcuroꝝ virorꝝ. nō phibitę p ſedē apl'icā. Ortwino Gratio auctore. Apologeticon eiuſdē. cū aliq̄t epigrāmatibus. citra cuiuſcūq; offenſionē. Interſunt breuia apl'ica duo. Ep'la Eraſmi Roterodami. quid de Obſcuris ſentiat. Impreſſio ſecūda cū additionib⁹.



Digitized by Google

Ne sine sua præfatione Ortvini Hochstratique ingenia in sequentibus prodeant, prologus esto

HERMANNVS NVENARIVS COMES
ad Lectorem.

En opportune tibi, lector candidissime, defensionem Capnionis nostri, nobis nuperrime ex urbe Roma transmissam per amicum quendam fidelissimum, Quæ edita est a quodam celeberrimo et acutissimo Romanæ academiæ theologo, quem in sua Apologia non audet nominare Reverendus calumniator. Est autem defensio illa ipsa, de qua scribit 'si hic heros sit vir ille, qui facturam fecit, cui initium nascitur "Rogasti me mi Stephane".' Hæc ille. Audistin' rhetoricantem istum logodædálum? sed audi quæ sequuntur, 'Sciant quoniam satis acceperunt responsi, quod in hanc usque horam Romæ apud reverendissimos dominos Cardinales citra replicam perdurat'. Hæc iterum ille. O bellum ænigma si Oedipum sortiatur interpretem! Dii me perdant, si non prius in Sphyngem incidero, quam enodare hoc sophisma præsumpserim. Exposuit tamen mihi quidam amicorum dicens, videri sibi ad hoc tendere sententiam, ut Romæ iam huic defensioni abunde satisfactum credamus. Quomodo ergo verum est quod præmisit, quando de tertio Heroe inquit, quod ignis devoraverit omnia, quæ ille pro Capnione coegerat? Si hoc est, quod verba hæc Heracliti scriptis obscuriora significare volunt, bene habet, si ignis nondum visa absumpsit, quomodo ipse vidit, et respondit? bona venia Reverendi huius patris dictum velim, impudentissimum, et plane suum esse figmentum: quomodo enim dicere audebit a se responsum fuisse coram Reverendissimis Cardinalibus, qui ipsum ne audire quidem voluerunt, quando multa rabie et malis furiis exagitatus omnia miscere suis syllogismis, suis inquam, hoc est ineptissimis clamoribus cupiebat? quando ad valvas sacrarum ædium conclusiones suas affixerat? mihi negare audebit? (negabit tamen, quid enim non neget qui omnia negat, præter ea quæ solus affirmat?) Negare inquam audebit suas illas conclusiones, ne dicam confusiones, Romæ in lutum, in pulverem publice concultatas, et ab ipsis sacris postibus passim direptas fuisse, omnium prætereuntium maximo cum risu et ioco? an negabit tum quum ad notitiam huius Herois consequendam ferventissime anhelaret pollicereturque se publica verbositate omnia capita Defensionis Reuchlinicæ demoliturum, responsum accepisse, rem iam abunde disputatam et a doctissimis viris optime perlustratam esse? quare importunus Declamator turpissime reiectus fuit, et repulsam suæ importunitati convenientem meruit. Hinc factum proculdubio, ut ad notitiam Herois illius, qui hanc excudit Defensionem, pervenire non potuerit. Gratuletur ergo sibi de tam gloriosa responsione, quam (ut opinor) muti tantum audiverunt, quia nemo hactenus de ea quicquam prodidit. Sed quid hoc est quod dicit? 'Si adhuc (inquit) illa aut alia huius Herois sint patrocinia, in lucem prodeant atque edantur. Videbitur nobis non deesse quod pro Deo et veritate loquamur'. O virum pro Deo et veritate loquentem. quid dicam? Pudetne nihil tam temeraria et profana verba proferre? quid cum convitiis et calumniis Deo? quid cum mendaciis veritati? quid Christo cum Astaroth? nugetur quoad libet, struat calumnias, convitia

---

[3] Extat hæc epistola inter 'Epistolas Trium illustrium virorum ad Hermannum comitem Nuenarium', de quibus vid. Indic. bibliogr. Hutt. pagg. 20*. sq. num. XIIII. 3. 4. 5. [5] defens.] Georgii Benigni, Romæ a. 1517. editam. [8] Rev. cal.] Hochstratus. [9] scribit] Apologiæ I. pag. a iiij.

Digitized by Google

exerceat, modo Deum et Veritatem ne tam temere in ius trahat. Cedo facile, ut in homines debacchetur, Dei nomen abhorreo in tam frivola concertatione, tam licenter a quovis etiam levissimo homine profanari. Satisfaciam tamen petitionibus ipsius, quæ ex tanto desyderio proficiscuntur: in lucem prodibit, et sese duello obiiciet Heros quem provocavit. Denudet iam pharetram tot egregiis syllogismis gravatam; siquid habet, promat, exoneret nunc illa plaustra, pluribus elenchis conferta, quam poematiis Thespis illa fuisse narrantur. De quo tritum illud

Dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis,

proferat tormenta illa magnifica, quibus (si Diis placet) vix culicem conficere possit, prodeant Gigantes isti terrigenæ, et moliantur adversus superos arcem, Imponant Pelio Ossam, ad ultimum Parturiant montes, nascatur ridiculus mus. Nos interim Pygmæi subsistemus, et eventum non sine risu contemplabimur. Meminerit etiam interim egregius iste et animosus Cyclops, cum suo (nescio quo) balbutiente διδασκάλῳ, quo dictante (ut mihi videtur) hæc sua heroica figmenta conscripsit, nos Pygmæos optimo esse animo et perbelle sperare, quando nobis adversus ranas pugna ineunda est, quas sacer Hieronymus vocat eos, qui in dialecticis spinetis et sophisticis strophis sua ingenia torquent affliguntque, nihil scientes et omnibus rebus temere sese ingerentes. hos comparat pesti qua inter alias Aegyptii fuerunt afflicti; hoc est ignavum illud pecus fucorum, qui alienis opibus, non proprio labore fœliciter vivere cupiunt. Meminerint ad nos nihil attinere quod de Catone et Hercule non minus inepte quam arroganter intulerunt, quos viros in numero semideorum egregios fuisse constat et strenuos, quorum alterum integerrima vita, alterum maxima et incomparabili audacia viguisse historiis proditum est. Nos vero adversum Epicuri de grege porcos, aut si mavis canes quosdam Circæos scripsimus, omni passim in cæno se turpiter volutantes, quorum nobis incognitus numerus semper fuit, nisi quod nunc duos protraxerunt ex theatro virorum fortium, quos traducere secum vellent in barathrum et sen-

Cato Hochstratus
Hercules Ortvinus.

tinam suorum virium, videlicet ut hic Cato sit, homo frugi et integer, ille Hercules vir fortissimus et maximo animo præditus. O Cato, quomodo nunc Turpiliani Senatusconsulti causam dicere cogeris? Quo nunc excidisti, ut in re frivola et propemodum puerili rem familiarem turpiter profunderes? Num cucullam etiamnum induisti, bone Cato, et factus es alienæ pecuniæ prodigus, qui prius ne domesticas quidem sine parsimonia et frugalitate curabas? Quomodo periurii, calumniæ, infamiæ, dicacitatis, levitatis et falsi notam nomini tuo imponi passus es? Posthac non mihi Censorius aut Uticensis vocaberis, sed vere Porcius, id est porcarius. Tu vero, Hercules, Antæum nactus es, quocum luctari possis. Nam si ad umbras hominum terreris, quid iam pugna opus est? Pudeat igitur te, o Hercules ficticie, tot egregiorum facinorum, pudeat te nominis tui, qui in grammatistam versus diceris, quem obscuri et nondum visi homines usque ad orbis angulos fugere coegerunt, adeo nunc tuiipsius immemor factus, ut inertiam tuam lamentando prodi malis, quam certando, et dum hoc agis, tam es ineptus et ridiculus, ut risu non homines modo, verumetiam Iuppiter ipse alioqui tibi charissimus emori possint. Sed valeant isti cum suo Hannibale, quem sibi ducem constituerunt, cæci luscum, cuius vivam imaginem, cuius effœminatos et vere Campanos mores, cuius perfidiam plus quam Punicam pulcherrime Cucullatus Hannibal expressit. hunc ad postremum unus Scipio retundere potest. Lector bone, ne te commoveat, quod tam-

---

[1] Cædo *1. 2.* [7] Thespios *4.* [9] *Hor.* art. poet. 276. [31] i. e. calumniæ causam.

Digitized by Google

diu ludimus. Nondum mihi cholera incanduit, prius levare splenem oportuit. Post hæc bili indulgendum est. Parum oleį et operæ hactenus impendimus, quod reliquum est arridentibus astris exactius curabimus. iam iacta est alea. Defensionem hanc cum Nazaræni dialogo coniunge. Deinde Acta causæ (siquidem curiosus es) diligenter adhibeto. Omnia ad metam usque continges. Vale, Coloniæ Idibus Aprilis. [*anni 1518.*]

EIVSDEM HERMANNI NVENARII ad Lectorem hendecasyllabi.

Lector, quisquis es, attamen pudicus
Sis, aut moribus optimis probatus,
Hunc tu perlege quæsumus libellum,
Aequa singula digerens bilance.
Nam nos ingenuos citare tantum
Lectores soliti, bonos piosque,
Arceri volumus gregem petulcum:
Hos, inquam, cynicos leves cucullos,
Quovis rhinocerote sæviores,
Quovis aspide virulentiores,
Ipsis passeribus salaciores,
Ipsis et canibus gulosiores.
Hi, cum delitiis fluant soluti,
Mores attamen arrogare castos
Audent, et sibi regulam Catonis,
Cum sint nequitia, procacitate,
Dolis, fraudibus, artibusque pravis
Pares Alcinois Neronibusque.
Quorum scripta legens, modeste lector,
Merdis omnibus obrui iubeto.
Nam cui Casia spirat, aut Amomum,
Hunc lædunt olidæ nimis cloacæ.
Quare naribus obstruens meatum,
Lector candide, tu tibi caveto,
Ne te pagina tam cacata lædat,
Flammis et pice digna concremari,
Vel saltem putidis premenda merdis;
Quæ nihil nisi turpe barbarumque,
Spurcum, infame sophisticumque garrit.
Sed iam comprime ludicros, Thalia,
Ludens hendecasyllabos, proterva:
Non est lusibus hæc agenda scæna,
Non est versibus explicanda paucis;
Sed cum res vocat, omnibus camœnis,
Quas vel Itala nutrit, aut Pelasga
Tellus; ipse meas feram querelas,
Et cum sanguine tincta viperino
Mecum spicula deferam cruentus.
At vos interea valere sanos
Lectores cupio petoque, Dixi.

Digitized by Google

¶ *ORTWINVS GRATIVS*

AGRIPPINENSIS ACADEMIE PHILOSOPHVS

PIO LECTORI . S . P . D .

Quę tibi hoc loco cognitu necessaria sunt, lector charissime, in fine istarum lamentationum, post Ioannis Murmellii epigramma et gravem Fidei querelam luce clarius intueberis. Te igitur oro atque obsecro, ut quę illic atque in ceteris quę subsequuntur, syncero corde complexi sumus, non solum diligenter legere, verum etiam nostri ac veritatis contemplatione boni consulere non dedigneris. Ibi enim invenies, quam potissimum ob causam et qua motus ratione lamentationes hasce Obscurorum familiari nostra oratione latinas fecerim, et expresso meo nomine in publicum prodire voluerim. Vale feliciter. Colonię ex ędibus nostris Anno a natali christiano .M.ccccc.xviii. nono kalendas Septembres.

Hoc Ortvini procœmium in ed. 1., quam primis anni 1518. mensibus operæ Quentelianæ paraverunt, non extat; addidit auctor alteri exemplo (*nobis 2.*) quod triginta foliis quadratis constans in fine habet: ¶ Impreſſum Colonię. Anno .M.ccccc.xviij. in Auguſto. | *Telos . και θεω δοξα.* | *Finis.* ꝛ deo gratia. De quibus duobus exemplis hoc quoque loco Eberti errorem, in quem alios quoque abduxisse video, notare debeo, eum quod (Bibl. Lexic. n. 6846.) primum exemplum ita descripsit ac si duo diversa essent, ideoque alterum (n. 6847.) tertium esse sibi sumpsit. Res ita habet: primum exemplum tribus plagulis (foliis 12 quadratis) constat, signatis A...C, in quarum fine est: ¶ *Finem habent lamentationes obſcurorꝝ* | Impreſſe Anno domini M. | CCCCCXVIII. | Ad hoc idem exemplum quasi appendix duabus singularibus plagulis (8 foliis quadratis, quorum novissima pagina a scriptura vacat), signatis a b, adiecta est 'Epiſtola apologetica Ortwini Gratii', in cuius fine legitur ¶ Colonie ex ędibus Quentelianis Anno M.ccccc.xviij. | quinto Idus Martias. | Ipse usu didici extare exemplia principis editionis tam sine illa appendice quam cum ea coniuncta, neque vero illæ tres plagulæ, ubi seorsum extant, a tribus prioribus eorum exemplarium plagulis, quæ e quinque compactis plagulis conposita sunt, quidquam differunt. Ceterum in ipsa secundæ editionis inscriptione appellatur 'Impreſſio ſecūda cū additionibus' atque ipse Ortwinus aperte duo tantum exemplia a. 1518. prodiisse testatus est his verbis (pag. c ij. *edit. 2.*) positis: „*Finis lamentationū vetex* q̄ nūdinis aplīb hoc eo-|dem anno ędite ſuerūt. et q. s. [13] nono Id9 ſeptēbres. *est in 2. sed correctorium* (pag. f ij) „legēdū ē nono kalendas Septēbres ꝛ nō Idus. *Nisi totus liber finitus diceretur* 'in Augusto', *putarem Ortvinum pro* nonis Septembribus *ab initio scripsisse* nono Idus Septembris. *Credamus itaque homini scriptam esse hanc epistulam d. 24. Aug. a. 1518.*

Digitized by Google

¶ *Apollo Delphicus*

Doctori Gryllo

obscurorum virorum pręceptori

.S.P.D.

Habeo discipulos quosdam tuę commissos fidei, quos nisi meliorem docueris disciplinam, Musas proculdubio constuprabunt, quę mihi die noctuque coniunctissimę sunt. Valde enim illos timeo, non propter eorum probitatem, sed nequicias solum. Audaces sunt, temerarii quoque et impudentes, nihilque apud eos loci virtus habet. Vide ne vulgare illud proverbium populus ingeminet: [*Mali corvi, malum ovum, hoc est*] *Qualis magister, tales et discipuli eius. Cave montem ascendant Pernasum, ne novam ibi somnient hęresim, novamque excudant blasphemiam. Si in sacratissimas sedis apostolicę indulgentias cacare audent, nulli dubium, quin et Heliconem mihi ac Musis sacrum, et ex quo bibere sum solitus, suis conviciorum stercoribus coinquinabunt. Si non habet alios sui defensores Capnion meus, suum oculare speculum comburatur necesse est. Quapropter si carnificum tibi virgę non sufficiunt, ferreas cape, et quibus apud inferos cacodęmones utuntur, ut eorum viscera duris torqueantur verberibus. Deinde Cimmerios petant, iuxta Baias in cavernis Plutonem adorantes. Quod si illis displicuerit, ultra Sauromathas fugiant, aut in Caspiis montibus cum Gog et Magog perpetuo exulent, ne studiis communibus obesse videantur. Digni enim sunt scalis Gemoniis, qui sub obscuro suorum nominum velamine omnia divina atque humana confundunt. Quę si invaluerit malorum licentia, nemo sub sole principum ab impudentibus lenonum convitiis liber erit. Si poetę sunt, pessimi profecto sunt, nec divino quidem* [*(qui nullus esse potest)*] *sed diabolico* [*potius*] *furore pleni. Pręcipimus itaque bonis omnibus et veris potissimum poetis, ut tam malevolum genus hominum perpetuo detestentur. Vale. Ex monte Pernaso. et doctorem Braetspis meis verbis plurimum salutato.* Τελος.

---

[5] quos *1.* q̊s *2.* [8] neq̃tias *2.* [10] *Quæ uncinis quadratis* [ ] *inclusimus, hic et in sequentibus, exemplo 2. addidit Ortvinus, in principe (1.) non leguntur.* [18] heliconem *1.* Caſtaliū *2.* [15] meus. *1.* vr̃ (*i. e.* vester) *2.* [27] potiſſimū *1.* tandē *2.* [28] *In 2. sic est:* Ex monte pernaso infaustis musarum auibus. et scribe Ioanni Reuchlin. vt intelligat Iouem patrem meum non diabolum fuisse sed hominem. [28.29] Braetspis] *Holandice scriptum Germanicum* Bratspieß. [29] *Τελος. non habet 2.*

Digitized by Google

LAMENTATIONES OBSCVRORVM.

1.

¶ *Simon Lutzbubularius*

Ioanni Peltzflickerio S. P. D.

Heu quam prȩcipiti mersa profundo
Mens hebet, et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras!

Heu me miserum, heu nos infelices, quam obscura nube nostri caligant oculi, et mentis vigor elanguit! Gavisi quidem eramus nos obscuri solum Reuchlinistę et iucundo manuum plausu, amicorum nostrorum gratulabamur epistolis. Sed nescio (hei nobis miseris!) quid obstreperi rumoris excitare nobis videatur Zacharias quidam cognomento Lucensis, cui mihi nuper responsiones quasdam in nostras epistolas, Musis (ni fallar) et Apolline dignas, proximis hisce diebus revidendas misisti. Melius est ire nunc ad domum luctus, quam ad domum convivii: Lamentationibus opus est (quantum mihi videre videor) non exultatione, lachrymis, non deorum cibo. Vereor admodum, ne dum simplices ac synceri Christifideles plene iam sapere ceperint nostra mysteria, quas alii nequitias, alii blasphemias, alii vero nebulonum versutias (nescio quo ducti spiritu) appellitant: vereor inquam, ne et hi, quorum defensione et assistentia [in hunc usque diem, nequiquam] gloriati sumus, in contrariatum versi Crucis signum ac indulgentias [a nobis impiissime] permerdari, Tunicam Iesu Christi pediculosam nuncupari vestem, Regum corpora Colonię reposita, et summis honoribus a maximis quibusque in ecclesia hactenus venerata, veluti rusticos ex Westphalia rideri, et alia his similia tristi animo ferre, detestari, persequi, debitaque tandem animadversione ad-

[1] *Sic 1.2. inscriptionem habent, non, ut recentiores,* OBSCURORUM EPISTOLÆ SIVE LAMENTATIONES. [2] *In antiquissimis duobus exemplis numeri singulis epistolis non præscribuntur, quos ex recentioribus, quamvis sordidissimis exemplaribus retinuimus.* [5...7] *Boeth. cons. phil.* I. *metr.* 2. [12] *Pro* Zacharias ... Melius *in 2. sic est:* nostrarum depromptor lamentationum Sacre nos fugiunt muse Apollo deserit Charites detestantur. Melius itaque nobis Zacchar.] Cf. infra ep. Zachariæ Lucensis. [15.16] Lamentationibus *1.* Eiulatione 2. [23] nuncupare *1.* [25] *Pro* tristi ... persequi *in 2. est:* . egre sint laturi.

Digitized by Google

hibita, punire nos omnes pergant, et in sterquilinium infamię coniectent. O quam mihi metuo! nec mendaciis (ut video) nitendum est, nec eorum patri. Iuva me obsecro consiliis tuis. Nam siti enectus est Tantalus. Vale diu. Tuitii ex porcina Iudęorum hara. Anno .M.cccccxviii.

2.

¶ *Ioannes Peltzflickerius*

Simoni Lutzbubulario Scrophę filio .S. P. D.

Accepi litteras tuas, mi suavissime Ioannes, quibus continuo lectis in extasim corrui, ac densissimam fere domus postem capite meo infregissem. [Quid multis?] Accurrunt amici, confluunt vicini, contrectat venam medicus. His omnibus peractis, ac cęna tandem opipare instructa, legi assidentibus tuas ad me litteras: tacuere omnes qui aderant prę timore: attamen quia omnia nobis licere putabant, rumorem vulgo discussum parvi fecere. Audio tamen [(ut ingenue fatear)] quorundam haberi colloquia, qui poetas quosdam bonos et sapientes esse dixerunt Christi opprobria deflentes, eosque crucem [a nobis] permerdari et rideri tristissimo ferre animo palam affirmabant. O nos miseros et infelices! Non possum te consolari super his rebus, quum nihil prę se ferant (ut inter nos loquar) probitatis. Omnia in pręcipiti rotantur. nemo nostrum sit, qui non luctu ac męrore et in tenebris et in umbra || mortis aij[b] *somnicu|lose instar gliris contabescat. Nulli tamen nostrum concidat ani-* Aij[b] *mus. Plures enim numero theologis sumus, nec illi nos sophisticis suis syllogismis aut libris sententiarum convincent, qui pręter doctores ecclesię legerunt nihil, nec illud quidem Virgilianum intelligunt, Coridon ardebat Alexis. Vale ex Buckelmunda, Anno quo supra.*

3.

¶ *Ioannes Pellifex*

Bernhardo Plumilegio .S.

Novi te esse astrologum et capitulum Valerii Maximi de somniis lectitasse, te quoque esse et haruspicem et nigromanticum. Quare te oro atque obsecro, ut corpore sphęrico rite diligenterque a te perspecto hoc mihi dissolvas portentum. Dormitanti mihi hac nocte plurimumque stertenti tristis quędam imago apparuit, quę me in penetralibus intimis

---

[4] *Deutz.* [7] bubutzbulario *1.* Scrophe filio *omis. 2.* [8] lr̃as *1. 2.* [13] quum omnia nobis licere putarent. *2.* [19] loquamur *2.* [20] sit, qui] ſi qui *1.* [24] Vergilianum *2.* [25] Alexis. *sic 1. 2.* (Alexim *Verg. ecl.* II. 1.)

Digitized by Google

cubantem terrens quietem somni dulcissimam interrupit, noctis quoque fecit excubias et lachrymabili voce ac planctu pectoris iuxta lectulum stans, magnos effudit eiulatus. Quid hęc portendant ignoro. Timeo inferni potius [(de quo noster Capnion locutus est)] quam superni Iovis fuisse imaginem, nobisque nonnihil infelicitatis imminere. Vale ex Liptzich anno quo supra.

4.

¶ *Bernhardus Plumilegius*

Ioanni Pellifici .S. P. D.

Quas mihi misisti litteras, ingratissimę fuerunt. Addidisti dolorem dolori, et semimortuum pęne interfecisti. Non est astrologia opus in tuo somnio discutiendo, non in astris res hęc sita est, sed in hominum nobis adversantium voluntate. Sume prius animum, ne quod nunc scripturus sum, te in terram prosternat. Intravi nuper ecclesiam divę virginis, et ecce quidam cucullatus sacerdos, sacrę theologię doctor, omnibus illic pręsentibus, breve quoddam apostolicum ostendit, illiusque sententiam membratim declaravit. Dixit autem in eo contineri, sanctissimum dominum nostrum Leonem papam decimum, omnibus nobis maledixisse, nosque a nullo in terris sacerdote (excepta tamen mortis hora) absolvi unquam posse. Adiecit quoque idipsum de impressoribus, venditoribus et lectoribus intelligendum. Alia insuper in eodem brevi continentur quę magis auditu horrenda sunt. Beatissimum scilicet patrem nostrum Leonem decrevisse, quod quilibet Christianus sub pena excommunicationis latę sententię, debeat nostras epistolas, sive de prima editione sint sive de quarta, intra tres dies comburere, quodque nemo christifidelium sub eadem pena illas unquam legere attentet, quum [et] in scandalum Christi sint et totius ecclesię catholicę. Postremo pręcipit cunctis, ut nostri notitiam habentes suis nos prodant iudicibus, quo meritas dare penas cogamur [vel inviti]. Hęc boni consulas velim, teque quantum possibile est consoleris. Nam ego (ut ingenue tibi fatear) ita sum animo consternatus, ut me fortasse vivum posthac visurus sis nunquam. Scribe interea ceteris contribulibus nostris rem omnem, ne soli in miseriis esse videamur. Nam dulce est socium habere in penis. Vale. Ex Wittenberch cum sacco per civitatem etc.

---

[11] hec res 2. [13] nuper sacram diue virginis edem. 2. [22] ꝙ chıſtiani [*sic*] oēs 2. s. p. l. e. debeant. [23] *Pro* sive quarta *in* 2. *est* cuiuscunque etiam sint editionis. [33] cum sacco *etc.*] *Verba cantilenæ trivialis.*

Digitized by Google

5.

¶ *Ioannes Pellifex*

Bernhardo Plumilegio .S.

Tristius nunquam habui somnium, severiorem nunquam somniorum interpretem. Proh Iuppiter! proh dii immortales! [proh omnium princeps Musarum Apollo!] quantis nunc arta|mur angustiis! Nescio quo me ‖ Aiij *consoler, quibus quèrar, aut qua insistam via. dolores profecto inferni* aiij *nos (ut video) circumdederunt: ne tamen soli nos (quemadmodum tibi placet) in miseriarum sterquilinio delituisse videamur, brevis illius apostolici exemplar, priusquam moriar, ad me dato, ut omnes [perfricta fronte Reuchlinistas] trepidos atque anxios reddam. Tu vero quas habes epistolas nolito flammis tradere, quia non opus est plura nos sacerdoti in confessione referre, quam illum scire velimus. Vale. ex Dulmania [et Bacchum tui ventris deum semper adora].*

6.

¶ *Bernhardus Plumilegius*

Ioanni Pellifici.

Iam mala me scabies, iam morbus regius urget,
Iam phanaticus error et iracunda Diana.

Me miserum! Sum plena cruoris irudo. Quod mihi de peccatis falso confitendis scripsisti, summopere mihi placet. Possumus quoque hoc festo paschatis ac deinde aliis aliquot subsequentibus festis, vel alio proficisci, vel non redire domum absentes, talique ludo nos semper Christianos agere, donec clarior Phebus nobis illuxerit. Mitto tibi hisce meis litteris inclusum brevis apostolici exemplar, quod ne in manus religiosorum veniat, tui erit officii providere. Paulo validior sum, et Epicuro suum sagino porcum. Vale. ex Lyptzick. [Prȩsenti quoque veneno (quo plurimum abundas) omnes istic theologos interfice, nosque semper maximi facito.]

Leo papa decimus

Universis et singulis prȩsentes litteras inspecturis Salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus non sine gravi animi molestia nonnullos iniquitatis filios, a quorum oculis dei atque hominum timor ab-

---

12.14 Dulmania *vt. 1.*

18 *Hor.* art. poet. 453. sq. „Ut mala quem scabies aut morbus regius urguet Aut fanaticus *et c.* 20 plena cruoris hirudo *novissima artis poeticæ verba sunt.*

Digitized by Google

cessit, improba ac damnabili et temeraria loquacitate ductos quendam libellum famosum, cuius titulus est 'Epistolę obscurorum virorum ad venerabilem virum magistrum Ortwinum Gratium Daventriensem Colonię Agrippinę bonas litteras docentem, et reliqua', edere, et editum imprimi facere, atque ad diversas orbis provincias, quo eorum temeritas notior fieret, et scandalorum materiam diffusius seminarent, mittere pręsumpsisse. In quo libello inter cetera contra sacrę Theologię et pręcipue ordinis fratrum Prędicatorum professores, et Coloniensis ac Parrhisiensis Studiorum in eadem Theologia magistros, Quorum aliqui nominatim exprimuntur, tot iurgia, contumelię et convitia proferuntur, et alias tam spurce et petulanter invehitur, convertendo etiam ad scurrilia sacra eloquia, ut expediat quantocius pro Christianę religionis honore illius lectionem tanquam labem pestiferam a rerum natura depelli, Scandalosę vero huiusmodi garrulitatis auctores debita animadversione puniri. Quocirca auctoritate apostolica tenore pręsentium omnes et singulos utriusque sexus Christifideles cuiuscunque status, gradus dignitatis et excellentię sint, requirimus et monemus, eïsque sub excommunicationis latę Sententię pena, ipso facto quo pręsentibus non paruerint, incurrenda, a qua nonnisi a Romano pontifice, pręterquam in mortis articulo absolvi possint, districte pręcipiendo mandamus, Quatenus infra triduum, quo pręsentium notitiam habuerint, a dicti libelli, eiusque exemplarium lectione perpetuo abstineant, illaque per omnia igne comburant, et qui ipsius libelli aiij^{b} Aiij^{b} *auc||toris seu eius exemplarium | impressorum vel scriptorum, aut illa tenentium et comburere negligentium vel recusantium, seu eorum alicuius noticiam habuerint, eos Ordinariis locorum, In quorum Civitatibus vel diocesibus illi tunc maram trahent, aut eorum officialibus seu vicariis per eos debita pena afficiendos, infra idem triduum revelent. Iniungimus quoque in virtute sanctę obedientię et sub eadem pena Ordinariis pręfatis, eorumque Vicariis, Officialibus et ministris, ut contra auctores diffamationum et illarum scriptores et impressores huiusmodi prout delicti qualitas exigit, iusticię vindictam exerceant, et excommunicationem per nos latam in eos, quos illam incurrisse constiterit, inviolabiliter observari, et tam eisdem Ordinariis, quam parrochialium et aliarum ecclesiarum Rectoribus, ut quotiens super hoc pro parte alicuius prędicatorum vel alterius ordinis fratrum aut generalium Studiorum magistrorum in Theologia fuerint requisiti, pręsentes litteras vel aliquod ex earum autenticis transsumptis, quibus publici Notarii subscriptione, et alicuius prelati vel Curię ecclesiasticę Sigilli impressione munitis fidem ubique decernimus adhibendam, in eorum ecclesiis dum populi multitudo eo ad divina convenerit, duobus aut tribus diebus dominicis vel festivis publi-*

---

[8] Colonieñ Parrhisieñ *1. 2.* [12] q̃totius *2.*

Digitized by Google

cari faciant, etiam si expediat, sermone vulgari, ut quanto citius fieri possit, tale nefandum scelus quod hęresim sapit, ne ulterius serpat, penitus extirpetur. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis Ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romę apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris. die .XV. Martii. M.CCCCC.XVII. pontificatus nostri Anno quarto. *Ia. Sadoletus.*

7.

¶ *Ioannes Strausfederius*
Nicolao Caprimulgio .S. P. D.

Multa mihi litteris, conplura vivo narrantur sermone, quę quantum mihi ac nostrę coniurationis complicibus displiceant, neque calamo scribere, neque vocalibus organis explicare possum. Illud tamen prętерire non valeo, quod nuper a quodam iurisconsulto haud vulgariter erudito non sine colerę motu dictum accepi, 'Quando' inquit 'Ollilambius, unus de obscura Reuchlinistarum aliquot cohorte, homo nequam, salaces suos ac plane histrionicos prosequi volebat iocos, et signum suę amicę in foribus merda notare, longe rectius has litteras S. N. sive K. N. sub merda, in eo quem in almanica lingua faciunt sensu, Aut certe si magis versu id ludere placuisset, "Hic os prępone, crucis signo (per quod redempti sumus) longe pertransito", collocasset. Eo namque pacto pulchra facecia (ut vestri leckerii dicunt) talique ludo maxime (sicuti dicebat) contigisset. At crucem tam impudentibus rebus adhibere, eamque permerdare, ac postea de utroque gloriari, nimis aperte (inquit) Iesu nazareni olet blasphemiam'. Hęc ille. Ego vero tametsi vera illum loqui, propria dictante conscientia non ignorarem (quum teste Augustino Conscientia sit mille testes) ipsi tamen nostro more et ex subito calore [motus] mala imprecabar plurima, sed sub silentio, et prorsus nullo audiente, quum vulgaris turba, totusque ferme clerus, pessima quęque de nobis et sentiat et loquatur. De contradictionibus autem Zacharię Lucensis [theologorum amici] recte auguratus est Lutzbubularius noster, nam | penitus A4
a nostris || abhorrent institutis. Nullis itaque rebus attentis etiam veris, quę a iiij
vel contra nos vel pro theologis valere dignoscuntur, hoc unum nobis agendum est, ut noster Reuchlin apud rusticanam multitudinem nullatenus decidisse videatur, aut in tenebris nobiscum delitescat. Iccirco astu, fraude, mendacio et si quid aliud est, quo theologos, etiam falso, infamare possimus, semper utamur. De veritate enim et iusticia nulla nobis certa est spes. Ceterum dii fata secundent, quum vel Theocrito

---

[4] apud *1.* ad 2. [15] aliquot *omnes.* [21] *non* decebat. [25] Aug.] *Quintil.* inst. or. V. 11, 41. [26] ipe 2. [37] *Theocr.* IV. 42. Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Digitized by Google

teste Vivis duntaxat sperandum sit. Vale diu. Moguntię ex domo luctus et convivii [quam vulgo Coronam appellant]. Anno quo supra. Saluta nobis poetas quos istic nosti nobis amicos [et theologis inimicos]. Iterum vale.

8.

¶ *Nicolaus Caprimulgius*
Ioanni Straußfederio.

Proh Iuppiter! proh dii immortales! quam calamitosam mihi scripsisti epistolam! Utinam me gladio transegisses, ubi me tantis enecasti doloribus. O tremendum apud inferos Plutonem! Alii nobis ludibrio esse consueverunt, at nos illis modo. cęca nimium et inconstans (ut video) est Fortuna, quę merito cęcis nobis suique similimis favere debuisset. Quid multa? Ego cholericus sum nihilque iniuriarum pati possum, quibus si iterum vel per litteras fuero, vel certo vulgi rumore ante prospectum correptus, laqueo guttur infringam, quia satius est me meis rebus gestis apud inferos florere, quam hic sub orbe lunari a theologis aliquam iniuriam pati. Sic fac et vives. [Vale. ex Lyptzick. [et saluta nobis Iovem, nostri Apollinis omniumque Musarum patrem.]

9.

¶ *Petrus Haphenmusius*
Francisco Genselino Schelmoni .S. P. D.

Tristi sum patre genitus, matre melancolica, Patruum habeo importunum, difficilem, querulum, Amitam quoque cunctis invisam. Non mirum igitur si tristia tibi nunciem. Intravi nuper ecclesiam in festo nativitatis Christi, magis ex pręcepto quam ex bona voluntate, Et ecce doctor quidam Zacharias nomine, nemini non dilectus, habebat in manu sua breve quoddam apostolicum, in quo totus obscurorum grex ęterna maledictione cum omnibus suis complicibus severissime punitur. Multis itaque in nostri contumeliam coram clero et populo in medium prolatis, stentorea cepit voce clamare, O maledicta et execrabilis Obscurorum secta! O temerarius histrionum exercitus! O fetidissimi ludionum greges! O impudentissimi in omnes sycophantę, qui neque deo parcentes nec sanctis eius viros bonos, pro ecclesia dei contra oculare speculum ad sanguinem usque decertantes, contumeliosis lacessere conviciis non erube-

---

20 Hahenmuſius. *1.* 24 Intravi *1.* Accessi *2.* 25 ex *ante* bona *omis. 2.*

Digitized by Google

scunt, cum nihil ad rem facientes Capnioni suo plus noceant quam prosint. Hęc et his similia doctor ille constanter protulit, in me sępenumero tortuosos deflectens oculos. O quam mihi timui [miser], cui mors propior erat quam vita. Nam si vulgaris plebecula me unum ex illis esse intellexisset, nunquam vivus rediissem domum: quum, teste Alexandro Gallo,

sit vulgus pelagus indeclinabile virus.

Vale ex Norenberga Anno quo supra.

10.

¶ *Franciscus Genselinus Schelmo* A 1b a 1b

Haphenmusio Philocapnioni .S. P. D.

Tristicia exiccavit cor meum, et caro mea immutata est propter oleum. Non sunt mihi nova quę scribis, sed omnia quę in brevi apostolico continentur, apud nos invaluere, et divum templis publicitus affixa nemo non aspexit. Vę nobis insipientibus! quo subitus calor, quo furor poeticus, quo insana maledicendi rabies nos malefidos perduxit? Honorare voluimus Ioannem Reuchlin [patronum nostrum], at ęterno illum dedecore, rectę rationis obliti, plus ęquo commaculavimus. Fecimus quę nostri fuerunt muneris, licet nemo sapientum (ut sub rosa tecum loquar) boni illa consulat. Verum enimvero, ut ęquali te dolore extimulem, et par pari censear retulisse, Erasmus ipse Roterodamus, theologorum disertissimus (hei mihi vereor dicere) in epistola quadam ad Ioannem Cęsarium sese a nobis commendatum fuisse, vehementer detestatur. Ne igitur soli sapere videamur, iustum tibi illius exemplar his occlusum litteris transmitto, ut commissi criminis nos quandoque pęniteat, nosque impudentissimos esse ganeones non ignoremus. Vale ex Friburga sexto Gręcorum kalendas [et Pythagoram tacendo imitare].

[*Epistola Erasmi Roterodami*

quam hic honoris gratia interposuimus, ut ea quę falso illi a malevolis imposita fuere quantotius evanescant.]

¶ *Erasmus Cęsario suo .S. D.*

Magnopere mihi displicebant epistolę obscurorum virorum. iam tum ab initio: delectare potuisset facecia, nisi nimium offendisset exemplum. Mihi placent lusus, sed citra cuiusquam contumeliam. Sed molestius

---

5 *Alex. Gall.* de generib. nom. v. 162. „Hoc vulgus ... virus". 12 Trist.] cf. Ioann. XVI. 6. caro *etc.*] Psalm. CVIII. 24. 23 commendatum *1.* laudatum 2. 31 De hac epistola videsis Hutt. opp. I. p. 149. n. LXI., ubi eam repetivimus. 32 . iam tū ab initio delectare *1. 2.* 33 offendiſſ 2.

Digitized by Google

fuit quod in posteriore editione mei quoque nominis mentionem admiscuerint. Quasi parum fuisset ineptire, nisi nos quoque vocassent in invidiam, et magnam partem fructus tot studiorum laboribus expetiti corrupissent. Ne id quidem satis est visum. En alter libellus priori adsimilis, in quibus crebra mentio fit eorum quibus scio lusus huiusmodi nequaquam probari. Quam male consulunt isti, non solum in seipsos, verum etiam in omnes quibus bonę litterę charę sunt. Iam illud est omnium molestissimum mihi, si modo verum est, quod mihi istinc reversus famulus meus Iacobus narravit, apud complures haberi Colonię libellum nescio quem in Iulium pontificem, quomodo mortuus exclusus sit cęlo per Petrum. Audieram iam pridem huiusmodi fabulam actam in Gallia, ubi talium nugarum immodica licentia semper fuit. Eam opinor aliquis in latinum sermonem transtulit. Demiror quid istis in mentem veniat, cum sic ocium et operam perdunt. Ceterum admiror esse qui suspicentur tam insignem ineptiam a me profectam, opinor ob id quod sermo fortasse sit paulo latinior. Lusi quidem in Moria, sed incruente, nullius famam nominatim perstrinxi: in mores hominum lusimus, non in famam hominum. Quę si vera mihi nunciavit famulus: nondum enim satis credo: quęso te, vir optime, ut istiusmodi nugas impias pro || tua virili premendas cures, priusquam excudantur, non quod isti digni sunt, quibus hoc prestetur beneficii, sed quod nostrum est, publicę studiorum honestati consulere, quam isti talibus lusibus indigne contaminant. Porro quod ad me pertinet, a 5 b 1 scio neminem fore, qui me norit, quin satis intelligat, istiusmo|di nęnias mihi supra modum displicuisse, quippe indignas eruditis ac probis viris. Iacobo Hornensi multam ex me salutem dicito, cuius epistola dici non potest quantopere sim delectatus. De composita lite Reuchlinica utinam vera nuncies. Nunciavit mihi quidam Alcmariensis, te alteras ad nos dedisse literas, verum eas nondum accepi. Bene vale, doctissime Cęsari. Antwerpię postridie assumptę virginis. Anno .M.cccc.xvii.

11.

¶ *Ioannes Arnoldinus Lyricen*

Pultrono Fenestrificis totique obscurorum cohorti .S. P. D.

Vulneror, et clausum porto sub pectore telum,
Crescit et assidue plaga dolorque mihi:
Sed ferientis adhuc non audeo dicere nomen,
Nec sinit aspectus plaga videre suos.

Miserum est exturbari fortunis omnibus, patres conscripti, acerbum

[1] in post. ed.] *Vult* epist. I. 42., primam appendicis voluminis I. [9] libellum] *a nobis vol.* IIII. *p.* 421. *sqq. exhibitum.* [32] fenestrificis *1.* cultrifici 2. [33] Vulneror *etc.*] *Versus nescio cuius artificis.*

Digitized by Google

quoque a doctis contemni, acerbius a docto et sapiente. Quid multa? Magnus ille Erasmus sacrę theologię doctor, poeta et insignis orator, nos veluti pestem quandam detestatur, fugit, insequitur et odit. Ubi nunc vires nostrę? ubi elatus animus? ubi nocturnę insidię? ubi sesquipedalia verba? hunc nostrum dolorem nulla auferet vetustas, Mors est nobiscum in olla, nulli diem proferre licet. Agimur enim fatis, id quod nobis est inevitabile. Homo proponit, deus vero rem ipsam (ut video) disponit. Nulli sua manet spes,

Quique non est hodie, cras minus aptus erit.

Suspendamus igitur nosipsos [in obscuro], ne tam intolerabilibus tamque mortiferis cruciatibus indies exagitemur. Quid vobis animi sit, quę vires, quod consilium, quę tandem defensionis nostrę propugnacula, me certiorem facitote. Dii bene vortant. Valete diu. Wormacię ex domo Schelmonis Iudęi male circumcisi [et summa nobis amicicia coniuncti].

12.

¶ *Pultronus Cultrifex*

Ioanni Arnoldino .S. P. D.

Carminibus carmina debentur.
Nil intentatum nostri liquere poetę,
Nec minimum meruere decus, vestigia Greca
Ausi deserere et celebrare domestica facta.

Qui nos contemnunt, stulti sunt. viri profecto sumus, et omnia sine Theseo [et in vanitate non ficta] operamur. Stentorea clamamus voce, et arrogantiam velut parentem colimus. Si tu vel Theologos vel Ortwinum times, in malam abi crucem, aut te corvi in rotis eviscerent. bestia es, nasturcium ede. Excitare, vigila, animum sume. Noli Epimenidis somnium dormitare. Quid desperas? Vitulo primum submerso puteus clauditur. Exitus acta probabit.

Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.

Nobis erunt presidio Iudęi. Lurent violę. Suam quisque domum tueatur.
Tunc tua res agitur, paries cum || proximus ardet. a 5b

Tu solus es, nostrum vero multi. Quapropter ut tuę petitioni satisfaciam, si nobis timor incubuerit gravis, Caspios petemus montes, ubi neque theologi, neque fidei catholicę ha|bitant defensores. [Si vero te ipse b 1b *suspenderis, penas nolito extimescere inferorum. Mortales enim sumus,*

---

5 auferat *1.* 10.11 tanqȝ 2. 19 reliqere *1.* *Horat.* art. poet. 285. sqq. 29 *Horat.* l. c. 273. sq. 31 Curēt *1. 2.* 32 *Horat.* ep. I. 18, 84.

Digitized by Google

et animam fortasse nobis cum pecudibus communem consecuti.] *Vale feliciter cum nostro Capnione. Moguntię ex publica corona, Obscurorum portu. Anno quo supra.*

13.

¶ *Conradus de Zuiccavia*

Doctori Grillo,

Obscurorum Advocato .S. P. D.

Omnia nobis adversa sunt, doctor egregie, omnia prostrata ac diruta iacent, clamantque in plateis et puelli et edentulę quędam anus [*hisce, proh dolor, verbis nobis illudendo*]*: 'Os habent et non videbunt, oculos habent et non loquentur, aures habent et non odorabunt, nares habent et non audient, manus habent et non ambulabunt, pedes habent et non palpabunt, non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui confidunt in eis'. His Psalmistę verbis male intellectis aliisque id genus conviciis publice infestamur. Posuisti tenebras* [*,Grille,*] *et facta est nox, per quam pertransibunt omnes bestię sylvę. Si bonus vir es, si eruditus, si eloquens, hisce maledictionum vinculis nos quamprimum exolve. Quod ubi feceris, te Iudęi ut deum suum colent ac venerabuntur et aureos in Arabia montes pro tuo salario recipies. Lege Marquardum in Institutis, revolve Ioannem de Garlandia in legibus, Petrum Helię in decretis, Mammotrectum in Sexto et Clementinis. Consule etiam ideas Platonis, quę olim in Phocide pallentes Apollinis beguttę fuisse dicuntur. Accede nebulonum latebras et fornices, ut eruditior in rebus nostris et ad omne malum theologis inferendum audacior fias. Ceterum mihi quamprimum rescribas velim, quid hęc quinque arabica verba significent: Oxus, perdoxus, reveloxus, rammeldipotsus, rammeldiblesen, et hęc duo gotica, Inkus perquinkus. De his certe nihil scripsit Virgilius in bucolicis, nec Marcolphus in suis fabulis. Vale, doctor venerande, et pone ante oculos tuos specillum illud quod tibi a Iudęis ex Francfordia est missum. nam per illud instar noctuę omnia mirabilia mundi videbis.* [*Vale*] *ex Lyptzick die sexto ante festum sanctę Saturitatis.*

---

[10] os *etc.*] *perverluntur psalmi* CXXIIII. 16. *sqq. verba.* [15] convitiis 2. Posuisti] Psalm. CIII. 20. [20] reuole *1.* [21] ſexto et *omis. 2.* [22] begute 2. [27] Vergilius 2. [29] *Pro verbis* tibi ... missum. *in 2. est:* in ſpeculo oculari Iọānis Reuchlin ē depictū. [30] lyptzich. 2. [31] ſaturiatẏ. 2.

Digitized by Google

14.

¶ *Doctor Grillus*

Conrado Zuiccaviensi .S. P. D.

Accepi litteras tuas nectare mihi atque ambrosia suaviores. perlegi fere totum Ovidium, et quos mihi legendos decrevisti, sed non invenio quo modo vel meipsum vel nostros contribules tueri valeam. Peccavimus, inique egimus. Non est inter nos qui faciat bonum, non est usque ad unum. Si enim scribendo et offendendo annis multis iam primi semper fuimus, necesse est ut modestam et bene meritam adversariorum [*nostrorum, aut potius in Christo amicorum*] *responsionem toleremus. Si vigesies, si quinquagies, si centies alios indigne lęsimus, quare nos semel offendi* [*(et id quidem citra offensionem)*] *non patiemur? Nequitia est quę te non sinit esse senem. Decepti profecto omnes sumus. Credidimus enim defensionem Ioannis Reuchlin veram fuisse,* || *at nunc olfacimus (ut in* a6 *libris reverendi Inquisitoris luce clarius continetur) eam esse falsissimam. Folio namque tertio defensionis suę, facie prima, hanc sibi Capnion a Cęsaria maiestate generalem fuisse quęstionem oblatam scribit, utrum omnes libri Iudęorum perimendi sint pręter bibliam. quod quam sit falsum, in mandatis imperialibus sępius impressis deprehenditur. Dicit pręterea ibidem (in favoremne Iudęorum, an minus, ig|noro) neminem ex omnibus* B ij *romanis pontificibus fuisse, qui Iudaicorum librorum exterminium petivisset. Hoc certe argumentum etsi (velut negativum) valeat nihil, a iureconsultis tamen et ecclesię doctoribus contrarium probatur esse verum. Ipsius etiam consilium a nullo (ut accepi) proditum fuit, sed per illustrissimum principem Urielem, archipręsulem Moguntinum, iudicem sive commissarium a serenissimo nostro Imperatore constitutum, legitimo (id quod facere debuit) sollicitatori oblatum. Nec concors ab aliquo excogitari ratio potest, Capnionis minus quam aliarum universitatum consilia legi a Coloniensibus doctoribus debuisse. Falsum est etiam, manuale speculum Iannis Pepericorni, viri (ut audio) pręstantissimi et optimi, a Coloniensibus theologis fuisse compositum, quum in Alemania illud superiore impressum ediderit. Cetera relinquimus, quę si particulatim enarrare voluero, me sit dies defecturus, et non epistolam sed volumen amplissimum scribere cogerer vel invitus. Si itaque falsis persuasionibus decepti, bonos viros indigne lęsimus, correptionem etiam modestam surda aure prętereamus necesse est. Quid autem illa verba significent, Oksus, perdo-*

---

7 Non est qui *etc.*] Psalm. XIII. 3. ſcibēdo 2. 11.12 offendi *1.* tangi *2.* ſenem. *1. 2. an* ſanum? profecto *1.* p̄terea *2.* 15 falsiss. *etc.*] *Recoquit Ortvinus quæ Pepericornus ad tædium usque Reuchlino obiecerat.* 21 petiuiſſent. *1.* 22 (etſi velut *1. 2.* 30 audio) satis eruditi a *2.* 36 Oxus *2.*

Digitized by Google

xus, reveloxus, cum ceteris quę sequuntur, nondum apud Martialem repperi. At Virgilius in .xx. libro Eneidos, et Aristoteles in .xiiii. physicorum, capitulo nonagesimo nono, circa finem, dicunt proverbium Hectoris fuisse, occulta cuius virtute multos Grecorum interemit. Quę scripsimus, in scrinio tui pectoris conserventur. Sigillum autem quod vides, mihi commodato dedit Iacobus Iohel Iudęus quinquies circumcisus, et bonus Reuchlinista. Vale. Ex Tuitio, decimosexto nonas Apriles.

15.

¶ *Ioannes Pellifex*

Secundus in ordine Obscurorum

suo Capnioni Thalmudistę .S. P. D.

Scripsi alias, ut nosti, Ortwino Gratio sacerdoti figurate theologorum ridens schema, finxique in secunda obscurorum epistola me habitu deceptum, Iudęo theologię doctoris loco, publica in platea, maximam habuisse reverentiam, Papalem quoque nonnullis et episcopalem in foro animę concessam auctoritatem hęreticorum more detestatus sum. Quod cum uni prędicatorum nuper confiterer, nihil consolationis accepi. Ille enim difficilis, querulus, anceps et morosus me absolvere recusavit. Attonito autem mihi plurimumque admiranti ac plane stupido apertissime dixit, neque se neque alios sacerdotes (etiam si summus pontifex esset) nos gravibus illis peccatis commissisque sceleribus et publicis criminibus [atque blasphemiis] exolvere posse, nisi publica prius revocatione a nobis facta publicam susciperemus pęnitentiam. Ecce quanta pro te patimur, mi Capnion, quibus exagitamur discriminibus, quos sentimus dolores. Si a[a]b*pro|pheta es, si orator et poeta [,si tertius Cato,] ac noster tandem patronus, consule obsecro mihi quid sit optimum factu. Salutat te plurimum uxor Pepericorni et Laurentius Pepericornus, filius Ioannis, doctus adolescens, qui Colonię in Laureto (quod Greci daphnona vocant) bonis artibus operam impendit, tibique non parum minatur. Vale ex Mollem in festo Bacchi.* |

---

[2] Vergilius 2. [6] Iac. Iehiel Reuchlini præceptor. [7] Tuitio] *Deutz.* [10] Thamudiste. *1.* [12] figurate *omis.* 2. [13] habitu *1.* talari veste 2. [24] quas *1.* [30] Mollem] *Mülheim* ad Rhenum.

Digitized by Google

16.

¶ *Capnion Phorcensis* Bij[b]

Ioanni Peltzflickerio resipiscentiam.

Si male scripsisti, male tibi sacerdotes respondere oportebit. Est enim ęquum et salutare. Nihil pro me pateris, bestia. nec propheta ego sum, neque obscurorum patronus [,quanquam meę litterę ante annos aliquot Coloniensibus missę idipsum approbare videntur]. Dii deęque, inferi [quoque] et superi vos omnes perdant. Non sum reus ipse illorum criminum originarius. Nauseam habeo super cibo vestro levissimo. Displicent mihi epistolę vestrę. Neminem ursi neque levavi. Conviciorum ac blasphemiarum conscribendarum munus vobis commisi nunquam. [Tacita igitur tibi sudent pręcordia culpa.] Vos enim obscurissimi nebulones omniumque histrionum primi, summum mihi pontificem ac omnes bonos per totum [pęne] terrarum orbem inimicos fecistis. Quapropter suspensos vos esse vellem in furcam, aut a Cerbero inferorum cane discerptos. Vale infeliciter. Ex Stutgardia in profesto Iovis[, veri et immortalis poetantium dei].

17.

¶ *M. Hiltbrandus Mammaceus*

doctor in compositis verborum, et plus si vellet,

Conrado Zuiccaviensi poetę larvato

.S. D.

Proverbium est apud nos, mi charissime Conrade, plus oculos videre quam oculum. Doctor itaque Ioannes Reuchlin est valde subtilis[, acer etiam ac vehemens] in scriptis suis, nec est aliquis in mundo qui vel ipsius contumeliis vel oculari speculo respondere possit. Quare igitur theologi se tam insigni tamque glorioso homini opponunt? potius [fortasse] moreretur quam conviciis parceret. Vale feliciter. Datum ex Tubinga.

---

[3] pelfflickerio 2. [10] Convitiorum 2. [11.12] *Iuv.* sat. I. 167. „.... tacita sudant præcordia culpa".

[27] tanqȝ 2. [28] conuitiis 2. fęliciter 2.

Digitized by Google

18.

¶ *Magister Conradus de Zuiccavia*
domino Hiltbrando Mammacio
et communi omnium latrinario
.S. P. D.

Vidi litteras tuas, nec vidi solum, sed diligenter perlegi. Satis es circumspectus in rebus tuis, nec est sub orbe lunari homo, qui tua possit mali consulere. Felix qui nihil debet. Quę dubitas, ne feceris. Hic enim Corycęus est, qui plus ęquo ad rem auscultat. [*Lauda igitur parce, at parcius vitupera.*] *Ego tamen quia sum Pompilii circulo sęptus, paucis tibi respondere volui. Vale. Ex Noremberga* [*et Cimmeriis te semper tenebris involve*]. *Anno quo supra.*

19.

¶ *Guilhelmus Capniolambius*
Matthęo Mellilambio canicidę .S. P. D.

Complures mihi retulerunt, vir humanissime, Ioannem Reuchlin Legum doctorem valde bene et cum maximis honoribus in urbe romana contra theologos Colonienses stare. hoc tamen ego credere nequaquam possum. Nam si Stutgardię [*apud Suevos*] *feliciter habitat, et ibi in lętitia vivit, non potest stare in urbe romana. Quis enim in uno et eodem loco simul et semel esse posset? Nihil affers, filius es terrę, lapi-*
b i *demque mordes, et sa||pientia in primis tua vino obumbratur. Vale. Ex Francfordia, in profesto Pontiani.*

20.

¶ *Mattheus Mellilambius*
Guilhelmo Capniolambio .S.

Non stat in urbe Romana Capnion ipse, sed quiescit ac sedet in Stutgardia, illumque iussit Plato sub arbore Porphyriana quiescere. Petiit sępenumero concordiam cum theologis, non solum Moguntię, sed in urbe etiam [*(ut audio)*] *romana. Ipsi tamen theologi generosam habere*

---

[2] Magister *omis. 2.* [3] Māmaceo 2. [4] *Pro* et ... latrinario *in 2. est:* nouaꝫ dictionū fabꝛo. [11] Noꝛenberga. 2. [12] Anno quo supra. *omis. 2.*
[15] canicide. *non habet 1.* [18] Colonieñ *omis. 2.* [22.23] Ex Francfordia tutissimo Iudeoꝫ poꝛtu. 2.

Digitized by Google

malunt | pro Christo litem, quam iniquam in fide concordiam. Cum au- ℌiij
tem sedes apostolica voluerit, Gordii nodum dissolvet, ne tanta post hac in ecclesia dei scandala invalescant. Vale ex Moguntia .xxv. nonas Martias etc.

21.

¶ *Petrus Negelinus*

Stephano Calvastrio .S. P. D.

Nuptię mihi habendę sunt in Zutphordia. Despondi enim sororem meam uni poetę tali quali, de numero obscurorum virorum. Quapropter te oro atque obsecro, ut mihi unam tunicam commodato dare velis: illa enim dominus opus habet. Nam qui male est calceatus, sordidis pedibus cęnaculum ingrediatur necesse est. Vale feliciter[, et agamus omnia pingui Minerva]. Datum in Treveris. Anno quo supra.

22.

¶ *Stephanus Calvastrius Metrifex*

Petro Negelino .S. D.

Tunicam quam a me petis habeo nullam. Ego apostolorum exemplo una dumtaxat contentus sum, et ambulo per totam cum sacco per civitatem. Nisi iudex apostolicus nuper mihi adiumento fuisset, excommunicationis procul dubio sententiam propter importunitatem creditorum meorum iam diu incurrissem. Non possum igitur tibi commodato dare tunicam meam. Nam teste Alexandro Gallo,

U non mutabis, donec plurale videbis.

Festum Valentini pręteriit, ęstas appropinquat, flores oriuntur, non est tibi toga opus. Vale ex Monasterio, pridie kalendas ęgyptias [et Epimenidis somnium semper dormita]. Anno quo supra.

23.

¶ *Schelmo Schelmonis*

Genselino Genseliano et Marcolphi ex sorore nepoti .S. D. P.

Audio te in grammaticis disciplinis unum esse omnium eruditissimum. Quapropter te oro atque obsecro, ut mihi quamprimum scribas, quotnam

---

[2] modū *1.* [13] *Pro* Treveris *habet 2.* montibus cisalpinis.
[18] per *de industria repetitum videtur, ut cantilenæ particulam verba faciant. Cf. infra in dial. Mercurii et Oltilambii*, pag. 353. v. 11. [21] *Alex. Gall.* IV. declin. v. 2. „U non mutabis, donec plurale tenebis". [26] Anno quo supra. *omis. 2.*

Digitized by Google

sint in Donato aves? quid pręterea comedant, quo deinde avolar[e consuever]unt, et quot sint ibidem metra. Hęc enim si mihi cognita essent, theologos disputando obumbrarem. Vale Ex Buckelmunda. duodecima idus Septembres [et cave ne anseres nostri inter olores strepant].

24.

¶ *Genselinus Schelmoni suo*

.S. P. D.

Recte agis, mi charissime Schelmo, tum quod eruditos consulis, tum quod tibiipsi confidere non audes. Nisi Tibullum profiterer [et Nasonis amores], tibi certe respondere non possem. Sibylla tamen hic non est opus interprete. Tres sunt in Donato aves, passer, aquila, milvus, [quę] fructus et species comedentes in antiquam silvam avolarunt. Ad ultimum vero tria dumtaxat comperi in Donato metra. Primum,

b j[b] *Arma sub adversa || posuit radiantia quercu.*

Secundum,

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Tertium,

Ut docuissemus, docuissetis, docuissent.

Cave, mi charissime Schelmo, ne hęc occulta Minervę mysteria theologis manifestes, quum neque in libris Sententiarum, neque in Secunda Secundę tam pręclara inveniantur. Vale Ex Hercinia sylva[, et asinum imitare, qui magis stramina optat quam aurum]. Anno .M.cccc.xviii.

25.

¶ *Pultronus Sycophanta*

Murcidę Liripipiano .S. P. D. |

ii j[b] *Video equidem nostrum aliquot vehementer suis gaudere conviciis, et epistolarum nostrarum lectione plurimum delectari. Contra autem viri graves (proh pudor nefas est dicere) faciem suam avertunt, et vix lupanaribus dignas, immo flammis et facibus congruas expresse pronunciant. O inconstantem rerum omnium vicissitudinem! quantum tamen mihi videre videor, extrema gaudii luctus occupabit, nosterque natalis, nigro notandus lapillo, inter nephastos computabitur. Vale ex Franconia cum tuis contribulibus [et omnes Hamadriades ac Oreades meo nomine plurimum salutato].*

---

[2] sunt 2. [12] ſyluā 2. [22] Anno .M.cccc.xviii. *omis.* 2.
[26] conuitiis. 2. [30] t⁻ *omis.* 2. [31] extrema] *Proverbior.* XIV. 13.

Digitized by Google

26.

¶ *Liripipianus Pultrono suo*

.S. P. D.

Quas mihi scripsisti literas, minime placuerunt. Si summus pontifex, si magnus ille Erasmus, si viri sapientes et boni denique omnes nostras contemnunt epistolas, illorum etiam contemnamus sententiam necesse est. Experire obsecro, quomodo vestris istic histrionibus ac parasitis nostrę placeant Obscurorum epistolę. Docti omnes sumus, neque Schotum timemus neque Platonem. Experire inquam, quam sint et meretriculis gratę. Est enim risus in illis multus, qui et tristem apud inferos Plutonem, manesque sepultos ad cachinnum excitare queat, mortuosque ad vitam revocare. Sed quid de risu tantum? iocos nostri salebrosos ludosque theatrales suis adiecere epistolis, ut varietas ipsa (quę teste Politiano lectionum est irritatrix) blandissimum quemque lectorem non possit non delectare. Secuti mehercule sumus patres nostros, qui Iocum deę Veneris (cuius et nos asseclę sumus) filium esse voluere. Quid igitur risu blandius? quid ioco iucundius? quid Venere suavius, quę prolem suam non potest non amare? Loquantur theologi quę velint, nobis vivendum est more nostro. Vale Ex monte Parnaso. Vale obsecro. te enim anxie deperit Calliopeia Musarum omnium Musa. Iterum vale. Tu quid sentis, nobis quamprimum rescribe [*et esto Epicurus subans*].

27.

¶ *Petrus Olfontianus*

Nicolao Haversack .S. P. D.

Multi nos contemnunt, Nicolae, at nos Thrasonem sequamur gloriosum et id genus hominum leve, quod rei ludicrę pallentem impendit operam, eaque gravissimas abigit e mente curas. Salibus fruamur et ioco, risu etiam, si necesse est. [*Convitiis quoque et blasphemiis nostrum parcat nemo.*] *Comedamus insuper et bibamus in charitate non ficta. Paritos adhuc imitor mores: bibo, rebibo, voro, devoro, quod omnes assolent cognomines nati meis maioribus. Plus ceteris ingurgito. Heluor etiam, quare Heluo nomen mihi. Vale feliciter ex navi stultifera* [*,ubi tu primum (si voles) locum obtinebis*]. ||

---

20 Calliopea 2. 30 adhuc 1. ego 2.

Digitized by Google

28.

b ij ¶ *Nicolaus Haversack*
Petro Olfontiano
.S. D.

Quę de risu et ioco scripsisti, mihi non displicuere. Cave Pythagoram tuo adiungas choro, quem Plutarchus scribit, risu, ioco, et facetiis abstinuisse. Quare et theologi fortasse eundem secuti, tristes frequenter nimiumque graves esse conspiciuntur. id quod Vergilium prędividisse credi-
b 4 *derim, quum libro sexto tristem in vestibulo inferorum cecinit habitare senectutem. Nonne satius est nos edendo, bibendo, chorisando, dormiendo vitam nostram produxisse, quam ieiunando, orando, abstinendo et sacros theologorum ac iurisconsultorum libros revolvendo eam abbreviasse. Vinum neque anseribus crevit neque anatibus, sed hominibus solum, his prędsertim qui obscuris utiles viris, non minus gręcari quam eo uti norunt. Vale ex Moguntia.*

29.

¶ *Olfontianus*
Haversackio
.S. P. D.

Quę de vino scripsisti, libenter omnes legimus. Modio enim sumptum (ut Mellilambius noster interpretari consuevit) acuit ingenium, debilibus quoque dat gressum, et cęcos illuminare videtur. Nemo nostrum cephalęa, nemo hemicranea (talibus capitum morbis) laborat. Quapropter ne ab instituto nostro et veteri consuetudine recedamus, semper Hiaccho, semper voluptatibus, semper arrogantię ac temeritati inhędrere debemus, ut sic tandem furore pleni poetico invectivis, conviciis, contumeliis, blasphemiis et hędresibus novis inimicos nostros operosius persequamur. Hoc [quoque] Lucilii carmen ad mensam tuam suspendito:

Vivite lurchones, comedones, vivite ventres,

Vale ex Francfordia. Anno quo supra.

---

7 ſequenter *1.* 8 Cf. *Verg.* Aen. VI. 575. 10 ſecnectutem. *1.* 11 ſacras *1. 2.* 13 anceribꝰ *1. 2. et sic solebat Ortvinus.* 26 conuitiis *2.* 29 *Lucil.* ap. Non. Marc. p. 10. 30 Frāfoꝛdia *1.* Aº q̊ ſuꝑ *omis. 2.*

Digitized by Google

30.

[Sequitur dialogus Mercurii et Ollilambii Obscurorum triumviri, qui in cęlum volens ascendere cecidit in cloacam Vulcani.]

¶ *Ioannes Crabacius*

Guilhelmo Zuickano .S. P. D.

Mitto tibi dialogum, quem e gręco nuper in latinum transtulit Petrus Liripipianus, homo acer et strenuus in rebus nostris, quem deinde Nicolaus Musio nobis audientibus hoc modo in obscurorum consessu crudeli satis animo memoriter recitavit.

¶ *Iupiter (inquit) vocatis nuper omnibus in concilium diis virum pro se in cęlis et prudentem et eruditum substitui voluit. Conquestus est enim se nimio confractum senio cursus planetarum totamque cęli machinam diutius regere non posse. Optavit itaque hominem (ut dixi) eruditum ac sapientem qui rerum esset archanarum custos, et cęlestis ianuę diligentissimus observator, Qui lunam extinctam incenderet, vigilanterque provideret, ne deorum quispiam Iovem cum Iunone sorore sua dormientem temerarius excitaret, Itemque ne solis equi alio deflectentes oceano submergerentur, aut meridianis perirent ardoribus. Huic enim homini (inquit Iupiter) curam dabo ut ex obscuris hominibus cacodęmones faciat, eosque collocet cum creatis simul animabus in comparibus stellis, Curam etiam habebit, ne Saturnus planeta cum virgine, signo cęlesti contendat, multisque aliis pręficietur rebus, modo nostra maiestate || deorumque Hospitio non indignus habeatur. Quod Iovis pręceptum admirabile satis et nunquam auditum cum dii simul omnes simulanter annuissent, missus est Mercurius, deorum immortalium nuncius et eloquentia ceteris plurimum antecellens, in hoc humile viventium domicilium, quam terram dicimus. Qui cum orbem usque totum pęne perlustrasset, deorum instinctu (qui hominem nolebant ad cęleste officium sibiipsis satis idoneum ordinari) quendam sibi Reuchlinistam ex omni obscurorum numero delegit, et maxime talem, qui theologos amarat nunquam. | Huic enim homini nomen est Ollilambius Philocapnion, cuius pater Marquardus appellatur, et mater eius Grilla, ad designandum quod Marquardus Marquardum et Grilla Grillum procreaverit. Signate quęso, viri clarissimi, huius rei misterium, Attendite huius hominis doctrinam. quomodo enim cęlestia intelligeret homo iste, qui universitates dehonestans in nulla est litteraria facultate eruditus? Si enim hunc hominem quem ego intelligo, recte iudicare voluerimus, nec philosophum, nec theologum, nec iurisconsultum,* b ij b

b ij b

---

10 Iuppiter 2. 14 ecleſtis 1. 19 Iuppiter 2. 20 eaſq3 1. 32 Grylla 2. 33 Grylla gryllū 2. 34 myſteriū. 2.

Digitized by Google

nec medicum, nec oratorem unquam reperiemus. Mercurius itaque cuiuslibet rei simulator ac dissimulator, et deorum (ut diximus) instinctu perperam missus, cuidam obscuro Reuchlinistę [(cui Ollilambio nomen)] mira quadam claritate in somnis apparuit. Qui Mercurium rerum omnino cęlestium nescius videns, mirum in modum exhorruit, steteruntque Comę (ut Virgilius ait in tertio) et vox faucibus hęsit. At Mercurius qui ex supernis sedibus dulcia secum liba contulerat, illi nonaginta novem offerens, quę vulgo vocantur basensche kochen, 'Comede', inquit, 'Ollilambie, et grosse, quoniam grandis tibi adhuc restat via. Mox Ollilambius angelum esse credens et se alterum Heliam, 'Quorsum?' ait. "In cęlum", respondit Mercurius. 'Recte factum' subiunxit Ollilambius, 'ut illic impleam mentem qui hic repleo ventrem. Iam sentio Iovis benignitatem. ah vix tandem sensi stolidus, bene operatur deus tuus, meque non immerito recognoscit amicum suum et Reuchlinistarum omnium primatem. O factum bene! Iam ego nullam amplius infirmitatem sentio, ita me tuus cę-lestis oblectat cibus. Disputare tamen tecum non possum, Mercuri, quoniam ita sum exhaustus multis iam pridem et infirmitatibus et miseriis'.

MERCVRIVS. Et tu miserias sustinuisti, Ollilambie, inter ganeones et sycophantas?

OLLILAMBIVS. Tu a deo missus et hęc ignoras? Tu qui prę-terita non nosti, quid futura prędiceres? Si ego in hunc usque diem diis conversatus fuissem ut tu ceterique omnes, deus esse vellem.

MERC. Parce quęso verbis. Scriptum est enim 'Ne quid nimis'. Nonne ad lyram Hesiodus cecinit

'Optimus est homini linguę thesaurus et ingens
gratia quę parcis mensurat singula verbis'?

OLLIL. Pulchra illa sunt carmina.

MERC. Recte sentis, et hanc ob rem tuam insaniam depone. Noli unumquemque moribus tuis ęstimare, Desine morbo isto procacitatis uti, Desine alios per impudentiam lacessere. talibus enim verbis tibi in cęlis amicos parare non potes, videris inimicos velle. Cesset altercatio inter nos, Quin tu uno verbo dic, unde tibi tam gravem ac plane onerosam infirmitatem conceperis.

OLLIL. Ex variis et multiplicibus eduliis plus ęquo sumptis.

b iij *MERC. Quem cibum indies || comedis?*

OLLIL. Pelles anserinas et colla caporum tosta, buculas, iuvencos, turtures, perdices, phasianos, coturnices, turdos, ficedulas et plurimi omnino generis avitia molliterque ac studiose tosta. hęc stomachum meum

---

4 apparut. *1.* 6 Vgilius 2. Aen. III. 48. 7 nonagīta illi nouē 2. 8 koechen 2. *(Holandice scriptum.) Basiliensia liba.* 25 *Hes.* Op. et d. 719. sq. Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος Φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. 36 ancerinas *1. 2.*

Digitized by Google

nunc non lędunt, qui est sicut tabula rasa, in qua nihil est depictum, apta tamen nata depingi, semperque illius versiculi sum memor,

Qui bene ingerit, digerit, egerit, est bene sanus.

MERC. Recte facis. Diutissime enim apud nos vives qui | sic stoma- Ci.
chum observas.

OLLIL. Quamdiu?

MERC. In sęcula sęculorum.

OLLIL. O me felicem, o me beatum Ollilambium! Quia tamen de epulis locuti sumus, dic, rogo, mihi priusquam hinc abeam, quę sint deorum immortalium esculenta. ego enim sum unus tellerleckerius[, hoc est, omnium mensarum assecla,] per totam cum sacco per civitatem.

MERC. Ambrosia, ova sorbilia, ex saccaro pastilli, pinguia vaccarum ubera, item placentę nucleis amygdalis et saccaro conditę. Datur etiam unicuique nonnunquam porcellus integre tostus, illumque dumtaxat mensam accedere apud nostros admittimus, qui cingulum tempori disligaverit, iuxta carmen illud,

Balthea laxabis, ad mensam quando meabis.

Itemque

Dum plenus est venter, tunc vult dormire libenter.

OLLIL. Quid audio, sancta Iuno, quid audio? Transfer me hinc ocius, sancte Mercuri, transfer me hinc.

MERC. Recedamus hinc, festinato enim opus est.

OLLIL. Quęrantur primum hydrię vino plenę.

MERC. Matura rem.

OLLIL. I prę, sequar.

Cumque sic abirent, clamarunt omnes Obscuri, 'sancte pater, memento nostri, dum veneris in regnum tuum'.

OLLIL. Bestię estis, solus ego tali sum honore dignus.

[Quid multa?] Processerunt ambo, cumque ad Parnasum montem venissent, nec illinc sese Ollilambius in cęlum transferre posset, Aetnam Parnaso, Olympum Aetnę, montesque plurimos montibus superimposuere. Quo facto Mercurius inquit 'ascende montes'.

OLLIL. Trahe me post te.

MERC. Hoc factu difficile.

OLLIL. Quamobrem?

MERC. Nimis es incrassatus, dilatatus, et impinguatus.

OLLIL. Sine me paululum, o Mercuri, ventrem purgare, ut eo sim levior.

MERC. Fac ut libet, sed noli interea temporis plus ęquo morari.

Dum igitur in secessu Ollilambius lateret, Mercurius secum his verbis

---

11 Cf. adn. pag. 347. 26 omnes *1.* quidam *2.* 29 cunqȝ *2.* 31 ethne. *1.*

Digitized by Google

murmurabat "O utinam (inquit) hic asinarius Reuchlinista, tali indignus nomine, pulmonem et iecur egereret! fętidus mehercule hircus est, et olens capra, bonumque foret Capnioni, si homo iste natus non fuisset". Quo dicto Mercurius clamat, "ubi es, Ollilambie?"

OLLIL. In rupe hęreo.

MERC. Semper ibi hęreas velim. veni, tardipes, huc ades, crassa substantia.

OLLIL. En curro velocius, quovis sum cervo fugacior, nec tua mihi modo opera est opus.

MERC. Tu videris, ego prȩcessero.

OLLIL. En cacumen Olympi teneo, tecum sum, in portu navigo, et cęli planetas intueor.

MERC. Recte fecisti.

OLLIL. Iam unico dumtaxat saltu in cęlum veniam.

MERC. Experiar, at cave ne saltu conturbes Platonis ideas.

OLLIL. Quales sunt illę bestię?

MERC. Quas tu bestias vocas, antiquę olim Apollinis sacerdotes erant, et mulieres quędam edentulę, quę dum corporibus exeunt, tanquam b iij[b] *rerum imagines in‖ter sidera collocantur.*

OLLIL. Pape, quid ex te audio? legi .XXV. libros ethicorum Aristotelis, ubi de istis ideis deprehendere potui nihil.

MERC. Non mirum, Ollilambie. Tu certe philosophus non es, sed nudus tantum grammaticulus. attamen in cęlum si potes quamprimum exulta.

OLLIL. Me accingam operi, tu nolito me tangere.

MERC. Non tangam, sed cave deorsum cadas.

¶ *Cumque temerarius iste Ollilambius sese altius erigeret, seque inter* ¶ i[b] *saltandum insolentius | extolleret, Olympo in Ethnam decidit, ac deinde in cloacam Vulcani, qui montem illum priscis temporibus incolere consuevit. Tum Mercurius ridendi intemperans sedulo clamabat*

O Coridon, Coridon, quę te dementia cepit.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

OLLIL. O sancte Mercuri, adiuva me! o Apollo, o Latona, o vos Musę novem, iuvate me!

His lamentationibus ille commotus hunc hominem fętidum et instar bubonis cęcutientem ad [novum quendam] fontem caballinum [nuper a Sylvano adinventum] perduxit, ubi purgare hominem volens eum suffocavit. In signum cuius adhuc aquę illorum fontium ita turbidę fętoribusque permistę sunt, ut quicunque ex illis indigne biberint, insani potius sint quam sapientes.

---

[8] ſeruo *1.* [15] Eperiar. *1.* [18] q̃dē 2. [20.21] Areſtotel'. *1.* [28] Vulcani cloacam 2. [31] *Verg.* Ecl. 2,69. Cf. infra ep. II. 5. [32] *Verg.* l. c. 2,18.

Digitized by Google

¶ *Hunc cum recitasset dialogum, hęc continuo verba subiecit: 'De poetis', inquit, 'malis et perversis tamque pręclaro nomine indignis solum loquimur, de honestis et sapientibus mali nihil. Nec aliquem sub cęlo hoc nostro dialogo offendi volumus. Nam qui tandem obscuri sint viri, Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.'*

Vale ex Constantinopoli [*sexto Idus Mahumeti*].

31.

¶ *Stephanus Calvastrius*
Ioanni Lucibulario .S.

Obscurorum indies numerus magis magisque augetur. Inscripsi nudiustertius tabulę nostrę poetas aliquot nobis persimiles, qui se invectivis potentissimos esse gloriantur et hęc eorum sunt nomina: Hirpinus Murcida, [*Asmodeus Harpalos,*] *Pultronus Lurcho, Bibesius Sycophanta, Ollilambius Nebulo, Philocapnion Iovianus, Ioannes Smoerpot, Hans Leverworst, Grillus Reptilis, Henricus Haversack, Stutsusmurius de cella vinaria, Cornutus Bubularius, Fatuinus Schelmo, Phyton Serpentinus, Georgius Bestia, Petrus Sclabbert, Hermannus Kalf, Ganimedes iunior, Coridon Silvanus, Sclampampius Tellerlecker, Stilpho Gnatonicus et Ioannes Dulkinus*[, *Demodicus Codrianus, Sinon Gręcista, Faunus Corniger, et Ovidio teste,*

Additur his Nyseus, indetonsusque Thyoneus,
Et cum Lenęo genialis consitor uvę,
Nycteliusque Eleleusque parens et Iachus et Evan.
Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus,
Pamphagus et Dorceus et Oribasus, Arcades omnes,
Nebrophonosque valens et trux cum Lęlape Theron,
Hilęusque ferox nuper percussus ab apro,
Et niveis Leucon, et villis Asbolus atris].

Omitto reliquos qui spem non habent, et quorum (sicuti stultorum) infinitus est numerus. Hi bellum contra theologos acturi sunt. Nam arrogantia, temeritate, convitiis et blasphemiis pares sibi nullos habent. Noli igitur plus ęquo lamentari. Ego inter saxum et sacrum sto, et ex fonte Hypocrinęo sum infatuatus. Vale ex Libetridum spelunca Nympharum. ||

---

[5] grammatici *etc.*] *Hor.* art. poet. 78. cerant. 2.
[17] kalff. 2. [18] fyluanus 2. et *om.* 2. [20] *Ovid.* met. IIII. 13. 15. III. 208. 210. 211. 213. 218. [29] *Ecclesiastæ* I. 15.

Digitized by Google

32.

b 4 ¶ *Ioannes Lucibularius*

Stephano Calvastrio .S. D.

Miserrime nobiscum aguntur omnia. multiplicasti gentem, sed non lętitiam, obsunt nobis illi [(si rite rem ipsam pertrectare voluerimus)] et prosunt nihil. Non vult habere Capnion impudentes sycophantas [sui defensores. Quid multa? Ipse receptui canere iampridem destinavi et meliorem agere virum. Valeant ludiones, lurchones, comedones, ventres, bibesii, cęnipetę, flagricibę, prędones, calumniatores, parasiti, gnatones, flagriones, bucedę, plagipatidę, furciferi, catilones, et id genus obscurorum omne]. Te igitur [illi omnes] dilanient, strangulent, obstringilent, obliterent, et culter et venenum et incantatio vitam tuam, quę est mors, acerbe finiant. Vale cum tuis ut potes. Moguntię ex domo nostri impressoris, penas suę temeritatis proculdubio daturi.

33.

¶ *Pultronus Murcida*

Titivillo Corniculario .S.

Non possum non dolere, non lachrymari, non męstus esse, ita nos excruciant viri boni et sapientes. de illis dumtaxat loquor, qui non sunt de nostro obscurorum grege. Et ideo

de grege non ausim quicquam deponere tecum.

¶ij. *Simplex plebecula, pueri quoque et mulieres, publico | nos odio insequuntur. Clamitant enim in plateis 'huc huc veniunt obscuri Reuchlinistę, non minus deo quam hominibus odibiles'. Iaciunt deinde in nos stercora. Quid multis? Canes nobis omnibus ultro non irritati adlatrant: nigris enim utimur larvis: nec id solum canes agunt, verum et viles caligas nostras et detrita vestimenta dilaniant. Vale Ex cella vinaria, ubi nobis dantur deorum responsa [et poetarum fabulę a Baccho exponuntur].*

34.

¶ *Titivillus*

Pultrono .S. P. D.

Animam ago, mi charissime Murcida. Utinam essem cum Anchisiade in Elysiis campis, et hęc tam infelicia non audirem. Proh deum atque hominum fidem! quid hoc est si contumelia non est, aut potius dei plaga? Quę tu scribis, intolerabilia mihi videntur. Gratias [etiam]

4.5 *Isai.* IX. 2. 13.14 nostri impr.] *Ivonis Schæferi.* 21 *Verg.* ecl. 3, 32.

Digitized by Google

Capnion nobis agit nullas, quin potius Obscuris omnibus maledicit. Alii prę-terea nos sycophantas, alii noctis filios, alii nebulones, alii humanas bestias, alii monstrosa mancipia, alii canes rabidos, nonnulli hęreticos, blasphemos et fętidissimam convitiorum sentinam appellant. Addunt quo-que, nos solos obscuros cum Dathan et Abyron merito a terra absorben-dos. Vale ex Argentina. et te his oblecta felicitatibus.

35.

¶ *Gerhardus Schirruglius*
Ioanni Wickelphio .S. P. D.

Mali sunt homines qui dicunt nobis male. quamvis enim neque deum timeamus neque homines, aliosque indigne lęserimus, nihil tamen est quod contumelias perpetiamur. bellum hoc et lepidum. Verum hęc alias. Grave mihi semper atque anceps dubium fuit, quare Colonienses theologi plus ceteris per Alemaniam florentibus superioristarum [(ut sic dicam)] er-rores corripere nitantur, et in Suevum indignari, hominem nobis summa coniunctum necessitudine. Vale feliciter et cras responde. Ex Ander-nako [inter calices et pocula]. ||

36.

¶ *Wickelphius* b 4b
suo Schirruglio .S. P. D.

Non possum tibi Gordii nodum absque dolore interno et horrisonis ululatibus dissolvere. Nisi doctor essem in omnibus scientiis mundi, item-que si neque in Bohemia neque in Narragonia fuissem, ad tam diffici-lem ac plane tortuosam dubitationem respondere tibi nequaquam possem. Audivi nuper in ecclesia a quodam theologo, ad populum dei verbum habente, reverendum Inquisitorem Iacobum Hoechstraten tres sibi a sede apostolica archiepiscopatus commissos habere, Coloniensem, Moguntinam et Trevirensem, ut quę mala sunt, ab ecclesia dei quamprimum revel-lat. Adiecit quoque Sixtum Papam quartum singulari quadam commis-sione per totam Alemaniam hęresium extirpandarum munus theologis Co-loniensibus commisisse. Quod ut luce clarius intueare, brevius illius exem-plar tibi per Liripipianum nostrum transmitto, ut immodice tecum la-menteris. Vale ex Madepurck, et pęnitentiam age quamprimum potes.|

---

6 *Pro* et ... felicitatibus *in 2. est:* pdie kalendas Iouis.

28 sunt *1.* ibi compererit. *2.*

Digitized by Google

Cij[b]

Sixtus Papa quartus

dilectis filiis Rectori Decanis ac universitati studii Colonieñ.

Dilecti filii, Salutem et apostolicam benedictionem. Accepimus litteras vestras, ex quibus cum iocunditate intelleximus, quo zelo fidei orthodoxę, quaque prudentia scripta erronea hęresim sapientia legi, imprimi ac vendi prohibueritis, mulierculumque imperitiam represseritis. qua dum tenentur, interpretantur quod nesciunt, et scripturarum sibi usurpant scientiam, in maximos dilabuntur errores, nec sibi solum, sed aliis quoque animarum prȩcipicium struunt. Laudamus vos in domino vehementer. Fecistis ut bonos catholicos (quales semper fuistis) decet, et quod vos non dubitamus facturos. pro qua re nos et hanc sanctam apostolicam sedem invenietis in omnibus desideriis vestris promptiores atque benigniores. Ceterum ut quod bene cepistis, facilius possitis perficere, harum serie vobis auctoritate apostolica licentiam et facultatem concedimus cohercendi sub censuris ecclesiasticis et aliis opportunis remediis impressores, emptores, lectores librorum huiusmodi. Et quia fieri posset quod impressores prędicti metu vestri alio se conferrent, volumus quod ordinariis et magistratibus locorum in quibus erunt, nostram hanc voluntatem significetis, quam ubique volumus observari. Datum Romę apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die .XVIII. Martii. M. CCCC. LXXIX. Pontificatus nostri Anno octavo. *L. Grifus.*

37.

ℭ *Daubengigelius*

suo Simpriano .S. P. D.

Quo me vertam prę dolore, mi suavissime Simpriane[, quibus querar, quos implorem]? Si domi sum, phantasmatibus vexor [et] intestina lumbricis corrumpuntur. Si exeo, male de nobis sentire bonos animadvertimus. O nos miseros et infelices! O funestam diem, in qua nati sumus! O pectora cęca! o hircosum [obscurorum Reuchlinistarum] gregem, ęterna ac plane ineluibili diffamiarum et conviciorum lepra adustum! *Nobis Leo papa maledixit, libri nostri comburuntur. nec mulierculę, nec* c j *pharma||copolę ex illis cucullos facere audent, ne venenum quod in illis latet, incautos enecet. Erasmus prȩterea [Roterodamus] nos destatur et odit. [Fuimus Troes.] Omnia nobis et in cęlo et in terris sunt adversa. Scio quid faciam,*

---

[20] anulo 2.

[30] convitiorum 2. [31] aduersa sunt. 2.

Digitized by Google

Ultra Sauromathas fugere hinc libet, et glacialem
Prorsus Oceanum.

Vale. Datum Augustę etc.

38.

¶ *Simprianus*

Daubengigelio suo .S. D.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Merito nos canes rabidos et blasphemos boni appellant. Nimis enim impudenter non in viros solum sapientes et bonos, sed in Iesum Christum, in beatam virginem, in supernos cęlites nostris contumeliis ludendo debacchati sumus. Quare nos insensati et degeneres Christicolę ea verba quę sacrosancta mater ecclesia primiparę adaptavit virgini, in nostras diabolares meretriculas et scorta publica nocturnasque pecudes redegimus? Quid theologos ipsos, validissimos Christianę fidei defensores, ac sanctum Petrum cęli primatem perfidis com|parare Iudęis, Quid sacra- ¶iij tissimas apostolicę sedis indulgentias permerdare, quid cum divino salvatoris nostri corpore iocari, risumque aliis in frontispicio nostrarum epistolarum movere contendimus? [O nos miseros homines, et non immerito a sede apostolica maledictos!] Emendemus itaque vitam nostram in melius, qui scienter deliquimus. Quippe si infames nostrę epistolę in lucem editę non fuissent, Itemque si neque Georgii dialogus, neque prefationes duo, et alia quędam impressa forent, diu fortasse causa nostri Capnionis ultro ac citro cum honore omnium sopita fuisset. Vale. Ex rure suburbano, et mecum [quantotius] resipisce.

39.

¶ *Antonius Rubenstadius*

Stalberio Horlepompiano .S.

Nequaquam ultra Sauromathas nobis aufugiendum est. Inter os et offam multa cadunt. Non unius dumtaxat hominis consilium sequi debemus. Festinandum tarde, ne Seneca presago Velox consilium sequatur penitentia. Aliud nobis superest fugitivarium: Glauco etenim duce

---

1 vlta *1.* *Iuv.* sat. II. 1. sq. „Ultra Sauromatas ... et glacialem | Oceanum".
7 *Horat.* ep. I. 1,61. 12 primipere *2.* 19 itaque *omis. 2.* 21 Georgii] Defensio Præstantissimi viri Ioannis Reuchlin LL. Doctoris, a Reverendissimo patre Georgio Benigno Nazareno archiepiscopo Romæ per modum dialogi edita. *etc.* Anno Nativitatis Dei M.D.XVII. mense Septembri (6 foll. 4°.) — Repetita in Hochstrati Apologia Coloniæ edita a. 1518. 4°. 22 duo *1. 2.* 30 *Sen.*] Sentent. v. Velox.

Digitized by Google

Circes domum, haud longe a Caieta Campanię oppido, inquiramus, ut ab ea in cruentissimas mutati bestias theologos quamprimum devoremus. Simile enim priscis factum fuisse temporibus, tum Homerus ipse philomites, tum poetę ad unum omnes attestantur. Utinam viginti cubitorum dracones essemus, de quibus apud Plinium legitur, longe profecto melius sese res nostrę haberent. Fuge collusionem Daubengigelii et Simpriani. Soli quo volunt abeant, nec nos amplius conturbent. [*Mallem enim decies in furcam suspendi, quam uni theologorum esse ludibrio.*] *Vale, Datum Francfordię* [*ex fętida Iudęorum hara*].

40.

¶ *Stalberius*

Rubenstadio .S. D.

Longe mihi alia mens est, pater honorande. Nemo nostrum quoquam c j[b] *pergat, nemo montes Caspios, nemo Sauromathas, ne mo Circes montem petat. Monoculus ego sum et lippus, oculari tamen Capnionis speculo ante nasum meum posito vos* [*multiiugis*] *erroribus video implicatos. Legi apud Hesiodum in theogonia Protheum, Oceani et Tethyos filium, in varias sese olim formas transmutasse. Hunc colamus deum, huic porcos et asinos offeramus, ut delusis theologorum oculis, bestiarum dumtaxat formam habere videamur, ut sub tali velamento nihil, quod adversariis placeat, peragamus. Quo facto*

tum varię eludent species atque ora ferarum.

Alius enim subito fiet

sus horridus atraque tigris,
Squamosusque draco et fulva cervice leęna.

Hęc Vergilius. Vale. Datum Cracovię. [*.xxx. Idus Septembres.*]

41.

¶ *Doctor Grillus*

Stalberio Rubenstadio ac ceteris amicis

.S. P. D.

Quid alios imprudentię accusas, quum tu sis unus omnium qui vivant insipientissimus, quanquam tamen in tenebris plus uno videas oculo

---

[2] factum fuisse temporibus 2. [3-4] *voluit* philomythus. [12] Rubenſtadio .S. *1.* [17] in Theogonia] ? in qua, ut in toto Hesiodo, ne Protei quidem nomen legitur? Hoc mendacium alius generis est, atque si Vergilianis Aristoteliis aliisque operibus plures quam habent libri adscribuntur, librive auctoribus attribuuntur qui numquam eiusmodi scripserunt. [21] pgam9 2. [22.sqq.] *Verg.* georg. IV. 406. sqq. „... Fiet enim subito sus *etc.* Hec Vergilius. *omis. 2.* [30] .S.d. *2.*

Digitized by Google

quam reliqui in luce duobus. Bestię diu fuistis et crudelissimis quibusque bestiis longe crudeliores, licet caudas in terram dependentes, licet asininas aures, licet ursorum ungulas, aut solidos equorum pedes non habeatis. Alii vestrum dracones sunt, alii vero basilisci. | *Ita enim et* Ciij[b]
verbis inconcinni, et stylo enormes, et audacia ac veneno pestilentes estis. Stultum est igitur optare quod diu estis consecuti. Bubonum, noctuarum, asionum, ululorum, vespertilionum et nicticoracum[, *strygum lemurumque*] *exemplo nocturnis volate temporibus, ut nocte intempesta palpabiles tenebrę vos obumbrent. Valete cum risipiscentia et charitate dei. Ex Norenberga.*

42.

¶ *Mammotrectus Buntemantellus*

Eyntelrabiano Philopompo Obscurorum legato

.S. P. D.

Edidit nuper libros duos Reverendus hęreticę pravitatis Inquisitor, in quibus luce clarius patet, quam sancte et quam pie Georgius Benignus et Capnion ipse in suo dialogo locuti sint. Ita enim in illis convincuntur, ut nullo unquam marte possint exurgere. Non est reverendo Inquisitori machęra hebes neque stylus retonsus. O Philopompe, quis hęc futura credidisset? Nobis lachrymę sunt crocodili, Cumani sumus, homines profecto hebetes atque obtusi. Acta agimus, anseres nunc (ut theologi dicunt) inter olores strepunt. Discamus igitur aliis in rebus uti foro [*et aliena frui insania*]. *Nam operam hic atque oleum perdidimus. Si cras prę summo animi dolore atri Ditis ianuam introiero, Plutonem rogabo, ut te illuc post tres dies accersitum veram obscuritatem et tenebras palpabiles iubeat intueri. Vale, ut potes. Ex Cracovia.*

43.

¶ *Eyntelrabianus*

Buntemantello .S. D.

O te omnium sub cęlo miserrimum et prę ceteris mortalibus magis importunum! Quid mihi tam tristia nuncias? quid mea gaudia in luctum convertis? quid me ex alto in desperationis sterquilinium pręcipitas? Non

---

[7] et *om. 2.* nycticoracum *2.* [9] *Pro* cum ... dei *in 2. est:* ut meriti estis. [15] nuper] Hoc primæ Apologiæ Hochstraticæ volumen est Impſſum Colonie. Anno M.ccccc.xviij. in Februario. [19] retonsus] *i. e.* retunsus. [21] anceres *1. 2.* (*ut ubique per* c *ipse Ortvinus scripsisse videtur.*) [31] Cf. *epist. Iacobi* IV. 9.

Digitized by Google

tam acerbe mihi rem gestam scripsisses! Me senio confractum nosti, et ex leni vento huc atque illuc impelli. Ego enim si hoc malo nuncio apoplexia tactus fuissem, quis obsecro tres meos obulos [*et Tibulli ac Pro-*
t ij[b] *per*|*tii libros una cum Ovidianis Amoribus*] *consecutus fuisset?* [*Silicernius sum et senex capularis, meque vespiliones ac bustuarii die noctuque insequuntur.*] *Observa me igitur, ut ultimę voluntatis meę dignus executor inveniare. Non te moveant theologorum correptiones. Indocti sunt, et pręter sacras litteras sciunt nihil. Poetas non intelligunt. Quid ergo nostrarum epistolarum mysteria intelligerent? Neque Aristotelem in .xv. physicorum, neque Porphyrium in libris de anima, neque Esopum in metaphisicis legerunt unquam. Abeant igitur, nosque more nostro vivere ac loqui permittant. Vale.*

44.

¶ *Trullus Pomivendulus*

Flacco Murilegiano .S. D.

Audio Iudęos multum lętari de prospero suarum rerum successu. Legunt enim librum quendam [*Ioannis Reuchlini*] *talem qualem ad mensam discumbentium et in synagogis suis diabolicis, ut indies Christianos derideant, et execrabiles suos libros Christo deo blasphemos iniuste tueantur ac conservent. Quare si perditissimi crucis Christi hostes indigne et ex ingenita atque inveterata malicia lętantur, noś perpetuis lamentemur in tenebris* [*(modo salvi esse voluerimus)*] *necesse est. Ex Francfordia autem nundinis nunc Aprilibus aliquot tecum ocularia confer, ut si non mentis, oculorum tamen visum restauremus. Hunc solum habemus honorem, quod Iudęi in scandalum ecclesię Obscurorum epistolas in teutonicum transtulere. Vale ut potes. ex Dulken. Anno .M.ccccc.xviii.*|

(45.)

¶ 4[b] ### ¶ *Zacharias Lucensis*

omnibus obscuris

S. P. D.

Collegi in unum epistolas vestras lamentationum, quę bonis omnibus magis quam primę placent. Nescio quibus loquor: obscuri estis, nemo

---

[20] ac *1.* atque *2.*

[27] *Cf. infra edit. 2. pag.* t ij[b]. *In exempli 1. pag.* ¶ 4. *sequuntur Murmellii in laudem Arnoldi Tungerensis carmen et Querimonia fidei ad obscuros Reuchlinistas, quæ exemplum 2. habet pag.* t ij. *Sequentem autem Zachariæ Lucensis epistolam, quæ est*

Digitized by Google

vos videt, nemo bonus novit. Nemo igitur vos offendit, nemo scandalizat. Si conscientiam vestram intueri volueritis et coram deo vestrarum epistolarum rationem reddere, facti vos proculdubio pœnitebit. Non una epistola, non uno epistolarum libro, sed mille epistolis multisque libris expresse et aperte deum atque homines offendistis. Notum est et publicum ubi vestrę epistolę impressę sint, noti etiam quibusdam auctores. Damus bonum pro malo, nec vos hoc loco more vestro nominare voluimus, ne stulto respondisse iudicaremur iuxta stultitiam suam, ne etiam contra Christi doctrinam vobis vel viventibus vel mortuis, aut vestri similibus dumtaxat notis, scandali aliquid inponeremus. Si non est aliquis Ollilambius in rerum natura, si nullus Langsniderius, quid obsecro fictis nominibus res ipsa peragitur? Discite bene agere et nolite gloriari in malicia et nequicia, quod est peccatum in spiritum sanctum. Modestia opus est, non iniqua contentione, qua Capnionem, vobis proculdubio indignantem, defendere non potestis. Credimus postremo nullum esse sub cęlo poetam pium, doctum, eruditum et sapientem, qui schurriles vestras epistolas quas obscurorum inscripsistis, manu sua aut etiam digito tangere dignetur. Non sunt poetę boni similes vobis. Alii sacratissimas elegias, alii morales versus, alii vero (ut videmus) honestissimam prosequuntur materiam. Non igitur ab oratoribus aut poetis sed a pessimis quibusque nebulonibus ac pseudo Christianis (qui se ipsos Obscuros et Reuchlinistas appellarunt) vestrę sunt effusę epistolę. quos ego laudare non debui, quum sancta sedes apostolica iniquitatis eos filios esse decreverit.

Vale lector christiane, et hęc quę citra cuiuscunque viventis contumeliam, aut indignationem dicta sunt boni consulito.

¶ *Finem habent lamentationes obscurorum*
Impressę Anno domini M.
CCCCCXVIII.

[¶ *Finis lamentationum veterum, quę nundinis aprilibus hoc eodem anno editę fuerunt. at multis in locis modo, non solum immutatę, sed plurimum etiam citra cuiuscunque indignationem (ut boni omnes consueverunt) adauctę.*]

---

in 1. pag. ¶4ᵇ, *Ortvinus cum iterum Lamentationes ederet, non omisit quidem, sed retractavit et auxit sub hac inscriptione 'Epistola ad lectorem protreptica', quæ ex edit. 2. pag.* ɛijᵇ *infra repetetur.*

29 Finis *etc.*] *Quæ sequuntur usque ad exempli 2. pag.* ɛij, *ubi Murmellii carmen incipit, omnia non habet 1.*

Digitized by Google

Sequuntur

LAMENTATIONES NOVÆ OBSCVRORVM REVCHLINISTARVM.

1.

¶ *Simon Lutzbubularius*
totusque obscurorum exercitus
Gogo ac Magogo suis principibus
.S. P. D.

Cogitantibus nobis, principes egregii, quos tandem patronos rebus nostris summo in periculo constitutis deligeremus, vos potissimum ex omnibus, velut duo clarissima Iudęorum lumina (quorum sub tutela iniquitates nostrę omnes militarent) digni occurristis. Magnum est enim et grave et permolestum atque acerbissimum, quod Capnionis nostri contemplatione nuper omnes vulnus accepimus. Maledixit nobis summus pontifex et tota Christi illudit ecclesia. Pauci etiam reperiuntur, qui nos (ut ab altis accepimus) vivere in terris patiantur. Heu, heu, igitur nos infelices atque infortunatos, qui ob singularem nostram in bonos omnes audaciam et insignia in Christum facinora, nihil honoris consecuti sumus. O fallaces nequitiarum blanditias, quibus allecti per varios agitamur errores!
c ij[b] *O inanes cogitatus nostros, || qui secundis in rebus eo magis nos seducunt, quo certiore spe quadam nobis blandiuntur! Quas ipse sępenumero blasphemias in epistolis nostris conscripsimus, bonis omnibus et toti (ut audimus) christianitati plurimum displicuere. Quis igitur nostrum in tanta rei indignitate non męreat? non audaciam deploret suum? non sese mortifero conficiat dolore? Quid multa? Actum est nobiscum, nisi litteris vestris animati fuerimus. Valete ad longos Platonis annos. Moguntię ex Corona, tutissimo Obscurorum asylo.*

2.

¶ *Gog et Magog*
Obscuris Reuchlinistis
.S. P. D.

Quid vos miseri feminarum more eiulatis? Numquid sera vobiscum in fundo est parsimonia? Ascendit clamor vester in altum et montes

[10] diligerem9 2. *sed ipse Ortvinus in 'Correctorio' emendavit.* [23] parcimonia? 2. Cf. *Senec.* ep. 1.

Digitized by Google

Caspios horrisono fragore concussit. Insolitum deponite timorem. Estote fortes in bello contra virtutem, ne inimici nostri in cunctis plus ęquo triumphent. Annunciamus vobis gaudium magnum, quod notum erit omni populo, quia natus est vobis servator Antichristus in montibus nostris ex edentula quadam anu Blasphema nomine. Quę superba nimis, semper in ore habet Vergilianum illud

'En ego incedo regina Iovisque
et soror et coniunx'.

Hinc est quod nostri doctores, in fabulis ethnicorum multum eruditi, eam Iunonem esse contendant. Nec immerito. Habet enim pedissequas insignes, tres inferorum Furias et Harpyas quatuor, inter quas Celęno vobis Obscuris, ac vestro tandem patrono, pessima quęque eventura prędicit. Nos tamen illius vaticinia contemnimus, quia ut in veteri est proverbio, 'Malę aves malam pręsagiunt auram'. Valete feliciter cum vestro Capnione. Datum in montibus Caspiis Anno a nativitate Antichristi secundo.

3.

¶ *Doctor Grytz omnesque Obscuri Reuchlinistę*
Gogo et Magogo suis Principibus
.S. P. D.

Accepimus litteras vestras, principes invicti, nectare nobis atque ambrosia suaviores. Quid enim periculosis hisce temporibus pseudochristianis auditu iucundius evenire potuit, quam eum esse in terris natum, quem omnes blasphemi omnesque calumniatores et hęresiarchę summum deum sunt habituri. Adoramus itaque Iovem et Apollinem, Mercurium quoque et Musas novem, ut Antichristo parcant, eumque magicas doceant artes, ne in scholas eo Theologorum adveniente, artium diabolicarum rudis esse videatur. Nam qui virtute et sapientia potest nihil, maleficio contendat necesse est. Valete diu in montibus vestris cum Antichristo nostro, omniumque nebulonum ac sycophantarum, lemurum etiam et strygum patrono. Wormacię ex porcina Iudęorum synagoga.

---

4 na9 *2. sed ipse Ortvinus correxit.*

7 'Ast ego, quæ divom incedo regina Iovisque
Et soror et coniunx ...' *Verg.* Aen. I. 46. sq.

Digitized by Google

4.

¶ *Gog et Magog*

Doctori Grytz omnibusque Obscuris

.S. P. D.

Antichristum nostrum aut potius vestrum, expeditum in vario criminum genere adulescentem, nonis nuper septembribus in iucundissimum Veneris montem, tanquam ad mercaturam omnium nequitiarum cum Asc iij modeo || nostro transmisimus. Non dubium, quin ab omnibus ęrumnis atque angustiis vos sit quamprimum liberaturus. Interea temporis neque blasphemiis parcite neque imprecationibus. Vult enim sibi Antichristus tales habere apparitores, talesque suo albo milites inscribi. Ceterum ut ad alia progrediamur, mittite nobis in Proserpinę bigis aliquot specula ocularia Ioannis Reuchlin, quę a multis universitatibus condemnata accepimus, et defensiones eiusdem, ut boni etiam viri hic nonnihil habeant quo se oblectent. Adiiciantur et alia si quę vobis supersunt eiusdem generis inutilium contentionum fragmenta. Volumus quoque schurriles vestras epistolas a sede apostolica iampridem condemnatas, nobis in quadrigis mitti, ut illis Antichristus noster non illepide institutus, blasphemiis et irrisionibus abundet, omnemque turpitudinis ac maledicentię artem (multum est enim a teneris consuescere,) puer non ignoret. Postremo dum steteretis ante reges et prędides, nolite cogitare qualiter aut quomodo libri omnes vestri sint ultra Caspios montes transferendi. Prędto vobis erunt cacodęmones ipsi, in nostrorum montium radice, qui hanc librorum sarcinam dicto citius nobis prędentabunt, quum ędque ac nos istiusmodi lenociniis delectentur. Salutant vos sorores Antichristi, vestrę consobrinę, Temeritas, Arrogantia, Impudentia, Cędtas, Obstinatio, Desperatio, Hęresis et Blasphemia, quas si rite honoraveritis, ita etiam, ut in omnibus vos nequitiis et sceleribus expeditos habeamus, magna proculdubio ab Antichristo (cuius et vos prędursores estis) donaria recipietis. Valete diu et pergite ut cepistis, ne sacrosancta sedes apostolica falsum dixisse videatur, ubi vos filios iniquitatis esse decrevit. Ex Caspiis montibus. Anno tertio.

5.

¶ *Nicolaus Loripes*

Coridoni Lusco

.S. D. P.

O Coridon, Coridon, quę te dementia cepit.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

---

[20] Cf. *Verg.* georg. II. 272. [37] Cf. supra ep. I. 30.

Digitized by Google

Hęc sunt verba divi Vergilii, patris nostri et poetarum omnium parentis, quem tu minime intelligis. Hunc etiam locum noster exponens Ollilambius divino prędítus ingenio, libro .XXV. de natura rusticorum et nebulonum ac pseudo christianorum vafriciis, vult per Coridonem (id quod commentatores in hunc usquę diem ignorarunt) umbrosum Dianę intelligi venatorem, qui in Cyntho et Helicone, sacris Musarum montibus, albos volens cuniculos capere, corvos ac nycticoraces cepit. Quę res quam sit iucunda auditu, nemo prorsus ignorabit. Quapropter te oro atque obsecro, ut ęre etiam calchotypo imprimi actutum facias, ne tam necessaria cognitu ceteros nostrę sortis homines prętereant. Nam argutuli quidam, novarum rerum (quę nusquam sunt) indagatores, dum nova cudere posteritati satagunt, in aliena nimis et futilia dilabuntur. Vale Delphis. ex Phebadum spelunca sacerdotum. Te plurimum salutat nostra Calliopea. Iterum vale.

6.

¶ *Coridon Luscus*

Nicolao Loripedi

.S. P. D.

Sunt complura in nostrum Maronem commentaria, sunt infiniti per totum pęne terrarum orbem interpretes, at nemo illum plene intelliget, ‖ *nisi et nova Obscurorum Reuchlinistarum, doctissimorum quidem in fa-* ciij[b]
bulis virorum, glossemata perlustraverit. At mihi nuper tua multum expositione iactabundo ac plane importuno Theologus quidam et eruditus et vehemens, sese in Sibyllinis foliis aliam deprehendisse respondit. Carmen (inquit) illud Vergilianum, 'Alba ligustra cadunt' et alia quæ sequuntur, vulgares poetę non intelligunt. Divinus enim ille Vergilius (ut non remulco sed plena utar velificatione) infelicissimos nostrorum temporum dies, ex singulari quadam nativę virtutis industria luce clarius prędvidit, quibus vel Paulo teste, obscuri ac degeneres quidam poetę sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus. Auditum etiam suum a veritate avertent et ad fabulas convertentur. Postremo subiunxit idem ille theologus, 'Alba ligustra' (hoc est omnium pęne sanctorum scripta doctorum, una cum evangeliis Christi et apostolorum canonibus) 'cadunt' (id est parvi ab Obscuris ęstimantur et ob styli atque orationis humilitatem non habentur in precio) 'Nigra' vero 'vaccinia' (hoc est fabulę, convitia, infamationes, mendacia, blasphemię, hęreses, et id genus alię vitiorum pestes, festive saltem et eleganter compositę) 'leguntur' (id est ab omnibus fere colliguntur, desiderantur, et in precio habentur, ac prędclaris tum theologorum

[29] Paul.] ep. II. ad. Tim. IV. 3. sq.

Digitized by Google

tum iureconsultorum scriptis a levibus quibusdam ac perversę mentis hominibus anteponuntur). Quibus auditis, ego totus

obstupui, steteruntque comę et vox faucibus hesit.

Vale, mi Loripes, et theologos semper fuge, ne cęci visum recipiamus. Moguntię, ex domo quadam insigni cui coronę nomen.

7.

¶ *Nicolaus Calumniator*

Lucio Catilinę iuniori

.S. D. P.

Hei mihi, nunc fugiunt vires et corporis usus,
Mens mea non servit, nec mea lingua mihi.
Heu miser, in nostris est nulla potentia membris,
Horum quodque suum denegat officium.
Nulla parte suos cernunt mea carbasa portus,
Nec sentire potest anchora nostra solum.
Nescit nostra suam quo quęrat plaga salutem,
Sępe precor mortem, mors tamen ipsa fugit.

Non abs re conqueror, mi suavissime Catilina. Nam hoc solum ex omnibus nostris iniquitatibus, blasphemiis et hęresibus (ut verum tibi fatear) consecuti sumus, ut nos ęque boni omnes ac publicos hostes et ecclesię inimicos insequantur. Quinetiam se muniunt signo sanctę crucis, quoties Obscurorum nomen ante prospectum audierint, nosque diabolos esse arbitrantur. Proh Iuppiter! proh dii immortales! quid hoc est si iniuria non est? Consolare me obsecro primo si potes die. Nam obscurus ille Charon scapha sua ferruginea nostrum aliquot intra dies octo ad obscuras inferorum latebras per Acherontem ac Stygem ceterasque paludes est delaturus. Vale ex Hagenau Nonis nuper septembribus.

8.

¶ *Lucius Catilina Iunior*

Nicolao Calumniatori

Reuchlinistę et Talmutphilo

S. D. P. ||

c iij *Stulte, quid insanis? cur te dolor urget inanis?*
Te sperare iubet Calliopea suum.
Temperet ergo tuos modus et prudentia questus,
Terge tuas lachrymas, disce tenere modum.

[3] *Verg.* Aen. II. 774. 10. sqq. 33. sqq. *Versus nescio unde desumpti.*

Digitized by Google

Tota via totoque cęlo aberras, mi Nicolae, si arbitraris nos in saxo venditare. Non sunt nobis oculi lolio vitiati, quin et serpente et aquilą acutius intueamur. Quamvis theologi nos odio persequantur, Strabonis tamen instar (ut est apud Solinum) triginta quinque milia passuum prospicere valemus. Tibi persuadeas velim bifrontes nos esse Ianos, quibus Mydę aures affigi non possint. Nonne pilosi omnes sumus? quos natura (quę occulte operatur) ceteris mortalibus astutiores esse decrevit. Pilosum inquam cor, cum Messenio Aristomene a Lacedęmonibus interfecto habemus. Astutia igitur nostra vincet studia illorum. Prius testudo cursu leporem vincet, currusque bovem trahet, quam ingenitam nobis maliciam deserere possimus. Nec mirum. Veterem enim pelliculam difficulter exuit qui tam diu fraudibus ac malicia occalluit. Vale. ex Dullendorp. et cum ad Elysios campos descenderis, Plutoni inferorum principi me iterum atque iterum commenda.

9.

¶ *Pluto Phlegetontheus*

Sinoni Ululario

.S. P. D.

O dii deorum, quorum opifex paterque ego sum, quam graves mihi nuper Obscurorum lamentationes oblatę apud inferos fuerunt! Nemo prorsus cacodęmonum est, mi Sinon, qui non luctu ac męrore contabescat ac carnem devoret suam. Omnes enim boni (ut audio) ac sapientes Obscurorum Reuchlinistarum genus velut pestem quandam pręsensque venenum fugit. Auctores sunt theologi, qui pro ecclesia Christi ad sanguinem usque (si rite accepta recordor) legitime decertantes, pessima quęque (nobis etiam invitis) eradicare nituntur. Hem me miserum! vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Nihil est quod malim, quam illam totam Theologorum familiam mihi dari obviam, ut mihi iram hanc in omnes eos evomam omnem, dum ęgritudo hęc est recens. Satis id tandem supplicii sum habiturus, dum illos ulciscar modo. Vale ex Tęnaro Laconię promontorio, ubi ad inferos descendentibus facilis patet via.

---

[1] saxo 2. sacco *recentiores recte; sed Faustus quoque Andrelinus, cuius Epistolas proverbiales et morales Ortvinus compilare solet, habet* 'in saxo venditare'. *Maximam proverbiorum exemplorumque prolatorum partem Ortvinus ex Fausto transcripsit.* [4] Solin.] polyh. c. 1. pag. 7 D ed. Salmas. Plin. exercitt. [8] Cf. *Val. Max.* I. 8. ext. 15. [12.13] *Dollendorf*, vicus ad dextram Rheni ripam supra Bonnam.

Digitized by Google

10.

¶ *Sinon Ululatius*

Plutoni Stygio

.S. P. D.

Occurrunt animo pereundi mille figurę,
Spes bona sollicito victa timore cadit.

O cęca nocentum consilia! o semper timidum scelus! Nullum (ut sentio) sine magno auctoramento est malum. O fortuna! o fors fortuna! quantis incommoditatibus et quibus scandalis implicati omnes sumus! Qui tibi servit, nulli fortasse servit, sed ęternę (ni fallar) sibi maledictionis prępicitium struit. Nemo nos nostro exonerat metu, nec tu id quidem (qui princeps es tenebrarum et Obscurorum omnium patronus) facere ullo modo potes. Si tibi machęra est, nos quamprimum tuere, teque in angelum lucis (id quod te Paulus ad Corynthios facere solitum testatur) c iiij[b] *quantotius transfigura. || Quod ubi feceris, tecum ad inferos descendemus. Vale ut potes et lętare cum Proserpina uxore tua et Glauca matre. Ex Noremberga Nonis nuper Septembribus.*

11.

¶ *Henricus Haversack*

nequitiarum licenciatus

Ioanni Smoerpot pręceptori suo

.S. P. D.

Fui nuper Moguntię in consessu Obscurorum virorum, petens ab eis, ut suo me albo inscriberent. Quibus confestim annuentibus (pares enim cum paribus facilime congregantur) artem me prius histrionicam exercere volebant. Vino itaque naturam non parum adiuvante, tantum ceteris Obscuris in hac arte prędiiti, quantum asino porcus ad edendum antecellit. Quapropter non possum Liberum patrem (quem Bacchum alii appellant) non laudare, et in cęlum usque extollere, qui me infinitis exolutum curis, semper lętum esse vult et ventre distentum. Ubi enim quid est vini, haud cesso, quousque totus est gurgulio prągnans ab imo et trans gulam. Sin paucitas, vel lambo vel lingo, dum odor sagax olet. At non (ut est plerisque mos) in abditis et solitariis locis aut specubus, sed cum bonis natabus et sodalibus et similibus mei. Hoc tamen unum me plurimum excruciat et animo tranquillo esse non sinit, quod nisi

---

[5] *Ovid.* ep. 10,81. [6] Ibid. 13,124. [7.8] Null. *etc.*] *Senec.* ep. 69. §. 4. [14] *Paul.* II. Cor. 11,14. [34] natabo 2. *an* natibus?

Digitized by Google

artem etiam blasphemandi didicero, nunquam sim in doctorem nequitiarum una cum ceteris promovendus. Quod ne fiat, tui erit officii providere. Vale, ad longos Nestoris annos et Esopi patinas nobis ad cenam para, ut Baccho ac Cerere suffarcinati, ad omne malum promptiores esse possimus.

12.

¶ *Ioannes Smoerpot Daventriensis*
Henrico Haversack suo discipulo
.S. P. D.

Doleo in immensum, et supra quam cuiquam credibile est, interno excrucior dolore, eo quod hactenus ad saxum verba fecerim, operamque perdiderim et oleum. Infecundi quippe ingenii est (Faustus inquit) premonstrantem (quanquam illi debeatur plurimum) non excedere. Quapropter tibi gratias ago nullas, quod ultra ipsam in conviviis gesticulationem, nullam blasphemandi didiceris artem. Lege, relege, perlege apostaticas, ac plane execrabiles Obscurorum epistolas, et te in nequissimum omnium nequiciarum doctorem histriones ipsi dicto citius promovebunt. Sequere etiam impudentiam preceptoris tui, teque ad pestiferos illius mores (necesse est enim ut de me ipso in tertia loquar persona) totum effinge. Quod si feceris, vivum eris sycophantarum idolum omniumque vitiorum exemplar. Vale diu. Wormatię ex fetida Iudeorum hara, ubi me culices et pulices cute integra esse nunquam sinunt.

13.

¶ *Simon Drullensis*
Matthię Rupho
.S. P. D.

Miror equidem, quam potissimum ob causam viri boni nos Obscuros Reuchlinistas cum Dathan et Abyron a terra velint absorbendos esse, qua item moti insania nos histriones et sycophantas, ac nequissimum plane genus hominum appellare non vereantur. Hunc mihi si dissolveris nodum, alterum te esse Apollinem predicabo. Vale, ex Basilea. ||

---

[11] Faustus] Andrelinus, *puto. cf. adnot. ad super.* ep. 8.

Digitized by Google

14.

¶ *Mathias Ruphus*

Simoni Drullensi

.S. P. D.

Explicare non possum litteris, Mathia, quantam mihi tristiciam nuper in Iudęorum synagoga deambulanti multorum epistolę attulerunt. Scribunt enim non theologos modo, verum et optimos quosque dicere solitos, nullum esse sub cęlo tam impudentem tamque inverecundam meretricem, nullum item latronem tam inhumanum, nullumque tam discinctum sycophantam, qui nostras, hoc est Obscurorum epistolas lectu dignas velint. Nec mirum. Sępe enim stateram transilivimus. Ansam quoque largiti sumus ut male nos tractare et boni et mali omnes possint. Capra gladium quo mactetur adinvenit, Faber quas fecit compedes, ipse gestat, suoque perit indicio sorex, et in expuentem cadit quod in cęlum expuit. Nolim igitur mireris, Mathia, nos ab optimis iniquissimos et a gravissimis quibusque levissimos appellari. Cave hęc theologi resciscant Colonienses, ne laqueum nobis mandent, aut medium ostendant unguem. Vale ut potes et

digito compesce labellum.

Ex Francfordia.

15.

¶ *Castrimannus Echtnobiensis*

Doctori Grytz Obscurorum pręceptori

.S. P. D.

Quamquam omnia nobis adversa sint, doctor egregie, et Isthmon perfodere non possimus, nihil tamen est quod vel theologos ipsos in aliquo timeamus. Dies enim nobis adimit dolorem. Verum enimvero quia Cumani omnes sumus, homines profecto et obtusi et hebetes, pręcepta nobis aliquot salubria abs te dari postulamus, ut quemadmodum vulpes pilos non mutat suos, ita etiam et mores nostros nunquam immutemus, ne ex his esse videamur, de quibus Horatius cecinit,

Dum vitant stulti studio in contraria currunt.

Extra undam ergo et fumum, elegantibus tuis documentis, longe compelle carinam. Vale, ex Hoppenem, et quę nos vel facere vel docere volueris quamprimum rescribe.

---

[5] Mathia. 2. *Recentiores correxerunt* Simon. *et sic paullo post iterum.* [19] *Iuv.* sat. I. 160. *(ex Fausto).* [32] *Hor.* sat. I. 2,84. *(ex Fausto).*

Digitized by Google

16.

Doctor Grytz
Castrimanno Echtnobiensi
S. P. D.

Quemadmodum non ęgre patior, Castrimanne, ab omnibus fere theologis et sacrarum litterarum cultoribus contemni, ita plurimum lętor a vobis omnibus, hoc est ab Obscuris Reuchlinistis, nunquam satis in umbrosa Iudęorum synagoga laudatis commendari. Excudi moralia quędam pręcepta, quę cum legeris, dicto citius obstupesces, admiraberisque, quod talia a nobis edita atque adinventa, apud te potissimum, ad Obscurorum omnium institutionem studiose observentur. Illis ergo diligenter a te perlectis divinitatem quandam in me esse intelliges, ut vere animus meus sit de cęlo sumptus ignis. Hęc ergo quę sequuntur tibi ac tuis prescripta esse volumus.

¶ *Canones sacros et ecclesię statuta nunquam observanto.*
Obscurorum patronis semper obediunto.
Theologis, religiosis, et poeticę ignaris reverentiam nunquam exhibento.
Cum Musarum inimicis inhumane semper versantor.
Adulterinum in digito annulum et torquem in collo fucatum gestanto.
Omnibus bonis calumniam inferunto. ||
Baccho ac Venere nunquam abstinento. c 5b
Obscurorum epistolas et oculare speculum Ioannis Reuchlin diligenter legunto.
Die noctuque per vicos divagantor.
Ineptiis, blasphemiis et hęresibus raro aut nunquam parcunto.
Omnem maliciam libenter docento.
Arrogantiam et temeritatem pro virili colunto.
Alea et ebrietate cuncta dissipanto.
Raso capite, prolixa barba, laceratis caligis, et veste detrita frequenter incedunto.
Domus prelatorum tempore prandii importune visitanto.
Fatuorum et histrionum mores semper habento.
Convivio magis quam consilio se aptos pręparanto.
Dominicis feriatisque diebus rem divinam sacramque concionem aspernantor.
Sapientum bonorumque virorum admonitiones contemnunto.
Histrionum ac sycophantarum scholas indies frequentanto.
Christi evangelia et sacras litteras in malam sępe partem interpretantor.

Digitized by Google

Simplices et columbinos decipiunto.
Cum Iudęis et hominibus nequam quotidianam consuetudinem habento.
Cum sacco per civitatem epigrammata cantanto.
Gladium et sicam truculenter ferunto.
Nemini gratitudinem exhibento.
Creditoribus fidem nunquam servanto.
Blasphemare et in bonos invehi assuescunto.
Apparere magis quam esse decertanto.
Domum indies vinariam, ganeasque ingrediuntor.
Morituri nihil unquam executoribus relinquunto, sed solis dumtaxat hominibus multum debento, animamque tandem apud inferos sepeliunto.

¶ *Ad hęc cum quotidiana exercitatione melius sit nihil, et rectissime a Cęsare dictum sit omnium rerum magister usus, atque altera ab Aristotele natura, hunc ab Obscuris morem servari volumus, ut singuli suum sibi habeant sive kalendarium, sivę diarium, seu malis ephemerida cum Gręcis dicere, Quo in libello quotidie, pro suo quisque in studiis et profectu et ordine, quędam id genus documenta vigilanter adnotent, quamvis sępenumero exigua, ubi tamen in summam coaluerint (facilius enim tritico lolium crescit) non parum profutura. Quid multis? Receptui nunc canendum est. Nam teste Horatio,*

Quicquid prępipies, esto brevis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Hoc solum adiiciam quod Iuvenalis nobis scriptum reliquit,

Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,
Si vis esse aliquid.

Vale ex bicipiti Parnaso et dii nos quamdiutissime conservent.

17.

¶ *Ioannes Grap poeta novellus*
Arnulpho Codriano philosophorum omnium philosopho
.S. P. D.

Legi nuper apud Aristotelem primo physicorum tria esse (proh pudor turpe est dicere) rerum prima principia, materiam, privationem et formam. || *Alio item in loco, Solem et hominem generare hominem. Quę si vera sunt, ridicula mihi prorsus esse videntur, quum neque in epigrammatibus Martialis, neque in satyris Horatii, aut id genus aliis poetarum libris hęc ita esse legantur. Tenes sententiam meam. Quapropter*

---

21 *Hor.* art. poet. 335. sq. 25 *Iuv.* sat. I. 73. 26 aliquis *Iuv.*

Digitized by Google

si tu quid nosti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.
Vale, ex rure suburbano, ubi me culices et pulices animo tranquillo esse non sinunt.

18.

Codrianus philosophorum philosophus
Ioanni Grap Apollinis et Musarum alumno
S. P. D.

O curas hominum! o quantum in rebus inane est!
Quid obsecro tanti facis philosophi in physicis ęnigmata, quę Oedipodes ipse non solveret. Fumosum profecto rancidumque lardum sapit, qui veterum magis philosophorum quam poetarum sententiis delectatur. Martialis scommata et Ovidiani Amores una cum Propertio atque Tibullo tantum ceteris philosophię documentis pręstare videntur, quantum mulus asino antecellit. De his ego philosophis loquor, quos sacrę theologię doctores et alii liberalium disciplinarum magistri plus ęquo venerantur. Ne tamen ad parietem seu potius ad mortuum verba fecisse videaris, aut surdo fabulam in tuis ad me litteris recitasse, Errat vehementer Aristoteles, materiam, privationem et formam tria ponendo rerum principia. Ego potius aerem, terram et mare collocavero. Ex aere enim pluvia in terram cadit, quę iam iterum atque iterum inebriata, leones, apros, oves et boves, omniaque nobis ceterisque mutis animantibus necessaria producit. Mare vero pisces largitur, ne quadragesimalibus diebus in via deficiamus. Solem autem et hominem generare hominem, impossibile est, sed rectius virum et mulierem in geniali lecto id facere solitos crediderim. Hęc enim facilia intellectu sunt, quę Scotus ipse, quem alii subtilem appellant, et Albertus Magnus nunquam intellexere. Vale ex montibus Riphęis octogesimo nono idus Septembres.

19.

Adrianus Sinkensis

Simeoni Lulliano poetę decies laureato
Salutem nullam dicit.

Non mihi si centum linguę sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia penarum percurrere nomina possem.
Quis unquam credidisset, mi charissime Simeon, poetam poetę, aut

[1] 'Siquid novisti rectius istis' *etc. Hor.* ep. I. 6. i. f. [9] *Pers.* sat. I. 1. [33] linguæ centum *Verg.* Aen. *(ex Fausto).* [34] comprendere *Verg.* [35] possim. *Verg.*

Digitized by Google

oratorem oratori vel fuisse vel esse contrarium? Quid turpius? quid infelicius? quid abiectum magis, quam proprio perstringi gladio et a suis insperato confundi? O nos miseros atque infelices Reuchlinistas, qui sedentes in tenebris et in umbra mortis, multa nobis ac nostrę tandem professioni adversa experimur. Campanus enim (hei mihi, vereor scribere) in sua ad Cardinalem epistola, nos fortasse Obscuros in spiritu redarguens, 'Quid enim dolus (inquit) nisi poetarum mendacia absurda et venefica, quibus mulcentur aures, animi dicipiuntur. An possit quisquam non falli si poetas sectetur, qui non investigatores, sed et confictores atque inventores fuerunt mendaciorum? An esse non lascivus, si inter illorum fabulas cantilenasque versetur, refertas pruritu et titillatione voluptatum, libidinum, flagitiorum? Nam quod tu flagitii || *genus in poetis non invenies extolli et prędicari? Digni illi quidem qui et vates et divini dicerentur ministri eorum deorum quos habebant, profligatissima et perditissima quęque postulantes, si modo erant hi dii, et non stultitia potius eorum qui hęc confinxissent, referentes omnia ad appetitum quisque suum insanum et amentem'. O Lulliane, o Simeon Lulliane, quam nos hęc verba perstringunt et indelebile nobis scandalum mortemque sempiternam minantur! Sed quę sequuntur? 'Finxerunt sibi sermones nequam poetę, Locutum est mendacium os illorum et secuti sunt vanitatem, Ad increpandum verba concinnant et sermonem protulerunt inventum, et tamen nescio quam sibi persuadent gloriam nominis, quę nihil est profutura si comparetur. Poetarum igitur insignem stultitiam persancte carpens Hieremias, Ecce (inquit) vos confiditis in sermonibus mendacii, qui non proderunt nobis et secuti deos alienos in Balaam, hoc est in voraginem et prępcipitium declinatis'. Ad unguem Hieremię sermo poetas irridet, quorum totidem dii sunt quot nugę. Ita perniciosi sibi poetę, perniciosi et ceteris si lectitentur. Tam potest quisquam inter illorum scripta non enervari, quam in igne non uri, in aqua non perfundi, in pice non sordidari. Etenim qui tangit picem, inquinabitur ab ea, et perdifficile est inter impudica verba fieri non impudicum. Extollunt omnes una voce poetę voluptatem, ea se illaqueari cupiunt, eam auro et regno potiorem arbitrantur, hanc prędicant, hanc complectuntur, quorum unus ex prępcipuis, dum huic vacat, regum, inquit, magnę despiciuntur opes. Alter magister ille, quem dixi media in Venere extingui se ait cupere, ut rite meis consonet, ut qui vixit perdite, moriatur perditissime, ut quisque tali veniens in funere dicat,*

Conveniens vitę mors fuit ista suę.

Vergilius non modo legendus pueris, sed imbibendus figendusque memorię, sed censetur dumtaxat pueris, qui ornatum possint capere et ele-

---

[24] *Ier.* VII. 8. [29] in p.] infici 2. [33] unus] *Tibull.* I. 8, 34. [38] *Ovid.* Amor. II. 10. i.f.

Digitized by Google

gantiam lascivię nequicquam sentiant, aut si sentiant, non corrumpantur. Sit igitur lumen verum, idem Campanus ait, quod afferimus, dirigat non prȩcipitet, ne qui ad lucem positi sumus aliorum, ipsi obtenebremur. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientię claritatis dei, non poetarum, non nugarum, non mendaciorum. Eramus tenebrę qui in his fabulis versabamur, facti sumus lux, qui e tenebris ad cęlestia, ex mundo ad Christum commigramus'. Hęc ille. ¶ *Senecam quoque audiamus libro de beneficiis: 'Ineptię inquit, poetis relinquantur, quibus aures oblectare propositum est et dulcem fabulam nectere. Sed qui ingenia sanare, et fidem in rebus humanis retinere, ac memoriam officiorum animis ingerere volunt, serio loquantur et magnis viribus agant'. Adest Cicero qui libro .II. de divinatione, nihil vult esse in philosophia commentitiis fabellis loci. Et commentator super .II. metaphysicę Consuetudinem audiendi apologos et maxime fabulas impedimentum esse vult in cognitione veritatis. Postremo Hieronymus noster in epistola de duobus filiis: 'Dęmonum (inquit) cibus est carmina poetarum, sęcularis scientia, rhetoricorum pompa verborum'. 'Nulla ibi saturitas veritatis, nulla iusticię refectio reperitur. Studiosi earum in fame veri et virtutum penuria perseverant'.* ¶ *Hęc itaque et id genus alia multa, quę brevi huic epistolio* || *commendanda* b j *non sunt, in nos Obscuros homines et degeneres (sic enim me loqui vult conscientia) Reuchlinistas, non obscure dicta videmus. O tremendum ergo apud inferos Plutonem! O funestam cacodęmonum turbam, quorum proh dolor instinctu maligno, tam obscęna in nostris epistolis, non in viros modo prȩstantissimos et optimos, verum in salvatorem nostrum ac sanctos eius, turpissima quęque, pice etiam ac sulphure tetriora hęreticorum more simul effudimus. Nullus enim locus (ut audio) intra oceanum est, ubi nostrę non sint visę epistolę, ubi inquam nostra in ecclesiam dei scommata, et pestilentes quędam in Christum eiusque matrem blasphemię, ac mille tandem contra omnes bonos mendacia non habeantur in preciǫ, apud eos maxime qui poeticis figmentis obbrutuerunt, nobisque sunt quamsimilimi. Transcenderunt enim Alpes execrabiles illę nostrę epistolę, montesque Armenios, Caspios etiam et Ripheos, ac totum pęne terrarum orbem cęca omnium nequitiarum nube ac tartareo impudentię fumo longe lateque obumbrarunt. Quapropter sanctissimus in Christo pater ac dominus noster Leo papa decimus non immerito nobis Obscuris Reuchlinistis maledixit, nec nobis solum, verum etiam cunctis nostrarum invectivarum impressoribus, venditoribus, conservatoribus, illasque tri-*

---

[8] *Senec.* de benef. I. 4. i. f. [10] sed] at *Sen.* [11] ac *om Sen.* [12] *Cic.* de div. II. 38. [16] *Hier.* ep. ad Damas. de II fil. XXI. (al. 140.) §. 13. ed. Mart. I. p. 75. sq. [17] scientia] sapientia *Hier.*

Digitized by Google

duum intra post apostolici decreti notitiam comburere differentibus. Video igitur nos et miseros esse et infelices, omniumque criminum genere delibutos ac plane suffarcinatos, brevique, (ni Gog et Magog una cum Antichristo suo vel potius nostro nobis præsidio sint) ad inferos catervatim descensuros. Vale ut potes, et suavissimis tuis litteris me quamprimum consolare. Quod si non feceris, Delphos petam, nostro Apollini Musisque novem cuncta relaturus. Ex Cremona nonis nuper Septembribus.

20.

¶ *Simeon Lullianus*

Adriano Sinkensi

.S. P. D.

Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit urna cicutę.

Accepi litteras tuas, charissime frater, nonis ad me nuper datas septembribus, quas profecto (sic me dii conservent,) vel Nessęo per te sanguine, vel Hydrino ab aliis veneno tinctas crediderim, sic mortiferis quibusdam in nos aculeis, atque amarulenta prorsus in Obscuros reprehensione et vivunt et spirant. Tibi igitur attice ad me litteras danti, laconice tandem respondebo. Antonium ego Campanum (virum alioqui et eruditum et excellentem, clarissimum quoque tum oratorem tum poetam) a theologis fortasse aliquot senio confractis et christianę fidei cultoribus facile seductum crediderim. Ad Hieronymi pręterea atque Senecę parœmiam, nihil est quod hoc tempore respondeamus. Ego enim qui nonies a Musis et semel Apolline, in Cyntho, monte quidem et sublimi et aspero, laurea coronatus sum, salutiferam (quam aiunt) theologorum redargutionem pati non possum. Singula enim regio suos habet cantus, et quisque suo vivit more. Ad inferos autem cum descenderis, primum mihi in Elysiis campis, illuc tandem venturo, locum obtinebis. Valeamus itaque ut possumus, quando ut volumus non licet. Ex Helicone, Musis novem una cum Apolline chorisantibus. ||

bj[b]

21.

¶ *Pigmalion insanus*

Henrico iuniori

.S. P. D.

Moriturum credo risu fuisse Democritum, si nostras olim epistolas, quas Obscurorum inscripsimus, et alia id genus nostrorum contribulium

[13] *Pers.* sat. V. 144. sq. [24] nonies *sic* 2.

Digitized by Google

deliramenta lectitasset. Sed hoc me plurimum conturbat, quod viri boni et verbosos nos esse dicunt et nugaces, omnigenisque tormentorum generibus interimendos. Quid multis? Quantum mihi videre videor, si Troes unquam fuimus, hoc est vel fortes vel strenui, Mysorum certe nunc ultimi sumus, quos despicabiles in primis et ludibrio quondam habitos non ignoramus. Vale cum tuis, et cras responde, ne in mediis sitibundus undis cum Tantalo exarescam. Ex urbe Treberica pridie idus septembres.

22.

¶ *Henricus iunior*

Pigmalioni suo

S. P. D.

Rumpor et ora mihi pariter cum mente tumescunt,
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.

Miror te hominem audacem ac plane temerarium urbem ingressum Trebericam, qui in nostris scripsisti epistolis Christi tunicam vestem esse antiquam et pediculosam. Recte igitur tibi Insano nomen, qui sanus nonnunquam tantam incurristi insaniam. Revertere, Pigmalion, revertere, ne carnifex illic sanguinarius te supinum in furcam suspendat. Quod autem de Abderite philosopho scripsisti, non possum non probare. plerique tamen (ut audio) credunt magis, illum si ab inferis resurgat, nobis derisui ludibrioque futurum, novorumque simul criminum materiam prębiturum, utpote qui pro nostra inveterata libidine et malicia prorsus indies infinitum excrescente, non solum stultitia et temeritate nostra contenti sumus, sed prudentiam quoque, si qui prudentes sint, sapientiamque contemnimus, et quorum vereri debemus auctoritatem, pręsentiam frequenter irridemus. Vale diu et deos ora immortales, ut nos perpetuo ab invidorum livore defensent. Ex templo Dianę Ephesinę.

23.

¶ *Ioachim Carbunculanus*

Ioanni Buffelino.

Pręterii nuper Colonię theologorum scholas, celebres profecto et magis quam ipse putaram bonis omnibus venerandas, ubi inter disputandum nonnulli aderant, et hi quidem de caliginosa Obscurorum Reuchlinistarum cohorte, sub vapido mediusfidius pectore astutam gerentes vulpem.

---

[12] *Ovid.* epist. VIII. 57. sq. [15] Tebericā. 2. [34] Cf. *Pers.* sat. V. 117.

Digitized by Google

Qui cum perfricta fronte et obstrepero simul clamore poetarum fabulas solamque eloquentiam (ut nostra fert consuetudo) syllogisticis theologorum disputationibus anteponerent, Doctor quidam Silicernius, censorium repręsentans Catonem, 'Nihil', inquit, 'cum fidibus graculo, nihil cum amaricino sui'. quo expressissime (ut sic dicam) et solerter significatur, neque melodiam avibus obstreperis, neque unguenta porcis convenire lutosis. Fabulis igitur assueti, et sęcularibus solum delibuti litteris, gravissima quęque et divina contemnunt. Quod quam sit flagitiosum, nemo prorsus sapientum ignorat. Legunt etenim (at nesciunt tamen) holitorem sępius (ut est in proverbiis) opportune loqui, sordidoque in panno sapientiam nonnunquam latitare, quę calamistratam non desiderat orationem, levibusque poetarum figmentis tantum pręstare creditur, quantum animi cor-
b ij *poribus et bestiis homines antecellunt. His itaque peractis || et immodica nobis confusione oborta, tristes una aufugimus, et id quidem hospite non salutato. nam si graves illi viri nos leviculos deprehendissent, graves proculdubio nostrę temeritatis penas in scalis dedissemus. Vale diu. Bonnę ex domo antiquę mulieris, quam vulgo Nisam appellant, quę nos esurientes implevit rapis et divites dimisit invitatos.*

24.

¶ *Ioannes Buffelinus*

Ioachimo suo

.S. P. D.

O funesta dies, o lamentabile tempus!
O furor, o rabies, o detestabile virus!
O dolor, o regum impietas, o mortua virtus!

Exclamare non immerito possumus, mi suavissime Ioachim, eas nobis in tenebris illusiones oboriri, quas insani homines ferre neutiquam possent. Quapropter ut huic rei propius accedam, eadem tibi audienda est historia. Peroranti mihi nuper Moguntię de litteris politioribus, easque cunctis tam veterum quam neothericorum disciplinis anteponenti Theologus quidam et canicie venerabilis, et sermone (ut verum fatear) unus omnium modestissimus, 'Oratio', inquit 'venusta et perelegans, non habens dignam auditu sententiam, ridicula est planeque volatilis, inculta etiam ac strepitu exibilanda auditorum. Nam sicuti corpus vivum nobilius est non vivo, sic etiam oratio gravis et humili contexta filo, elegante nobilior est non gravi. Itemque quemadmodum corpus non vivit in quantum corpus, sed per id (alias enim omne corpus viveret) quod nobilius

---

[10] proverb.] ap. *Gell.* N. A. II. 6, 9. [17] Nisa] = Agnes.

Digitized by Google

est, puta animam, ita etiam oratio, magis verborum pompa quam sententiarum gravitate exurgens, exanimis est penitusque reiicienda, præsertim si bonos lacessere, malis adulari, ac suos tandem errores, vel insaniam potius, per omnes impudentię numeros defensare non erubescat'. Hęc me invitum audire viri coegit auctoritas, quę si talpis tenebricosa, lyncibus tamen (ut illi volunt) perspicua satis esse videntur. Ego autem quod scire cupis, illis nequaquam assentior, etiamsi veritatem ipsam, millesies cęlo delapsam (obstinati enim in malicia cum diabolis sumus) luce clarius intuerer. Verum hęc alias. Quod pręterea Coloniam insalutato hospite reliqueritis, nihil mihi potuit vel auditu iucundius, vel laude magis dignum referri. Hoc enim nobis semper agendum esse, in statutis nostris provincialibus, a doctore Grytz nuper editis, apertissime continetur. Postremo autem vos plurimum laudo, extollo, atque magnifico, quod sola fuga vestrę incolumitati tam ingeniose prospexistis. Quod nisi factum fuisset, sacco forsitan illic vos cathegorico inclusos in Rhenum coniecissent. Vale cum tuis quam diu voles, tam diu autem velle debebis, quoad te obscurum Reuchlinistam esse non pęnitebit.

25.

¶ *Antipho Castronius*

Ioanni Corvino

.S. P. D.

Rogasti me sępenumero per litteras, Corvine, ut epistolam Ioannis Pepericorni, ad summum nuper pontificem missam, tibi pro nostro in te officio legendam procurarem. Respondebo igitur petitioni tuę, quamquam et id pro nostro in te officio (ut verbis utar tuis) facere neutiquam debuissem. Nec mirum. Quid enim stultius, quid dedecorosius, quid iniucundum magis, quam tyronis gladio militem confodi veteranum? Capniozoilus profecto est et publicus Iu||dęorum hostis, qui in sua etiam ad san- b ij b *ctissimum defensione ita nos omnes rebus convincit necessariis, ut bonis omnibus ludibrio esse videamur. Atqui sic a summis eruditissimisque viris accepimus, eundem Pepericornum (etsi rumpantur ilia Codro) tanta virtute, tantaque prędituin humanitate, ut laudem potius bonorum quam insignium meruerit Reuchlinistarum contumeliam, qui seipsos Obscuros ultro dici voluere. Nam qui animas quatuordecim diabolo subtraxit, et Christo consecravit, eum in fide catholica syncerum esse dicamus necesse est. Hoc credi iubet veritas, quę quantam (etiam inter malos) habeat vim non ignoras. Verum hac de re satis, tu quę scribat intuere, et nos ut soles ama. Vale diu. Romę ex nostris ędibus,* XVI. *kal'. octobres.*

Digitized by Google

Epistola Ioannis Pepericorni.

Ex teutonico in latinum translata.

¶ *Beatissimo in Christo patri domino nostro, D. Leoni divina providentia papę .X. Reverendissimisque Cardinalibus Ioannes Pepericornus olim Iudęus, nunc vero christianus omniumque minimus, post pedum atque manuum oscula, sese totum subiicit et auxilium adversus impiissime scribentes humiliter implorat.*

Beatissime pater, quamquam minime dignus sum, ut vel ad sacratissimos pedes tuos, vel ad celsissimam tuę sanctitatis sedem verba profundam, tamen quia Reuchlinistarum nuper quorundam (quos Obscuros vocant) contumelia falsissimisque quibusdam invectivis, extimus pęne factus sum ab ovili tuo Christi vulneribus sępto, non possum non sperare et firmiter credere, quin si Neophitus ipse veritatem proposuero, et per viam regiam ambulando instar divi Pauli synagogam sathanę et colluvionem Iudęorum execrabilem tortuosumque labyrinthum pro mea parvitate suppressero, immortale sim cum beatis prępium habiturus, nec minorem etiam gratiam in oculis sanctitatis tuę. Verum enimvero cum sub hoc orbe lunari Christi vicem perbeate in terris geras, et alterum nobis deum repręsentes, personarum acceptor esse non potes. Sed quo me vertam prę dolore? Quibus supplicabo? Quos miser ipse implorem? Te mediusfidius patrem beatissimum quem admiranda probitatis omniumque virtutum merita et incorrupta vitę integritas ad supremam atque inaccessibilem pęne mundi cathedram, iure optimo extulerunt, qui et misericordia dignis misereri, et superbos debellare, pro tua moderatione atque iusticia quamoptime didicisti. Cęterum, beatissime pater, ut ad rem ipse paulatim declinem, Postquam serenissimus noster Imperator, omnium litteris atque linguis extollendus, universitatibus aliquot, Archipręsuli etiam Moguntino, itemque et hęreticę pravitatis Inquisitori, ac Ioanni denique Reuchlin, legum doctori, iam pridem demandasset, ut quid de libris Iudęorum quibusdam scandalosis et in ecclesiam dei blasphemis agendum foret, ad salvatoris nostri honorem omniumque regeneratorum salutem quantotius deciderent, Cumque omnes excepto Ioanne Reuchlin, velut uno ore ex instinctu spiritussancti pro Christo et loque-

b iij *rentur et scribe|rent, solus ipse inventus est, qui (ut multarum universitatum testimonia probant) Iudęorum perfidię magis quam sedi apostolicę aut sacratissimo fidei negocio in sua consultatione adhęreret. Taceo (proh pudor nefas est dicere) quod in eadem sua consultatione (quod postea speculum oculare est appellatum) me nuper in Christo feliciter baptiza-*

---

[1] *Est hæc epistola Pepericornianæ Defensionis contra famosas O. V. epistolas principium. Cf. supra p. 83. sq.*

Digitized by Google

tum, nullis meis demeritis (quia alter alterum non noverat neque viderat unquam) quovis modo prȩcedentibus apud C. M. male tractarit, verissima quędam contra me pro Iudęis falsissime improbando. Quapropter mihi proh dolor sic curarum omnium libero, nihilque fraudis inopinę cogitanti, respondendi stylum vel invito obiecit, quo semper is qui lęsus est prior (quamvis etiam intra infimos omnes esse homines videatur) tueri sese, et id quidem duce natura, non instrenue ab adorientibus potest. Multis itaque id genus aliis rebus ac clausulis (quę in nostra ad tuam sanctitatem defensione prolixius continentur) non indecenter omissis, hoc solum adiiciam, quod ipse Ioannes Reuchlin et sectatores eius Cę. ma. mandatum, de silentio ultro citroque observando, non solum non observarunt, velut nostrum epitome sive summarium explicat, sed ne tuę quidem beatitatis solenni decreto parentes, in me alogum, atque optimum quemque e nostris, supra quam cuiquam credibile est, in execrabilibus suis epistolis, quas Obscurorum inscripserunt, per omnem impudentię contumeliam, omne virus sonticum, velut polylogi turpiter expuerunt. Verumtamen, quia (ut fides nostra catholica habet) nullum sine auctoramento est malum, iidem nescio qui perduelles Reuchlinistę minime natura cicures, manifesta phrenesi in me ovem misellam (et id quidem absque suorum nominum professione) crudeliter debacchantes, iustas merito penas darent, fedam suorum orium graveolentiam et voce et scriptis revocantes. Irritatus igitur et coactus librum quendam in Christo edidi, quam vulgo apologiam vocant, tibique patri beatissimo, vobisque reverendissimis Cardinalibus perlustrandum ac defendendum hoc pacto nuncupavi, ut vera mihi auxilium, falsa autem severam sine gratia censuram administrent.

Tuam itaque sanctitatem velut domini nostri locum in terris tenentem ac ministram et ducem universalis ecclesię suppliciter invoco. Te certum et indubitatum beati Petri successorem imploro, ut me christianum intra sępta tua cum ceteris latitantem, et infinitis pęne iniuriis enectum, a lupis rapacibus lacerari non sinas. Vos quoque reverendissimos dominos cardinales veros iusticię patronos appello, vos obtestor, vos obsecro, ut veritatem profitenti et indigne a malevolis lęso, salutis opem prȩstare velitis. Quod si feceritis, plures proculdubio Iudęi ad fidem nostram convertentur. Nam qui animas quatuordecim e tenebris cęcorum ad veritatis lumen traduxi, nullam commerui christianorum contumeliam. Vale feliciter pater beatissime, vosque reverendissimos ecclesię primates, verus deus verusque dei filius quamdiutissime conservet.

---

[2] C. M.] Cæsaream maiestatem. [17] Cf. p. 370. v. 7.8. [30] iuiurijs 2.

Digitized by Google

26.

¶ *Ioannes Corvinus*

Antiphoni suo

.S. P. D.

O magna vis veritatis, quę contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contraque factas (ut Tullius ait) omnium insidias, facile seipsam defendit. Si enim et innocentes et boni existimari volumus, non b iij b *solum* || *nos abstinentes (ut est apud eundem) sed etiam nostros comites prȩstare debemus. Primum igitur omnium tanta nobis opera danda est, ut eos habeamus amicos, patronos etiam ac defensores, qui nostrę famę capitique consulant. Denique si in his ipsis prudenter deligendis spes ipsa nos fefellerit, ut vindicemus, multarumque universitatum Theologos supprimamus, missos facere consilium est, et temeritate dumtaxat atque mendaciis (ut in hunc usque diem fecimus) pro virili decertare. Litteras autem Pepericorni, quas ad me infaustis dedisti avibus, lachrymis prope delevi. Nam tanta mihi innata est malicia, ut veritatem ipsam contra Ioannem Reuchlin triumphare, pati neutiquam possim, etsi Lactantius Firmianus libro primo divinarum institutionum nullum esse voluerit animo cibum suaviorem, quam veritatis cognitionem. Cave prȩterea de numero nos esse Obscurorum Christiani intelligant, ne veterum consuetudine, viri fortes, acrioribus suppliciis civem perniciosum quam hostem acerrimum persequantur. Vale diu. nec tuorum te pęniteat delictorum. Ex Heydelberga.*

27.

¶ *Ioannes Iambicus*

Bartholomęo Sapphico

.S. P. D.

Vetus mihi tecum, ac stabilis (ut nosti) semper consuetudo fuit, quę nec temporum calamitate, nec livore peribit invidorum. Te igitur oro atque obsecro, ut aliquot mihi carmina ad convivalem nostram mensam suspendenda componas, quo et plenum nobis sapiat vinum et cum Libero patre, liberi a Theologis esse possimus. Vale specimen Obscurorum.

---

[6] *Cic.* or. pro Cæl. 26. [17] Lactant.] Div. inst. I. c. 1.

Digitized by Google

28.

¶ *Bartholomeus Sapphicus*

Iambico suo S. P. D.

Redditę mihi sunt iucundissimę litterę tuę, quibus minus libere quam oportet ab amico petis, ut carmina tibi aliqua mittantur ad mensę frontispicium depingenda. Quocirca cum, teste philosopho, frustra fiat per plura quod paucioribus absolvi possit, unico dumtaxat Lucilii versu (quem Atteius Capito facit plurimi) tuę satisfaciam expectationi. isque tandem est:

Vivite, lurchones, comedones, vivite ventres.

Vale, decus Obscurorum, et nos amare persevera.

29.

¶ *Machaon Gurgulio*

Philippo Ligurario

.S. P. D.

Intellexi commentaria quędam esse edita in duodecimum physicorum Aristotelis et in sextum de anima, quę ut brevi habeam, tui erit officii providere. Est enim mihi a Valeriano urbis prefecto, ordinaria nuper in illis lectio assignata, cui respondere, et theologis reniti, nostrum est institutum. Vale et te amantem redama. Tubingę IIII. Idus octobres.

30.

¶ *Ligurarius*

suo Gurgulioni

.S. P. D.

Quę a me petis in Aristotelem commentaria, vidi nunquam. Cave id viri olfaciant sapientes, ne ridiculum nos esse genus hominum arbitrentur, neve tu cum Phyllide Ovidiana insperato exclamites,

Heu patior telis vulnera facta meis.

Duodecimus Physicorum liber,

rara avis in terris, nigroque similima cygno.

Si autem Theologi nos tam rudes philosophię intellexerint, actum de nobis

---

[6] *Vult Arist.* polit. VI. 6. sq. [7] *Lucil.* ap. Non. Marc. p. 10. ed. Mercer. [16] duodecimus scil. Physicorum et sextus de Anima numeri maiores sunt quam illa opera continent. [27] *Ovid.* ep. II. 48. [30] *Iuv.* sat. VI. 165.

Digitized by Google

erit. Nam quid Picus Mirandula de levibus quibusdam grammatistis ad Hermolaum scribat, non ignoras. Vale, Gurgulio, tibique persuade, unam eandemque in malis animam nostris inesse corporibus. ||

b4

31.

¶ *Andreas Castrimergius*
Oswaldo Flockano
.S. P. D.

Librorum copia me plurimum delectat, mi Flockane, hoc tamen unum procul excellit atque eminet, non solum quia maius, aut factum egregium, sed quod per ingentes librorum fasciculos, et onerosam fabularum congeriem, theologos aliquando convincere possimus. Te igitur et hortor et moneo, ut novo aliquo opere, recens impresso, nos donare non dedigneris, etiamsi idipsum multiplici lingua sit editum. Vale.

32.

¶ *Flockanus*
suo Castrimergio
.S. P. D.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora, dii, ceptis (nam vos mutastis et illas),
Aspirate meis. [18] [20]

Do tibi dono, Marcolphi, dialogum, quem Cornutus Sibarita ex latino nuper in grecum transtulit, ita etiam ut nunc atticam videatur redolere lucernam. Ego autem longius per cancellos videns, illum continuo ex greca lingua in scoticam, ex scotica in ligusticam, ex hac item in bohemicam, sclavonicam, goticam, babylonicam, egyptiacam, non sine magno labore nocturnisque vigiliis traduxi. Habes igitur novum a me munus, frater charissime, mea quidem sententia magnum et Obscuris omnibus quammaxime accommodatum, sed perinde erit ut acceperis, quanquam et insipientes ipsi suam hinc sapientiam liquido haurire queant. Cave tamen hoc tam obstupendo tamque egregio abutaris dono, ne ex nova radice novum oriatur adagium, Sapientiam nostri temporis magis in linguis hominum, quam in virtute aut morum sanctimonia consistere. Vale diu et me tuum esse Apollinem crede.

---

[18] *Ovid.* met. I. init. [20] Aspirare 2.

Digitized by Google

33.

¶ *Loerkantius Scharpeneck*

Mententulo Cosso

.S. P. D.

Nę tu homo lepidus es aut potius (ut ita dicam) inhumanus, qui periculosis hisce temporibus nihil omnino mecum litteris obstrepas. In amore quidem mutuo non sic languere debemus, ut pungentibus litterarum aculeis ad suum quisque officium incitemur. Te igitur plurimum oro, ut litteras ad me des, quibus certior fiam, quid tandem de nobis Obscuris Parrhisienses illi sentiant Theologi, quid item Lovanienses, quid Moguntini, quid Erfordenses et Colonienses academię magistri ac boni denique omnes. Vale.

34.

¶ *Mententulus*

Loerkantio suo

.S. P. D.

Scio te novarum rerum esse percupidum, et in aliena republica maxime curiosum. Quid obsecro induratum refricas vulnus? quid ingrata auditu expostulas? quid te proprio cędis ligone? Vis tibi veritatem dicam? Ipsi profecto omnes uno ore parique consensu levissimos nos esse lenones prędicant, vel ob hanc potissimum rationem, quod os habeamus blasphemum, impudicatum, impurum, spurcatum, maledicum, fedum, obscenum, contaminatum, sordidum, fęculentum, superstitiosum, contaminatum, truculentum, impium, omnique criminum visco oblitum. Postremo quod me magis movet, quanquam tot prędarę universitates Oculare speculum Ioannis Reuchlin ad ignem condemnaverint et Colonię pro tribunali combustum sit, ipsumque quem dixi auctorem Parrhisienses ipsi ad publicam velint revocationem compellendum, tamen (ne diutius te morer) ubi dextram illi, nobis proculdubio laqueum prębereni. Vale. ||

35.

¶ *Malachias Lyricus* 94b

Caseario Vederwiß

.S. P. D.

Ego Labeone atque Oreste insanior, qui dimissis nuper iucundissimis (nescio quo ductus spiritu) poetarum fabellis levibusque (ut sic dicam)

[23] taminatum. 2. [24] truulentum. 2. [32] i. e. *Federwisch.*

Digitized by Google

Obscurorum nugis, ad ultramundanam me contuli Theologorum speculationem, ut quid facere possent litterę, experientia magis quam aliorum recommendatione metirer. Lectitanti itaque mihi (quum iudicium habeam ad perpendiculum, ad amussimque quadratum) nihil penitus quod animum oblectaret inveni. Fastidientem fortasse stomachum multicolor offendit cibus, et elegantissima quęque degustare solitum, impolita ab incepto reiecit oratio. Si enim sub meam censuram aleamque sacrę scripturę venirent interpretes, nequaquam eos priscis linguę latinę auctoribus comparārem. Nihil ibi (quantum meum fert iudicium) intra dies tris (quibus me totum illi dedicaram) invenire potui, quod vel M. Ciceronis vel Vergilii lucernam oleret. Eam igitur quam dixi scripturam hisce Papinii verbis alloquimur,

nec tu divinam Eneida tenta,
Sed longe sequere et vestigia semper adora.

Quapropter ne aquam cribro infundam, neve Anticyram petens Helleboro (ut theologi volunt) cerebrum expurgem meum, sęcularibus ego litteris contentus, totam illis legendam relinquo. Ceterum si a me scire desideras, quam potissimum ob causam sacros ego aliquot ecclesię doctores minus amem, ob hanc, inquam, quod omnibus in locis pseudo christianos (quales fortasse nos sumus) severa semper castigatione reprehendant. Hinc illud ascitum est Terentii patris nostri adagium,

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Vale cum tuis, et quid ipse sentias responde. Ex Tubinga .XV. kalendas Octobres.

36.

¶ *Casearius*
Malachię suo
.S. P. D.

Recte facis, mi charissime Malachia, quod sacris quibusdam litteris abs te in exilium missis, solam eloquentię maiestatem, solamque (quę apud oratores tantum est et poetas) bene dicendi vim, velut Apollinis nostri oraculum, studiose excolas, reverenterque adores. Verumtamen tuas ad me litteras in convivali nuper sermone (id quod sine lachrymis dicere non possum) nostris contribulibus recitanti, quidam Iurisconsultus, emunctas purgatasque nares habens, tortuoso respondit vultu, 'Non Falernum canes'. Adiecit quoque eum penitus amentem esse, qui sanctum cani det, et ante suem rosas margaritasque dispergat, nos porcos proh dolor significans, qui terrena pluris quam cęlestia faciamus,

---

12 *Stat.* Theb. XII. 816. sq. *(ex Fausto.)* 16 thologi 2. 22 *Ter.* Andr. I. 1, 41.

Digitized by Google

ac si aperte cum Hermolao Barbaro dixisset, nil opus esse tantis rhetoriis, nec ranis et quidem seriphiis quicquam propinare. Sic lętis interveniunt tristia, mi Lyrice, et extrema gaudii (ut in veteri est proverbio) luctus occupare consuevit. Verum hac de re satis. Quid autem de litteris sentiam divinis, paucis accipe. Ego tuam subscribo sententiam, illi immorabor, illi soli serviam. Aperienti etiam mihi psalterium, multa sępe (nescio quo id fiat spiritu) quę nolim offendo. Hęc in primis: 'Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde'. Hic enim per ipsos peccatores (ut ab aliis accepimus) nos obscuri intelligimur, per rectos vero corde Theologi. || *Item alio in loco Psalmista inquit: 'Corrupti sunt, abominabiles facti sunt in studiis suis. non est qui faciat bonum, non est usque ad unum'. Et iterum: 'Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agunt, venenum aspidum sub labiis eorum'. Postremo sic: 'Os eorum maledictione plenum est, et veloces eorum pedes ad sanguinem effundendum'. Hęc atque alia id genus multa, quum ego corde obstinato et caligantibus oculis in obscuro perlegissem, illumque prędsertim versiculum: 'Fructum eorum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum', mox ego (ut verum tibi fatear in tenebris) toto a me psalterio et multis sacrę scripturę libris in frusta secatis, ac deinde combustis, ad fabellas me contuli poetarum, ubi quam dulcem invenerim cibum et quę deorum esculenta, cogitare poterunt pauci, dicere nemo. Vale in tenebris et lucem fuge.*

37.

ℭ *Coridon Pedicularius*

Malachię Lyrico et Caesario Vederwiß

suis contribulibus

S. P. D.

Laudo vos plurimum, viri prędstantissimi, quod dimissis theologorum ac iureconsultorum scholis ad Libethridum vos contulistis speluncam nympharum, et ad divina illa poemata, quę nectar nobis atque ambrosiam prębent. Quis enim Thomam, Scotum, Albertum, Quis Gregorium, Bernardum, Bonaventuram, Nicolaum Lyranum, Quis sacros canones, Sextum et Clementinas, Quis denique Abbatem, Angelum, Felinum, Ioannem Andreę, aliosque id genus infinitos, sermones etiam ac summas (ut ita dicam) ex diversis ecclesię doctoribus compilatas legere dignaretur, in quibus parum aut nihil invenitur, quod Vergilianam redoleat lucer-

[8] Proverb. XIV. 13. [9] Psalm. X. 3. [11] Psalm. XIII. 1. [13.15] ibid. v. 3. [18] Psalm. XX. 11.

Digitized by Google

nam? Quis pręterea istiusmodi libris impallesceret, qui severissime nos (sumus enim natura omnes ad mala quam ad bona procliviores) et redarguunt et castigant? Iucundissima igitur legamus, eloquentię saltem flosculis exornata. Quid iucundius quam Ledam a Iove in specie cygni stupratam ovum peperisse, ex quo Castor, Pollux et Helena nati sunt? Quid suavius quam Iunonem Iovis fuisse et sororem et coniugem? Quid admirabilius quam Venerem ex testiculis Cęli in mare proiectis legi procreatam? Quid tandem festivum magis, quam Pasiphaen Minois regis Cretę uxorem biforme ex Tauro monstrum peperisse? Omitto reliqua quę si enarrare contendero, me sit dies defecturus. Valeant itaque qui inter nos dissidium volunt. Valete et vos. Tubingę.

38.

¶ *Georgius Subbunculator*
Aggrippę Stygiano
.S. P. D.

O Ridiculum caput, vix tribus Anticyris sanabile, quid mihi de inferorum regno? quid de campis elysiis, de prępotente Plutonis manu, longe lateque in terrę visceribus dominante, tuis ad me litteris disseruisti? Falsa sunt quę de inferis garrire soles. Nam Servius in sextum Vergilii inferos negat propter eius soliditatem in centro terrę contineri posse. Lucretius etiam nullos esse inferos cecinit hoc modo:

Qui neque sunt usquam, neque possunt esse profecto.

Sic Pythagoras apud Ovidium inquit:

Quid Styga, quid tenebras et nomina vana timetis,
Materiem vatum?

Quin etiam Marcus Tullius in oratione pro Cluentio falsa esse, quę de inferis traduntur, indubitanter affirmat. Stultum est ergo, o stulte, incerta pro certis habere, ac falsa pro veris.

Qualibus in tenebris || vitę, quantisque periclis
Degitur hoc ęvi quodcumque est?

si non sunt inferi, si non sunt regna Plutonia, si Elysium ac Chymęram iuxta habemus, quid obsecro nobis erit, qui rege cęli contempto et virtutibus denique omnibus in exilium missis, inter saxum et sacra perpetuo lamentabimur? Vale.

---

[1] qui] . q̃ 2.

[19] ad Aen. VI. 532. [21] *Lucr.* de R. N. III. 1113. [22] Quid? neque sunt usquam nec *Lucr.* [23] *Ovid.* met. XV. 545. sq. [26] pro Cluent. 71. §. 171. [29] *Lucret.* de R. N. II. 15. sq.

Digitized by Google

39.

¶ *Agrippa Stygianus*
Subbunculatori suo
.S. P. D.

Tace, bestia, tace, inquam, bestia, qui corpus es sine pectore et nodum in scyrpo quęris. Noli metuere, ne non regna sint inferorum. Faciam, Georgi, ut mei perpetuo memineris, neve in te docendo operam lusisse videar, tres intra dies mecum cum Plutone cęnitabis. Ibi enim de Cocyto, Acheronte, Lethęo amne, Stygia palude, Phlegethonte, Furiis infernalibus, Tantalo etiam ac Sysipho certum iudicium dabis. Te quoque per deos immortales, per caput, per fidem, perque inferos omnes obtestor, ut epistolam ad me tuam flammis confestim tradas, ne Theologi illam legentes te poetarum figmentis corruptum dicant, omnemque ex illis errorum sentinam hauriri. Vale.

40.

Nunciantur Obscuris nova.
¶ *Sclabbertus Kuckuick*
toti Obscurorum cohorti
.S. P. D.

Solventi hinc Francfordiam mihi ad kalendas nuper septembres, ut ludęis Christi inimicis nova quędam adferrem, visi sunt in navicula nostra prędicatorii ordinis fratres octo, et clarissimi aliquot iuris utriusque doctores. Magna igitur contentionum habita occasione, ostendi illis epistolam Ioannis Reuchlin, ad kal. proxime Apriles ab eo concinnatam, ac deinde in lucem editam, in qua Reverendum hęretice pravitatis Inquisitorem canem appellat et Cerberum. Quod cum illi audissent, 'Mendacium est' inquiunt, 'quoniam teste philosopho, species rerum transmutari non possunt. Nec iterum Cerberus dici potest, quem Tullius lib. primo Tusculanarum quęstionum esse apud inferos negat. Hęreticum est ergo vivum hominem bestiam dici, quę animam habet mortalem'. Adiecerunt pręterea istiusmodi convitiis nihil ad primam Inquisitoris apologiam responsum esse: sed mendacia solum mendaciis adaucta. Scribit enim Inquisitorem plus centum locis esse mentitum, sed nullam rationem, nullumque allegat locum. Vult quoque eundem (patrem alioqui pientissimum plenumque et officii et religionis) profugum ab urbe turpemque rei

---

[24] Repetetur hæc epistula ad calcem Ortvinianarum næniarum, interposita inter Hochstraticas epistolas. [27] philos.] in Prædicam. [28] *Cic.* Tusc. Q. I. 6.

Digitized by Google

familiaris fratrum suorum dilapidatorem, Aurum etiam ludęorum sitire, deditaque opera, uno ore et una hora pugnantia et sibi contraria affirmare. Quę omnia et id genus similia quam sint turpiter et dolo malo in viri invidiam a Capnione conficta, Inquisitor ipse in secunda sua Apologia, iam recenter edita, luce clarius demonstravit. Quam qui legerit, dicto citius proclamabit, illam ęque Capnionis epistolam ac totam eius defensionem pręter nugas et convitia reliqui nihil continere. Hęc cum audissem, totus ego

obstupui, steteruntque comę et vox faucibus hęsit.

Nam si secundam nundinis nunc septembribus Apologiam ediderit, actum procul dubio nobiscum erit, vel ob hoc solum, quod talem eam esse dixere, quam

nec Iovis ira nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Valete, patres conscripti. Ex corona Moguntina.

¶4 eij

¶ *Ioannnes Murmellius*
libro II. elegiarum suarum in laudem Arnoldi Tungerensis summi et veri Theologi hoc carmen sapienter edidit. [*Quo quidem Capnion ipse et Obscuri omnes non obscure convincuntur.*]

Nunc precor Arnoldum blande fac, Musa, salutes,
Tungrorum veterum spemque decusque novum,
Qui primos inter proceres vestigia divi
Alberti sequitur, optima quęque docens,
Quem dubites morum laudes ęquabilitate
Amplius, an sophię cognitione sacrę.
Externas cuius longe pervenit in urbes
Nomen, et insignis fama pudicicię.
Hoc est Laurenti domus et schola lęta magistro,
Urbis Agrippinę clarior et reliquis,
Hocque novum iuvenes spaciando docente lyceum
Discipulos plures quam Theophrastus habet.
Huic pręceptori multum debere fatemur,
Quamvis sit sophię portio parva mihi.

---

[5] recenter edita] *In fine huius* Apologiæ secundæ *est:* Colonię. ex officina Quiteliana. M.ccccc.xviij. ad kal'. Octob'. | Τελος. και θεω δοξα. [13] *Ovid.* met. XV. 871. sq. [16] *Sequentia duo carmina in 1. etiam extant. Cf. supra p.* 362. adnot. [20] sapienter *omis. 2.* [26] Alberti] Magni. [31] leta *2.*

Digitized by Google

¶ *Quęrimonia fidei ad obscuros Reuchlinistas.*

Gens inimica dei, quę te vesania torquet?
Quis furor usque adeo corda prophana rapit?
Spargitis in Christi famulos Mavortia tela,
Nectitis et leti retia sęva trucis.
Quid iuvat insontes sic Marte lacessere duro
Christigenas? quid sic nos iugulare iuvat?
Vos colitis spurcę sectę ludibria Turci,
Tartareum colitis et sine merce Iovem.
Tura datis manibus Diti non iusta prophanis,
Atque vorant Stygii turpia liba canes.
Ecclesię sacram nolite lacessere sedem,
Hanc Christus statuit, hęc sine fine manet.
Pellite barbaricos, vos Turci, quęso furores,
Nosseque supremum discite quęso deum.
Heus vestros animos seducit pseudo propheta,
Quem Phlegethontei gurgitis unda vorat.
Vana fides vestra est, non est ratione probata,
Adversus summum pugnat iniqua Iovem.
Sculpta nihil vestros possunt simulachra iuvare
Optatus, nihil et stulta ministeria.
A me veridicas leges audite precamur,
Eterni pariter nunc monimenta dei.
Ad mea dicta aures animosque intendite vestros,
Qui cupitis prompto noscere corde deum.
Contra qui sanctas leges contemnitis, hinc vos,
Effugite, et sacras linquite quęso domos.

[*Τελοσ. και θεω δοξα.*
Finis et deo gratia.] ||

---

[12] stigii *1.* [15] quęſo *2.* [16] phlegetontei *2.* [21] *Quattuor versus* Sculpta ... dei. *omis. 2.* [25] intendere *2.*

Digitized by Google

e ij[b]

(41.)

Epistola ad Lectorem protreptica, hoc est instructiva.

¶ *Ortwinus Gratius lectori christiano .S. P. D.*

Sunt obscuri quidam in terris Reuchlinistę, lector candidissime, qui deum blasphemantes ac sanctos eius, carissimos aliquot universitatum Theologos, meque postremo ipsum pro fide solum catholica, contra Oculare speculum Ioannis Reuchlin, pravis (ut illi volunt) hęresibus plenum, ad sanguinem usque decertantes, contumeliosis lacessere convitiis non erubuerunt. Fictis enim sibi tum nominibus tum cognominibus (quam scribendi licentiam ab orbe condito nemo hominum est secutus) omnem maledicendi rabiem effudere. Quibus sanctissimus dominus noster Leo papa decimus pro sua in Christum pietate maledicens, scandalosę illos garrulitatis auctores et filios iniquitatis non indecenter appellavit, utpote qui in maximo suorum facinorum crimine gloriantes, nullumque deo honorem habentes, summam in Christifideles impressionem fecere. Intueamur itaque valentes illos homines (in quorum sententiam nemo iturus est, et quibus nullos peius odit mundus) quam tandem gloriolam seu potius infamiam suo Capnioni pepererint. Nescio tamen quibus loquor, lector charissime, Obscuri sunt, nemo eos videt, nemo bonus novit. Quapropter nemo eos offendit, nemo scandalizat. Si conscientiam suam intueri aliquando voluerint et coram deo suarum epistolarum rationem reddere, commissi eos sceleris proculdubio pęnitebit. Non una epistola, verum sexcentis, ut sic dicam, iterum atque iterum ampliatis, optimos quosque offenderunt. Notum est et publicum, ubi illorum epistolę impressę sint, noti etiam auctores. nos tamen bonum pro malo damus, neque hoc loco quenquam obscurorum nominare voluimus, ne stulto respondisse iudicaremur iuxta stultitiam suam, ne etiam contra Christi doctrinam, vel viventibus illis vel mortuis, scandali aliquid imponeremus. Ceterum si apostolicas censuras contemnere, si ecclesię inobedientes et sacrę fidei (optimis quibusque illudendo) rebelles esse perseveraverint, repellet eos ab ovili suo Christus salvator noster. Ut autem me plenius intelligas, lector christiane, teque non prętereat, quare precedentes in hoc nostro libello epistolę inscribantur 'Lamentationes Obscurorum', quum tamen a me solo compositę et in lucem editę sint, Dicam profecto et fatebor ingenue, ea-

[1] Cf. supra pagg. 362. sq. adnott. [27] Neutrum nunc constat, neque Ortvinum certi quicquam compertum habuisse censeo.

Digitized by Google

dem me accepisse nomina et his similia, quibus Obscuri Reuchlinistę in suis epistolis, a sede apostolica iampridem condemnatis, falso usi sunt, ut sub talium fictorum nominum tegmine illorum vesaniam bonis omnibus declararem. Nec item mihi ea res fraudi esse debet, quod levicula quędam, nostris hisce Lamentationum epistolis intermista sint, quum teste etiam Salomone, stulto nonnunquam respondendum sit iuxta stultitiam ipsius, ne soli sibi sapere videatur. Hoc autem fieri non abs te posse nobis perbeate scriptum reliquit sanctus Thomas secunda secundę. q. LXXII. de contumelia et verborum iniuriis. Desinant igitur gloriari in malicia et nequitia, quod est peccatum in spiritumsanctum. Modestia enim opus est, non iniqua contentione, qua Capnionem etiam suum (etsi omnium sese sycophantarum longe nequissimos multoque impudentissimos ostendant) defendere neutiquam possint. Vale, lector piissime, et hęc quę citra bonorum indignationem dicta sunt, boni consulito. Colonię Anno M.CCCCC.XVIII.

---

[6] Proverb. XXVI. 5. [7] soli *sic Ortv. pro* solus.

Digitized by Google

a1
ɛ iij

¶ [*Sequitur*] *Epistola apologetica* [*et gravis*] *Ortwini Gratii, ob primam a parvulo educationem Daventriensis cognominati, Agrippinensis quoque academię philosophi Christique sacerdotis Ad obscuram Reuchlinistarum cohortem, citra bonorum indignationem missa.*

Graviter et iniquo animo maledicta vestra paterer, viri obscurissimi, si vos scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia vestra uti. At quum in vobis (ut Salustii verbis utar) neque modum neque modestiam ullam animadverto, nec sit sub orbe lunari tam impię mentis homo, qui idipsum negare aut possit aut debeat aut velit, vobis pientissime respondebo, ut si quam maledicendo et in deum et in homines libidinem cepistis, eam vel patienter (modo lucis filii esse volueritis) vel male audiendo amittatis. Legi nuper epistolas vestras, quas obscurorum virorum inscripsistis, longe a lamentationibus [*profecto vestris (quas alite calamo nuper exaravimus) longe*] *differentes,* [*utpote*] *plenas omnis inpudentię et iniquitatis. In quibus non modo viros eruditos et probos acerrimosque fidei catholicę defensores, verum etiam deum ipsum, nostrę salutis opificem, per omnes impudentię numeros blasphemare, Divam quoque virginem salvatoris nostri parentem ludendo, quę de eadem in sacris scribuntur litteris, vestris meretricibus adaptare, et sanctos denique ipsos vestris exagitare lenociniis non erubuistis. O tempora maledicta, in quibus reverendissimi prȩsules, illustrissimique principes hęc fieri patiuntur! O nefasti (ut de vobis dumtaxat obscuris loquar) vestrę nativitatis dies! O mores prȩposteros, omnigenis obumbratos criminibus! Vos profecto estis, in quos fines sęculorum devenere, vos inquam Antichristi prȩcursores et dissoluti Iudęorum rabulę. Unius enim viri Ioannis Reuchlin contemplatione neque deum timetis neque homines. Recte igitur a psalmista dictum est: 'Exacerbaverunt eloquia dei et consilium altissimi irritaverunt'. Et iterum deus per prophetam: 'Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me', 'posueruntque adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea'. Hinc est quod sanctissimus dominus noster Leo papa .X. in persona Christi tanquam verus dei vi-*

---

[4] Obſcure Reuchliniſtaꝝ cohorti. citra bonoꝝ indignatōnem dedicata. 2. [6] *Sall.* Cat. 11. [11] et *ante* in deum *omis. 1.* [14] longe *h. l. om. 2.* [27] Psalm. CVI. 11. [29] Psalm. CVIII. 3. 5.

Digitized by Google

carius propria motus pietate, suamque respectans ecclesiam, vos filios iniquitatis appellat, et a nullo unquam sacerdote, (excepta saltem mortis hora) absolvendos. Hoc autem verum esse, et decretum apostolicum et reverendissimi Coloniensis archiepiscopi transumptum longe lateque transfusa declarant. Itemque non in vos duntaxat Obscuros talis fulminatur sententia, sed in omnes perditissimę vestrę coniurationis conscios, in omnes quoque talium librorum impressores, venditores, lectores, reservatores, et in eos etiam qui hisce rebus auditis teterrimos illorum auctores suis non produnt iudicibus, nec tam scurriles libellos intra tres dies comburunt. O sententiam apostolicam, omni laude et honore dignam | cunctisque christifidelibus summopere necessariam! Quam certe qui non a ij[b]
patitur, cui rei sacratissimę neminique non fructuosę ac plane perutili qui resistit, qui oblatrat, qui invidet, qui obluctatur, qui non obedit, qui denique impedimento est, aut consiliis, aut favore, aut factis insipienter renitendo, degenerem sese christicolam, et || sacrę fidei contem- e iij[b]
ptorem luce clarius ostendit. Viderint quoque sacerdotes, qua auctoritate contra sacrosanctę sedis apostolicę determinationem, non solum obscuros, sed et famosarum epistolarum lectores, venditores, et id genus alios in brevi apostolico (ut supra satis clare in lamentationibus obscurorum explicatur) expressos, absolvere audeant. Nemo vestrum plus ęquo suę innitatur prudentię. Hinc est quod Chrisostomus ait sermone .XII. 'Non fidei, sed perfidię, non confidentię sed diffidentię est, nimiam in semetipso habere fiduciam'. Quę etiam quot prędclaros viros, quotque ingenuos adolescentes in causa Reuchlinica deceperit, cogitare poterunt pauci, dicere nemo. ¶ *Verum ut eo unde divertit nostra nunc revertatur oratio, Quis (rogo) inferorum, aut quę tandem cęcitas vos coegit, ut in secunda vestrarum epistolarum editione Florentinos ipsos, scientia et virtute florentes, eosque non aliter, quam ob ingenii et naturę dotes ita appellatos, Zodomitas diceretis, nec zodomitas solum, verum et nobilissimam eorum civitatem cunctis mundi civitatibus zodomitis pleniorem, tot sacerdoti salutes scribendo quot sint in Florentia zodomitę. Verum hęc pessum eant. Cetera id genus convitia, auribus indigna mortalium, hoc loco relinquimus. Numquid igitur satis vobis fuit, ecclesiam dei nequiter lęsisse, nisi etiam in moderni pontificis optimi maximi, omniumque litteris atque linguis celebrandi, dedecus ac contumeliam tam obscena de Florentinis, vobis effusa legerentur? Nonne summo pontifici in scęna et in umbraculis iniquitatum vestrarum parcendum? An ignoratis sanctissimum dominum nostrum Leonem papam decimum, a domino deo (id quod sancta fatetur ecclesia) veluti omnium virtutum exemplar et architypon, super gentes et regna in terris constitutum, ut evellet, dissi-*

---

4 trāſſūptū 2. 21 Chryſoſtom9 2. 27 epl'a 1. 31 Cf. pag. 215. v. 29.

Digitized by Google

pet, et plantet? Faxit itaque deus, quo gravioribus vos censuris sacrosancta sedes apostolica condemnet. Subdole prȩterea et ingeniose satis (ut vestram impudentiam latius prosequamur) Imperialem maiestatem nobis semper venerandam deridetis, quum nullo sit vobis opus privilegio Venetorum. Cuius etiam mandata ȧ nobis in hunc usque diem semper illȩsa, prȩviis vestris mendaciis, hȩresibus quoque et blasphemiis, neque deum timentes neque homines, nimis licenter infregistis. ¶ *Theologos insuper non modo diversarum universitatum, verum totius ecclesiȩ lumina, aliosque tam virtute quam scientia prȩclaros et specie quodammodo a vobis differentes, vestris dentibus cruentissime lancinatis, et convitiis insequimini nebulonicis, quorum profecto calciamenti corrigiam, vel omnium iudicio, indigni estis solvere. O cȩca atque impudens istiusmodi Reuchlinistarum cohors!*

Aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum,
Si vis esse aliquid.

Audaces fortuna iuvat, etsi multa audere (ut Menandro placuit) multa aberrare facit. ¶ *Quid multis? Ex omni namque genere hominum, quos*
a ij *variis vitiis, ingeniosa et ad malum | prona irretit improbitas, nullum neque sceleratius neque odibilius esse reor, nec graviore censura animadversioneque plectendum, quam eos ipsos, qui cum perversȩ mentis animique malignantis sint, fingendo tamen id callide sub fictorum nominum ac cognominum velamento et moliuntur et agunt, ut synceri pro Christo et integerrimi homines, omnique carentes vitio, improbi habeantur. Item quod indignissimum est, aliorum peccata, quȩ nihil (ut infra dicemus)*
a iiij *ad rem faciunt || Capnionis, nec vera dignoscuntur, acerbissime redarguunt, quibus ipsi prȩcipue obnoxii sunt, aliorumque virtutes ac benefacta mali consulunt, suorum penitus scelerum obliti. Persuade tibi, o christiane lector (nam persuadere tuto potes), hos obscuros Reuchlinistas nocentissimum esse genus hominum cunctisque flagitiis sceleribusque coopertum, calamitatem eversionemque reipublicȩ christianȩ quȩrentes, nec summo pontifici, patri vere beatissimo, nec exteris etiam nationibus in pessimis quibusque parcentes. Elinguis profecto et mutus Cicero esse posset in tam lata tamque ampla ac plane execrabili obscurorum materia. Vitiorum quidem apud eos referta sunt omnia, quȩ undique facto agmine in nos insontes irruunt, [nosque] circumstant, premunt, urgent. Animę autem suę discriminibus miserrime iactantur, ut difficile sit in portum sese ab his salutarem appellere. Quibus querar? quos implorem? Nimia mehercle est improborum quorundam (non dico omnium) Reuchlinistarum*

---

[1] quo *1.* ut *2.* [12] iuſti-|uſmodi *1.* [14] Iterum supra (ep. 16.) transcripti Iuvenalis versus. [16] aliquis. *Iuv.* sat. I. 74. [18] nullos neq; ſceleratiores neque odibiles magis *2.* [20] plectendos *2.* [22] moliantur et agant. *2.* [23] improbi *omis. 2.*

Digitized by Google

licentia, tum in ecclesię scandalum, tum in bonorum omnium confusionem, veluti ex equo troiano catervatim redundantium, Summi, infimi, mediocres prolabuntur. Et Plinio teste 'Multi famam (etsi umbratilem ac vanam), pauci conscientiam verentur'. quę tamen (ut Augustinus nobis scriptum reliquit) est mille testes. ¶ *Verum enimvero, ut vos apellem, citra vestram atque aliorum indignationem, Quid obsecro vobis prosunt convitia, quid mendacia, quid contumelię? quid cavillationes, quid ludibria, quid stultę in cęlum irrisiones, quid impię tandem hęreses? Nonne scriptum legimus 'Confundantur omnes facientes vana'? At mihi quis obiecerit, 'Facetiarum gratia obscuri talia locuti sunt'. Eho, inquam, vir bone, Numquid irridetur deus? aut istiusmodi conviciis Capnion ipse suis exolvitur erroribus? Bedam audite venerabilem: 'Omnis' (inquit) 'amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia, et mala contentio, spiritus immundi furor est'. Ineptiis certe vestris et mendaci non ferendorum exprobratione Capnionem vestrum (modo conscientiam intueamini) defendere non potestis. Plus illi dedecoris plus scandali, plus turpitudinis, plus infamię, quam laudis aut glorię peperistis. Honorare (opinor) voluistis virum bonum, at illum spe vestra falsi plus ęquo inhonorastis, nullam fortasse gratiam ab eodem recepturi. Nec induci possum ut credam talem illum tantumque poetam vos ad tam insigne tamque infame scribendi facinus concitasse, nisi idipsum obesse videatur quod in suis ad nos epistolis talia nobis futura prędixerit. Ego tamen neque obscuros vos appello, neque Reuchlinistas, verum hęc nomina (sive bona illa sint sive mala) vobis ipsis non indecenter imposuistis.* ¶ *Nomina hercle vestra (quantum videre videor) nominibus quadrant. Ille Fumulus appellatur, vos Obscuri, Et vere obscuri. Nam tenebrę | omnium vestrę (ut cum gratia et honore Capnionis, non vestro* a ij[b] *loquar) totum pęne terrarum orbem, infinitis tum erroribus tum mendaciis obumbrarunt. [Dicit igitur propheta: 'Vultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum'.]* ¶ *Ad convitia vestrarum epistolarum revertor, patres conscripti, et ad falsas ac plane commentitias in optimos quosque vitiorum exprobrationes, quę ad boni Capnionis defensionem prorsus faciunt nihil, nec in oculis sapientum integros lędunt viros, sed universali proh dolor ecclesię indelebilem inurunt maculam. O utinam || talia priscis sanctorum patrum scripta fuissent* a iiij[b] *temporibus. Non dubium quin vel manus vobis pręcisę, vel lingua con-*

---

[3] Plinio]? *Cic.* ad Att. XII. 28, 3. „Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo". [4] *immo* Quintil. Inst. or. V. 11, 41. Cf. p. 337. v. 25. Augustinum illa verba posuisse non reperio, sed similia de 'magna testium copia' ad existimationem hominum, ad dei vero conspectum sola conscientia suppetente dixit lib. III. contra Crescon. c. 80. [9] 'Confundantur omnes iniqua agentes supervacue' Psalm. XXIIII. 4. [12] Beda vener.] in quadam homilia, puto. [30] Psalm. XXXIII. 17. [32] boni *1.* vr̃i *2.*

Digitized by Google

festim eruta, vel guttur laqueo clausum fuisset. [*Sola vos impunitas degeneres ac malignos facit, quę teste Bernardo, est incurię soboles, insolentię mater, radix impudicicię, et omnium transgressionum nutrix.*] *At excitabit proculdubio corda principum misericors et omnipotens deus, ut rebus omnibus ultro citroque perspectis ac rite cognitis, iusticię munus (quod semper optavimus) quamprimum exequantur. Nihil est enim tam absurdum, nihil tam abominabile, nihil tam impium, nihil tam ingratum deo, quod vestrę (et id quidem citra omnem occasionem) non effundant epistolę. Nescitis temeritatem consilii defectum esse et imprudentię speciem? secundum beatum Thomam secunda Secundę. q. XXXV. art. XXV. c. fi. Illa enim temeritate fiunt quę ratione non geruntur, et ideo superbię est filia, ut ibidem probatur. q. LIII. art. III.* ¶ *Quare obsecro, (o vos degeneres solum poetę et filii iniquitatis) tam impie abutimini gratia vobis a deo data? Quid Christo illuditis et eius matri? Quid tunicam domini, quid reverendam Petri imaginem, quid sacramenta ecclesię, quid sacratissimas sedis apostolicę indulgentias deridetis?* [*Quam potissimum ob causam, nominibus vestris silentio pręteritis, aliena vobis nomina et nunquam audita excogitastis? Nonne hi sunt histrionum ac sycophantarum mores? Sunt profecto, et nebulonum vafriciis longe deteriores.*] *Quare* [*inquam*] *doctissimos et sapientissimos ecclesię doctores persequimini? Quare talpati oculatos contemnitis? quare iniquitatem fovetis? quare iniusticię et malicię patrocinamini? An Capnionem hisce vestris lenociniis in causa fidei defendendum suscepistis? O stulti et insensati! 'Audite (clamat Esaias) verbum domini, principes zodomorum, auribus percipite legem dei vestri, populus Gomorrę'. 'Filios (inquit) enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me'. Vę* [*etiam*] *vobis falsariis, qui nostra epitaphia et laudabilem aliorum doctrinam pervertentes, illorum loco rythmos ponitis impurissimos, commissoque per vos crimine falsi, nequam editis prognostica, mihi illa insonti et immerito ad multorum principum, civitatum, optimorumque virorum offensionem ac sacrę astronomię irrisionem, non incruente asscribentes. Commisso inquam per vos crimine falsi, id quod secundum leges sacratissimas semper penam capitis importat, famosissimos editis libellos, sacrosanctę sedis apostolicę Cęsarięque maiestatis auctoritatem absque omni conscientię scrupulo utrobique infringentes. Propterea idem propheta exclamat: 'Vę genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis!' O quanto temporum intervallo divus Esaias hęc futura prędvidit! 'Dereliquerunt (inquit) dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum'. Si res vestras mentis oculo intueri volueritis, argentum certe vestrum*

---

13 solum *omis.* 2. 21 ꝑſeqmini? 2. 25 nostri *Isai.* I. 10. 25 *Isai.* I. 2. 31 adſcribentes. 2. 35 *Isai.* I. 4. 37 inquit] l. c. 39 Cf. ibid. I. 22.

Digitized by Google

mutatum est in scoriam, et vinum (non ut ille ait aqua mixtum) sed in fętidissimam maledicendi, mentiendi, ac blasphemandi sentinam commutatum. Ridetis scio, nec mirum. Scriptum est enim, 'Lętantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis'. Et Pythagora teste, sues libentius in cœno quam in fonte versantur. Ridetis, inquam, at risus profecto vester in luctum commutabitur, et nisi subitanea morte (quod a iij *deus avertat) prœoccupati fueritis, illam || procul dubio vivetis horam,* e 5 *in qua sera ducti pœnitudine, vestrę vos iniquitatis pœnitebit. Est enim in ore omnium, 'Sero sapiunt Phryges'. Nobis profecto (a quibus nunquam offensi estis) indigne et immerito illuditis, at deus ipse non irridetur.' Dicit itaque cum propheta 'Gens absque consilio, utinam saperent et intelligerent, ac novissima prœviderent!' Hęc profecto nemini nostrum legitime possunt obiici, quum similia ediderimus nunquam. Eo nunc calamitatis (heu nos infelices) est processum in ecclesia dei, ut ora fere omnium (proh pudor nefas est dicere) ethnicorum magis quam Christianorum sententiis abundent. Pluris poetas facitis, quam sacros ecclesię doctores, et in sola verborum pompa omnem vestrę beatitudinis gloriam collocatis. Hinc in publicis tum declamationibus, tum orationibus, nomen Iesu christi invocare ridiculum vobis esse videtur. Hinc evangelia in reprobum exponitis sensum, et omni tum vultus, tum animi deposita gravitate, irrefragabilem sacrarum litterarum auctoritatem obumbratis. 'Vę itaque vobis (Esaias ait) qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum, trahentes iniquitatem in funiculis vanitatis vestrę. Vę qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismet ipsis prudentes'. Quis vobis fidei causam commisit? Quis verbo vos offendit? Nemo hercle, nemo. Nostris certe theologis hœresium extirpandarum munus a Sixto papa quarto (ut in vestris supra lamentationibus patet) peculiariter est commissum. Irascimini ergo et nolite peccare. Scabant muli mulos, et sanguinem innocentum non eliciant. His moribus, his conviciis, his certe mendaciis et contumeliis Capnion ipse amicos sibi habere non potest, videtur inimicos velle.* ¶ *Irrisiones prœterea vestrę nihil ad Reuchlinicam faciunt contentionem. Si vobis aut aliis qui nobis adversantur, peccata exprobrare, et falsissima quęque offundere velemus, non deesset nobis fortasse scribendi materia, sed hoc histrionum est et mulierc ularum, non bonorum neque sapientum. Propterea doctissimus ille Erasmus Roterodamus, theologorum disertissimus, et non vulgari dignus honore, vos obscuros Reuchlinistas tanquam pestem quandam detestatur doletque ac plane ingemiscit, sese in vestris epistolis a*

---

[1] ille] Isai. I. 22. [3] Scriptum] Proverb. II. 14. [11] Deuteron. XXX. 28. sq. „Gens a sque consilio est et sine prudentia. Utinam *etc.* [22] Isai. V. 20. sq.

Digitized by Google

vobis esse commendatum. Ecquid mirum? Laudes enim obscurorum sordes sunt, non preconia, nec est sub orbe lunari tam perverse mentis homo, qui vel merita laudis, aut vite innocenter acte testem ab obscuris petat. Est et alius ecclesie prelatus [chaldaice apud nos litteraturę peritus] qui licet Capnioni bene velit, severissimis tamen vos insequitur carminibus, Itemque Richardus ipse, cognomento Sbrulius, poeta et orator non vulgaris, in sua Chrysochari Treberica ad pientissimum Trevirorum presulem, sapientissime vos et redarguit et castigat. Malumus igitur a vobis abiecte sortis hominibus vituperari quam laudari. Nam teste Aulo Gellio lib. VI. Noct. Att. 'Qui maledicit et vituperat, fidem non capit', Itemque nec valde gaudere debemus, (ut Augustino placuit ad Volusianum) quando vituperamur, Quia nec depravare iniuria, nec coronare potest laus aliena'. Hinc Seneca de remediis fortuitorum nos optime a iij[b] *consolatur. 'Male (inquit) de te opinantur homines, sed | mali. Mo-* e 5[b] *verer, si de me Marius, si || Lelius sapiens, si alter Cato, si Scipiones duo'. Et mox adiicit: 'Moverer, si hoc iudicio facerent, quod nunc morbo faciunt'.* ¶ *Quod autem vos [(ut ad alia progrediamur)] movere posset aut dictum aut factum, quos non puduerit, palam cunctis legentibus, omnium fere criminum sordem [(stuprorum presertim et sodomię)] de vobisipsis confiteri. Nolite itaque in vestris ad me epistolis parentum mihi meorum conditionem aut statum exprobrare. Patre natus sum Federico de Graes in diocesi Monasteriensi prope Cosfeldiam habitante et adhuc superstite, cum sororibus meis et amicis. id quod non summis modo in Colonia viris, verum et clarissimo illustrissimoque principi ac reverendissimo ecclesię Monasteriensis pontifici Erico, satis superque constat, veluti liber de Vestphalię laudibus, eidem a nobis ante*

---

[6] Sprulius *1.* [7] Treuero*ꝝ* 2. [10] Adscriptus numerus VI. et ipsa verba 'Qui maledicit ... capit' impediunt quominus Ortvinum 'A. Gell. l. VI. N. A.' pro 'Cæl. III.' i. e. Cic. pro Cæl. c. 3. scripsisse opinemur. Certe ap. Gell. lib. VI. (i. e. VII.) recitata verba non invenio. [11] Augustin. serm. 315. (al. 35. sive homil. 50.) c. 4. i. f. [13] aliena] falsa *Aug.* Seneca] de rem. f. cap. 7. [21] Patre na-|tre nat9 2. *(unde Fœrstemannus* harle = Harlæ *fortasse legendum esse, 'qui vicus est prope Coesfeldiam' coniectavit. frustra.) Simillima Ortvinus de se (nam Ortvinum Pepericorni Defensionem contra famosas O. V. epistolas Latinam fecisse extra dubium est)* supra p. 118. [22] Frederico 2. [23] amicis *1. 2.* (amitis?) [26] liber de Vestph. l.] Huic Werneri Rolevink de Laer († a. 1502.) libro (de laude antique Saxonie. nunc Westphalie dicte', cf. Hain. n. 13961.), quem iterum edidit Ortvinus Coloniæ a. 1514., repetiitque Leibnitius (Scrr. Brunsvic. III. p. 606...653.), præmissa est Gratii ad Ericum Monasteriensis diœcesis pontificem epistola, cuius finem adponere iuvat: „Ego Ortwinus servus (ut sic dicam) tuus, in tua diœcesi natus, sed Daventriæ sub patruo meo domino Ioanne de Graes nutricis lacte et bonis dehinc artibus tempore Alexandri Hegii, illic tunc gymnasiarchæ, enutritus, altus atque auctus, et ob idipsum vulgo Daventriensis cognominatus, commendo magnificentiæ tuæ patrem meum Fredericum de Graes, antiqua laudabilique ortum prosapia, et sorores meas quinque,

Digitized by Google

aliquot annos reverenter nuncupato, longe copiosius continetur. Me autem Daventriensem cognominatum, nemo prorsus admiretur. Fui enim in tenera primum ętate (et id quidem matre mea Gertrude in omni honestate defuncta) Daventriam a patre ad fratrem missus, ubi maiores nostri, vel patricii semper vel senatores fuere, ut sub Alexandro Hegio illic tunc gymnasiarcha, greçe quidem ac latine erudito, bonas litteras puer non ignorarem. Quapropter in Vestphalorum laudem tale ad memoratum principem cecinimus Tetrastichon:

Vestphalus in cunctis solers, atque ore modestus,
Vividus ingenio, relligione sacer.
Nobilis officio, nulli probitate secundus,
Illustrans orbem coniuge, prole, domo.

Hęc obiter dicta sunt, quę etiam si omissa forent, Capnioni tamen prodessent nihil. ¶ *'Induantur itaque qui detrahunt mihi, pudore et induantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo, et in medio multorum laudabo eum. Qui astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam'. Aliud est enim de hęresi, aliud de vitiis humanis contendere. Aliud quoque blasphemare deum, aliud hominibus (etsi immerito) illudere. Non patiuntur Theologi, salvatoris nostri humanitatem habitui comparari meretricio, ipsumque ut simplicem hominem et servum, non ut deum a Iudęis interemptum. Itemque non posse satis ex novo probari testamento Christum salvatorem nostrum (ut in Georgii dialogo habetur) verum fuisse deum. Hęc et alia id genus multa, longeque deteriora, bonine an mali consulenda sint, sacratissimis theologię doctoribus, non obscuris halophantis discutiendum relinquo.* ¶ *Quapropter Apologiam nuper edidit reverendus hęreticę pravitatis Inquisitor, omni dignus honore* [*frater Iacobus Hoechstraten*], *in qua luce clarius patescit, quam sancte nobiscum, et quam pie citraque omnem (ni fallar) malitiam in ecclesia dei vester Capnion ambulaverit. Quantam autem mihi fecerit iniuriam, me Christi sacerdotem licet immeritum, et philodęmonem in falsa sua defensione, et hęresiarcham appellando, pauci ignorant. Plenus (ut opinor) furiarum et rectę rationis oblitus, me talem esse vulpinatus est, nullam penitus aliam rationem habens, quam quod hoc genitivo 'Iovis' in bonam (vel ipsius maxime exemplo) usus fuerim significationem. O magnum theologum! O poetam insignem! || Quis hoc non ridebit cavillum? quis non potius im-* a4 c6

---

virgines præsertim vestales tres Deo consecratas, meque postremo ipsum, ut tua bonitate et gratia adiuti, altiorem quandoque dignitatis gradum consequamur. Vale præsul dignissime. Coloniæ ex officina nostra literaria. Anno a natali Christiano M.D.XIV. Octavo Calendas Februarias".

[3] in o. hon.] citra inhonestatem 2. [5] vel — vel *1.* et — et 2. [14. sqq.] Psalm. CVIII. 29. sqq. [23] Georgii] Benigni, episc. Nazar.

Digitized by Google

probet ac plane detestetur? ¶ *Ceterum hęc ridicula Capnionis subtilitas, in prędata Inquisitoris apologia satis superque retunditur, et in Boccatio lib. II. de genealogia deorum, itemque in Augustino lib. II. de civit. dei c. XIII. et Confess. lib. I. de poetis multisque aliis in locis, quę hic, ne Capnionem nostrum offendisse videamur, libenter omittimus.* ¶ *Atqui, ne quod primum puto, hic silentio pręteream, Neque Capnionem vestrum, neque Reuchlinistas omnes, neque vestrorum quemquam poetarum, nostris hisce litteris offendi indifferenter volumus. Ut enim duplices sunt Reuchlinistę, ita nec eiusdem ingenii poetę omnes. Alii enim boni sunt alii mali, nec mali quidem in oculis meis, ni sedes ipsa apostolica, ac boni denique omnes tam obscuros, tamque degeneres poetas, et leve hominum genus et filios iniquitatis appellarent. Habet profecto Ioannes Reuchlin (ut de bonis loquar) viros nobiles, doctos, eruditos, et eloquentes, sui amantissimos, quorum etiam nonnulli, aperto Marte (id quod detestari non possumus) in pugnam congrediuntur. Habet prętera ingenuos pro se adolescentes, et studiosos aliquot, bonarum artium (ut audio) professores, quos certe (modo iustitię et veritati adhęrescant) unice omnes et colimus et veneramur, Tum quod de his magna Christo spes sit, et laudis et glorię, Tum quod generosus animus, et honestis imbutus disciplinis Christi sponsam hęreticis fedari pravitatibus non patiatur. De his certe viris bonis optimisque adolescentibus loquimur nihil. Nam si falsissimis (ut cum gratia loquar) Reuchlini defensionibus, seu potius offensionibus abiectis, verissima theologorum scripta, et maxime quę intra dies octo, per reverendum Inquisitorem hoc anno sunt edita, non solum legere, verum iusta lance, et ad unguem (ut dicitur) citra cęci favoris dissimulationem examinare dignarentur, suo (ut opinor) Capnione deserto, nobis procul dubio adhęrerent.* ¶ *Obscuros igitur solum Reuchlinistas evangelicę charitatis transgressores, polylegos quoque, et natura minime cicures, non absque nostri moderatione insectamur, dignos profecto quos sapiens poetarum chorus, nobilissimorumque virorum consessus, velut degeneres, ac perditissimum genus hominum perpetuo detestetur. Qui dum manifesta phrenesi ac furiis (nescio quibus) una cum suo Capnione correpti, almę atque laudabilis nostrę universitatis doctores infamare conantur, cimmeriis involuti tenebris, omnique morum deposita gravitate, nequissimos se (modo veritas ipsa locum habere poterit) halophantas ac nebulones ostendunt.* [*Quippe quod nec periculosius alicubi erratur, nec peius aliquid inquiritur, nec quid impium magis inveniri potest, quam ubi Christo ac sanctis eius illuditur, et ecclesię doctores contemnuntur. Quapropter sanctus Paulus ad Corynthios primę cap. II. Animalis (inquit) homo non percipit ea quę sunt spiritus dei.*] ¶ *Ceterum*

---

[5] off. vid.] letaliter offendant 2. [7] quempiam 2. [28] polylegos 1.2.

Digitized by Google

quum ad vestrum scelus ac nequiciam parum aut nihil (ut sacrosancta sedes apostolica testatur) addi possit, vos detestentur omnes necesse est. Satis enim experrecti sumus in tuenda ecclesię bonarumque artium republica, licet cruentissimos vestrę temeritatis ac stultitię dentes evitare non possimus, Audacia tamen vestra non vincet studia nostra. Gymnasium certe hoc est sacrę theologię et bonis ar|tibus admodum accommo- ε 6b datum. Hic sacrorum canonum, iurisque civilis maiestas, Hic Hypocrates, Aesculapius et Galenus scholas habent. | Sunt quoque apud nos egre- α 4b gia scholasticorum conventicula, sunt doctissimorum virorum chori, sunt diversarum linguarum disertissimi interpretes, in quibus mira scientiarum varietas et immensa doctrinarum viget fecunditas, Hic ducum comitumque illustrissimorum non vulgaris eruditio, Hic profundissimi sacrę et theologicę veritatis professores, Hic clarissimi utriusque iuris interpretes, Hic salutaris medicinę doctores expertissimi, Hic acutissimi liberalium (quas vocant) artium magistri. Adsunt et alii in omnibus fere disciplinis eminentissimi, penes quos nihil simulatum, nihil fictum, nihil leve, nihil non admirandum. Tanta fulgent hi omnes constantia et virtute, ut eorum tacita gravitas et fides de unoquoque loquatur, neque cuiusquam ornamenta orationis expectet. Omnes maximi animi, summi consilii, singularisque prudentię viri, ita etiam, ut Sixtus papa quartus nostrę universitatis decus solidissimamque omnium integritatem animadvertens nostris prȩcipue doctoribus omnem hȩreseos per Alemaniam iniquitatem extirpandam demandarit. hoc autem ita esse supra in lamentationibus patet. Quare felix admodum ipsa Colonia est, cum tales habeat viros, quales maiores nostri priscis temporibus summa veneratione prosecuti fuissent. Nolunt itaque obscuris hominibus subesse, qui magnis etiam viris prȩesse consueverunt, Nolunt vinci qui victrices fidei aquilas manu premunt. Troes sunt, Omnia sine Theseo operantur et suum tandem Romani Hannibalem habent. ¶ Nunc autem (si ita libet) reverendos nostrę universitatis theologos intueamur. Sapientissimi quippe viri sunt, nec in aliquo taxandi. Nam pro Christo Iesu dumtaxat et catholica fide, ab hȩreticis proh dolor iam diu satis impugnata, contra[que] Ioannem Reuchlin eiusque intolerabiles (ut aiunt) errores, nimium (pro pudor) nimiumque (ut dixi) ecclesię dei, bonorumque omnium, et quatuor in primis clarissimarum universitatum sentimento [repugnantes, velut invicti,] tum ecclesię [totius], tum apostolicę [tandem] sedis athletę ad sanguinem usque decertaverunt, Non equidem vi aliqua, non dolo, non invidia, non maligna intentione, non malo corde, non sinistra quavis circumventione (ita nos deus adiuvet et omnes sancti eius) sed nimia patientia,

---

21 decus *1.* gloriam 2. 26 hominibus *1.* Reuchlinistis 2. 36 tum — tum *1.* et — et *2.* 37 decertarūt *2.*

Digitized by Google

nimiaque sui moderatione, consilio etiam et auctoritate, ac sapientia potissimum duce cuncta prosequentes. Hoc autem qui credere recusarit, theologorum perlustret libros et me dicto citius verum dixisse proclamabit, nec altera (ut dici solet) parte inaudita, stultam proferat sententiam, vel ob hoc solum, quod centum ecclesię doctoribus longe magis quam uni viro, in sęcularibus dumtaxat literis erudito, aut abiectę sortis hominibus (quos obscuros appellitant) sit credendum. Nec est inquam quod sacratissimam prędicatorii ordinis religionem citra iniuriam ac perditionem animarum vestrarum contemnere valeatis. Utinam vobis sive viventibus sive morientibus tum matutinę illorum, tum vesperę, tum nocturnę etiam preces, et hę quidem ab omni labe omnique vitiorum contagione immunes suffragari vel in minimo possent. longe profecto melius, longeque salubrius (si verum fateri licet) res vestrę sese haberent. ¶ *'Ululate' igitur 'in tenebris', vos* fj *obscuri et degeneres Reuchlinistę,* || *'quia prope est dies domini, et vastitas a domino veniet'. 'Adhuc enim paululum modicumque et consummabitur in-* bi *dignatio mea et furor meus', dicit* | *dominus omnipotens. 'Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Quiescite perverse agere, discite benefacere', ne retributio manuum vestrarum fiat vobis. Abiicite opera tenebrarum, induimini arma lucis, ut in die honeste ambulare possitis. Non est enim putandum omnia vobis licere, nisi et recta, et iusta, et aperta sint, ut rex Antigonus cuidam respondisse fertur, Barbarorum regibus omnia licere, nobis dumtaxat, quę iusta et quę honesta videantur.* ¶ *Accendamus ergo lumen nostrę mentis et in nostri muneris erga deum administratione omnia prudenter matureque agamus. 'Nemo vestrum (apostolo teste) gratiam dei invacuum recipiat. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes ullum offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, Exhibeamus nosmetipsos in omnibus sicut dei ministros, in suavitate, in spiritusancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei'. Non enim vel ad ludum a natura, vel ad iocum geniti sumus, sed ad studia quędam maiora atque graviora, quę in humilitate et mansuetudine spiritus non obscure continentur. Si uno dumtaxat epigrammate Capnionem nostrum offendimus, non plus ego, quam reliqui diversarum universitatum doctores offenderunt. Nam ut supra diximus, aliud est de hęresi sancte et iuste, aliud de vitiis humanis (quę nihil ad rem faciunt, et falso a vobis excogitata sunt) plus ęquo contendere. 'Quęrite dominum, dum inveniri potest, invocate eum, dum prope est. Derelin-*

ſacratiſſimū *1. 2.* [13] Ululate] Isai. XIII. 6. [15] Adhuc en.] Isai. X. 25. [16] Lavam.] Isai. I. 16. sq. consumabitur *1. 2.* [18] ne retr.] cf. Isai. III. 11. *Paul.* ad Rom. XIII. 13. *etc.* [21] ut rex] Non ex ipsis Plutarchi apophth. p. 182. (VI. p. 692. ed. Reisk.) sed ex florilegio tum usitato. [22] quæ *post* et *om. 2.* [24.25] apost.] *Paul.* ep. II. ad Cor. 6, 1. sqq. [31] ob-|cure *1.* [35.36] Quærite] Isai. LV. 6. sq.

Digitized by Google

quat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad dominum et miserebitur eius, et ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum'. Hęc Esaias. ¶ *Rogamus itaque vos et obsecramus in domino Iesu, qui nos redemit precioso suo sanguine, nec quicquam contumeliarum a vobis est meritus, ut quemadmodum accepistis a sancto Paulo gentium doctore, quomodo vos oporteat ambulare et placere deo, sic et ambuletis. 'Est enim voluntas dei sanctificatio vestra, ut sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore, Non autem in passione desiderii, sicut et gentes, quę ignorant deum'. Rationem certe Paulus adiicit non vulgarem, 'Vocavit nos (inquit) deus, non in immundiciam' (qua vos supra quam cuiquam credibile est, delibuti estis) sed in sanctificationem, qua non modo nostri, verum et aliarum universitatum doctores omnium primi, et vivę virtutum imagines, contra manifestam multorum falsitatem Christo duce intrepide constanterque militantes ita iuncti sunt, ut neque Capnionis vestri (quę nullę sunt) neque vestras (quę minoris habentur) contumelias, in aliquo pertimescant.* ¶ *Et ne illud pręteream, Non est per deum immortalem invidię causa, quam agimus, ut vos falso et insipienter in pręposteram Capnionis vestri defensionem vulpinamini, sed fidei dumtaxat sacrę, quam pravis contaminare erroribus non Christiani est hominis, sed dissoluti potius et impuri. Itemque nemo nostrum Ioannem Reuchlin, virum catholicum et insignem poetam, hęreticum esse dixit, ut complures vestrum mentiti sunt, at scripta eius (citra tamen viri contumeliam, ut in sententia ab alio quodam inquisitore Colonię pro tribunali lata ac dein|de impressa luce clarius patet) hęresim sapere declarunt.* ¶ *Quod autem causa utrinque nostra non sit invidię sed fidei,* || *vel ex hoc solo probari potest, quod ante publicam Ocularis speculi editionem nulla nobis unquam fuerit cum phorcensi Capnione contentio. Quid igitur iniquius est (dicit Leo papa et habetur XXIV. q. III. Quid autem) quam iniqua sapere?' Et continuo de obscuris 'In hanc (inquit) insipientiam cadunt, quicunque ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro et non ad propheticas voces, apostolicas litteras, evangelicas auctoritates sed ad semetipsos recurrunt. Et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt'. Hęc ibi.* ¶ *Hanc ob rem legite obsecro eodem diligentię ac pietatis oculo theologorum scripta, quo Reuchlinica legere consuevistis, ne rerum omnium ultro citroque actarum rudes, contumeliosam Christo bonisque omnibus scandalosam proferatis sententiam. Quippe 'non omnis ignorans immunis est a pena: Ille enim ignorans potest excusari a pena, qui (ut Augustinus vult in libro quęstionum, et ha-*

b i[b]

f j[b]

---

[7] Est en.] Pauli ep. I. ad Thess. 4, 3. sqq. [9] l. c. 4, 7. [21] Ioanem *1.* [23] alio quodam] Ioanne de Colle. cf. supra pag. 139. [26] Leo I. in Causa XXIIII. qu. III. can. 30. (Decreti Gratiani part. II.) [29] iniqua] impia *Leo* l. c.. hac *1. 2.* [38] Augustin. in Dist. XXXVII. can. 16. (Decreti Grat. part. I.)

Digitized by Google

betur .XXXVII. ca. ultimo) quod disceret, non invenit. Illis autem ignosci non poterit, qui a quo discerent habentes, operam non dederunt'. Hęc omnia divus etiam ille Ciprianus, per verba Pauli apostoli (quę habentur dist. VIII. Consuetudo) pulcherrime subscribit. Et Aristoteles quoque lib. II. Rhetoricorum turpe putat ignorare quod omnibus scire conveniat. Hinc est quod Hieronymus habet in originali super Amos, et maxime contra eos, qui affectato excęcati favore veritatem audire contemnunt. Quicunque (ait) vel consanguinitate vel amicicia, vel econverso hostili odio, vel inimiciciis iudicando ducitur, pervertit iudicium dei Christi, qui est iusticia. ¶ *Postremo autem si in fermento malicię et nequitię, hoc est vestra malicia (quę secundum Ambrosium in Exameron, est mentis atque animi depravatio, quęque fallax est nocendi ratio, ut magnus ille Cicero libro tertio de natura deorum testatur) impudenter (quod absit) perseverare volueritis, animam profecto vestram occidendo una cum rege vestro (quemadmodum Regum primo, c. .XXII. et Sapient. c. XVI. prisci nobis scriptum reliquere) actutum peribitis, vosque sero resipuisse Phrygum more lamentabimini. Nam qui iustificat impium (ut habetur Proverb. .IIII.) et iustum condemnat, uterque abominabilis est apud deum. Itemque si videntes videre, si audientes audire, si intelligentes intelligere, et prophanis denique auctoribus sacros ecclesię doctores anteponere nolueritis, maledicti eritis, ut habetur. XI. q. III.) apud deum et homines, et increpatione tandem severissima corripiemini, Eritque deus iudex inter vos et nos in extremo iudicii die, Qui licet gradu lento (ut est apud Valerium Maximum libro primo de neglecta religione) ad vindictam sui procedat, supplicii tamen dilationem intolerabili quadam gravitate compensabit.* ¶ *Si autem vel Capnion ipse, vel vos obscuri et theologis nostris, et mihi denique Ortwino indignari abs re volueritis, [memores apostolorum erimus, qui ibant gaudentes a conspectu consilii, quoniam digni erant pro Iesu christo contumeliam pati. Nos igitur ut libet persequimini et mendaciorum describite atramento,] vestri tamen erit tum officii, tum humanitatis non ignorare, vos una omnes tam scribendo quam offendendo semper fuisse priores. Nec est*
b ij *quod mihi quis de manuali speculo Ioannis Pepericorni neophiti (ho|minis profecto christiani et viri boni) quicquam obiiciat, quum anno domini M.CCCC.XI. Colonia ad annnum absens, in superiore illud Alemania nobis*

---

[3] etiam *omis. 2.* [4] Dist. VIII. can. 8. Cf. *Arist.* eth. Nicom. III. 5. V. 8. i. f. [7] execati *1.* [9.10] iusticia.] iudicia. *1. 2.* [11] *Ambros.* hexaem. I. 31. (ed. Bened. p. 18.) [12] *Cic.* de N. D. III. 30. [15] I. Reg. 22, 7. sqq. Sapient. 16, 14. [16] 'Sero sapiunt Phryges'. *Liv. Andronic.* ap. *Cic.* Epp. famm. VII. 16. [17] Proverb. XVII. 15. *falso* IIII. *1. 2.* [21] *Isidor.* in Ca. XI. qu. 3. c. 100. „Qui consententit peccantibus et defendit alium delinquentem, maledictus erit". *etc.* [23] *Val. Max.* I[b]. ext. 3. i. f. „Lento enim gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tarditatemque supplicii gravitate pensat." [31] primos semper fuisse. *2.* Nec est] Cf. supra pag. 146. vers. 10. sqq. [34] ad *omis. 2.*

Digitized by Google

ignorantibus composuerit, Sitque || Moguntię (ut metipse Capnion in sua de- fij
fensione, folio .III. facie secunda lucidissime profitetur) per chalcographum illic habitantem nundinis aprilibus impressum. Naturali itaque iure tanquam firmissimis quibusdam anchoris muniti et intolerabilibus sępenumero lacessiti iniuriis, non indecenter pro nostra parvitate citra cuiuscunque indignationem respondimus, Vocamusque deum in testem et omnes sanctos, nostrę conscios innocentię, nec deum modo et sanctos eius, verum et optimos quosque Christi dei amatores qui nos piam iustamque habuisse causam perpetuo testabuntur. ¶ *Modo autem si quis scire voluerit, quam potissimum ob causam Capnioni non adhęrescam, quum tamen politiores literas in alma universitate Coloniensi compluribus annis professus sim, Respondeo me non Capnioni, sed pręceptoribus meis, fidei ac synceritatis iuramentum prestitisse. Ego datam servabo fidem, neque hinc mihi quicquam turpitudinis accrescet, etiam si me tota deglubat obscurorum cohors. Ceteri quid agant contueantur.* ¶ *Quid multis? Cessate obsecro (o vos obscuri) viros bonos petulantissima consectari lingua, Cessate morbo procacitatis vestro uti, Nolitote unumquemque moribus vestris ęstimare, Desinite Capnionem (virum alioqui doctum et prestantem) vestris contumeliis obumbrare, Deponite fastum, superbiam, temeritatem, arrogantiam, et reliquas animę pestes, Immundicia, turpitudo, stultiloquium, scurrilitas haud nominentur in vobis, Nemo vos vel commentitiis defensionibus, vel inanibus seducat verbis, propter quę (ut Paulo placet apostolo) ira dei in filios venit diffidentię, quorum participes esse non debetis. Audivi vos palinodiam in lamentationibus vestris* [*a nobis iam pridem editis atque confictis*] *decantasse, et bene quidem. 'Eratis enim tenebrę, (idem ad Philippenses ait) nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate, cuius fructus est in omni bonitate, iusticia et veritate'. Valete in christo Iesu domino nostro. Colonię ex felici nostra academia. Anno a natali christiano .M.cccc.xviii. sexto Idus Martias.*

¶ *Sapphicum eiusdem Ortwini Gratii Christi sacerdotis contra Obscuros, bonis omnibus incognitos.*

Mordeat te livor edax, libelle,
Et theonino lacerere morsu

---

4 muniti *omis.* 2. 21 *Paul.* ad Eph. 5, 6. 25 ad Philipp.] *Immo* ad Ephes. 5, 8. sq. 27.28 a natali christiano. *omis.* 2. *In 2. sequitur* Correctoriū. ¶ In ꝑma epl'a legēdū ē nono kalen᷑das Septēbres. ꝛ nō Idus. | ¶ Itē c. ij. facie ꝑa i epl'a ad Gogū linea ſecd'a. legēdū ē deligerem⁹ p e | Deiñ i ſequēti epl'a. linea. vj. lege nat⁹. nō na⁹ Reliq̄ ſi q̄ ſupſunt | errata. hoc diſtichon expurgat.

Limes adeſt. proceſſit opus. ne liuidus adſis
Lector. habent mendas deuia ꝑla ſuas.

29 Ortwini. hūc ſuū libellū ꝛ Obſcuros alloq̄ntꝫ 32 Theonino dente (cf. *Hor.* ep. I. 18, 82.) Ortvinus ubicunque potest utitur.

Digitized by Google

Qui levi venis precio, laresque
Linquis amicos.
Insolens recti fugiat decorem
Capniomastix, nihil hinc revellat
Exul hic mentis, vel iners Minervę
Sibila musset. | ||
b ij[b] f ij[b] *Expuat quamvis rabidum furorem*
Ora distorquens sceleratus erro,
Et lacer sęvo iaculetur ausu
Fulmen inerme.
Te tamen nullum facinus, libelle,
Territet, quod tu vereare missus
Sedibus nostris. tua summus optat
Dona sacerdos.
Barbarum parvi facies popellum
Et gregem hircosum, lacerasque turbas,
Quę viros nunquam pietate claros
Laudibus ornant.
Hos rudes turpis docuit Celęno
Putrido ventris taminare fluxu,
Omne quod Christi titulos decusque
Nobile servat.
Quo sacrę tandem sophię magistris
Te pium prędstes, et apostolorum
Gratiam sumas, venerare summi
Numen olympi.
Cui velim dicas, tuus hęc decenter
Gratius scribens, petit ut beatam
Nestoris vitam, Phrigiique degat
Sęcula vatis.

¶ *Sequitur epiodium, quod auctore eodem Colonię in ecclesia prędicatorum, ad Gherardi Zutphaniensis Theologi, virique (dum vixit) clarissimi sepulchrum dependens, in epistolis Obscurorum Reuchlinistarum nequiter est immutatum.*

Hoc quicunque vides saxum, subsiste, viator,
Et subito largis fletibus ora fluant.
Urbis Agrippinę casum, lamentaque noscat
Orbis, et insurgant postera sęcla queri.
Occidit ante diem fati crudelibus ausis
Doctor, in hac quondam maximus urbe sophos.

[38] Cf. Epp. O. V. I. 19.

Digitized by Google

Relliquias summi brevis hęc capit urna magistri,
Cuius ad interitum sacra Minerva gemit.
Gherardo huic nomen, et huc Zutphania misit | b iij
Dives opum patria, sicque Sycamber erat.
Huic simul ingenium fervens, sublime, profundum,
Maius Ulyssęo Dędalioque fuit.
Ignea vis etiam, pleno cui Copia cornu
Optima de multis, vel mage cuncta dedit. || f iij
Aurea cœlesti tulit hinc propagine mala,
Non ager Hesperidum, quę nec Hymetus habet.
Cęspite de vivo violas, menthamque crocumque
Legit, et aureolis lilia mista rosis,
Dulcifluoque satur divini nectare roris
Theologos inter lumen honorque fuit.
Multiplicis rerum formas, abstrusaque novit
Condita naturę, cœlicolisque deis.
Consultos inter iuris Legumque peritos
Cordatum gessit doctiloquumque virum.
Pro Christi grege sollicitus, vigilantior Argo,
Et Capitolinę maximus ędis honos.
Libera mens rectique tenax, et nescia falsi,
Virtutum cunctas accumulavit opes.
Hic igitur notus, croceo quo Phœbus ab ortu
Surgit, et occiduas pronus ubi intrat aquas.
Huius et (ut dignum est) manet, ęternumque manebit
Gloria, victuro perpetuata die.
Non tamen hinc abeat quisquam, quin poplite flexo
Pro doctore pias fundat ad astra preces.

¶ *In perfidos Iudęos epigramma eiusdem Ortwini, cuius etiam est carmen precedens.*

Impia gens hominum, gens ferrea, gens male sperans
Tendit ad obscuros, tartara nigra, lacus.
Omnia vincuntur manibus, sic marmora ferro,
Saxaque de facili sępe cavantur aqua,
Sanguine mollescit adamas, glacialia phœbo
Frigora, et a phœbo solvitur omne gelu.
Monstra quot Alcides domuit? quot carmine manes
Thraiicius Orpheus movit? et ore feras?
Saxa quot Amphion? quot Methymnęus Arion
Delphines? Thamiras quot miser ipse deas?

29.30 cuius ... precedens. *omis. 2.*

Digitized by Google

Nullo hęc mutari poterit gens improba verbo,
Improba quę vere est, trux, scelerata, rapax,
Lucifuga, inconstans, nullo mutabilis ęvo,
Deucalionea vix renovanda manu. |
b iij[b] *Hęc nive frigidior, vel saxo durior omni,*
Nec minus hircana tygride sęva latet.
Hoc scelus indignum gelido sub corde volutat,
Et crudelis alit pectora cęca furor.

¶ *Aliud in Iudęos ad dei laudem quod ex illis nonnulli ad fidem convertantur Epigramma eiusdem.*

Crescit honor Christi, gaudent pia numina cęlo,
Et Iovis ętherei gaudia mater habet.
Exultant superi, cęlum lętatur, et omnis ||
f iij[b] *Angelicus decimo gaudet in orbe chorus.*
Gaudia mortales agitant, nova gaudia mundus
Suscipit, et lęto scandit ad astra gradu.
Nam Solymi genus infelix semenque nephandum
Turpia nunc tepidis fletibus ora rigant.
Post lachrymas fundunt gelido de pectore questus,
Et furor immitis languida corda fovet.
Plumbeus in vultu color est, sunt lumina cęca,
Aggravat ingratus segnia membra dolor.
Quid mirum? cecidere omnes, victique repugnant
Artibus incultis, femineaque manu.
Non Latio, non hostili, non denique nostro,
Sed recutita suo concidit ense cohors.
Hoc opus a multis agitur, qui tecta malorum,
Sacrilegumque simul deseruere genus.

¶ *In memoriam honestissimi doctissimique viri domini et magistri Ioannis Wanger de Nurtingen sacrę theologię licentiati, Agrippinensis quoque gymnasii (quod nostri lauretum, gręci vero daphnona vocant) regentis providi, Carmen hoc sepulchrale elegiacum Ortwinus Gratius bonarum artium professor edidit.*

Qui venis huc supplex templi Lustrator et arę,
Aspice quem signant carmina nostra taphum,

9.10 ad ... eiusdem. *omis.* 2. 13 cœlum 2. 15 nundus *1.* 17 infęlix. 2. 29 *Hoc carmen cum epilogo* (pag. 414. v. 1...8.) *in* 2. *receptum non est.* 36 Luftrao: *1.*

Digitized by Google

Sub quo virgineum corpus, venerandaque divis
Christicolumque gregi dulciter ossa cubant.
Hic iacet ante pedes victuro dignus honore
Qui sophię quondam frugifer auctor erat.
Occidit heu nimium crudeli funere raptus,
Cuius ad interitum pulpita docta silent.
Nomen Ioannes huic Nurtingensis, in omne
Tempus, et extenta posteritate sacrum. |
Qui fuit in cunctis sapiens, sermone modestus, b 4
Felle carens, nulla simplicitate vafer,
Virtutum exemplar, nulli probitate secundus,
Nobilis ingenio, nobiliorque fide.
Cui nil (ceu notum est) deus aut natura negavit,
Quominus et fœlix mente animoque foret.
Mollia contemnens vitiosę gaudia carnis
Calcavit Ciprię colla nephanda deę.
Sontibus hic semper grandis pavor, et vitiorum
Censor, honestatis iusticięque parens.
Hunc simul integra et non ficta mente colebant
Ingenui iuvenes decrepitique senes.
Ocia, delicias, somnos, convivia spernens
Servarat modico membra tenella mero.
Moribus expressit Socratem, vultuque Catones,
Doctrina Albertum, relligione Numam,
Consessusque virum sanctos virtutibus ornans
Gemma sacerdotum luxque decorque fuit.
Nec minus ostendens, quęnam via prima salutis,
Eloquio fudit chrismata sacra suo.
Tres comites huic semper erant, Eros, Elpora, Pistis,
Quis mage quam credas arsit amore dei.
Iunge his Metrioten Phrenandreamque sorores,
Cumque Promethea sume Dicaspoliam.
Sic pia mens, rectique tenax, et nescia falsi
Servat olympiacę regna beata domus.
Nobilis optato nobis tam fertile germen
Suevia, virtutum non sine fruge, dedit.
Et quamvis cęlos teneat (quod credimus omnes)
Attamen acceptat vota precesque deus.

---

[29] Ἐλπωρή.

Digitized by Google

M. Ortwinus ad Lectorem.

¶ *Hęc nostra carmina, qualiacumque etiam ea sint, hac potissimum ratione adiecimus, ut luce clarius ostendatur Reuchlinistas quosdam impudentissimos falsitatis crimine reos esse, et nos (ut postremum indicat carmen) superioris Alemanię alumnos maximi semper fecisse, mihique in hunc usque diem fuisse charissimos. Vale feliciter. Nec in malam partem interpretare, quod infinitis ego lacessitus iniuriis, citra Capnionis indignationem, modeste satis illis responderim.*

Errores Obscurorum Virorum
qui se Reuchlinistas esse gloriantur.

In prima epistola primi operis et primę editionis et in aliis aliquot subsequentibus, Ecclesię doctores perfidis comparant Iudęis. In spiritumsanctum, in beatum Petrum, in modernum pontificem, in eius censuras ecclesiasticas, in reverendissimos Cardinales, in auditores rotę, in divum Hieronymum, quod scilicet non sit de stylo evangelii, et in indulgentias apostolicas turpissima ac mendacissima quęque expuerunt. ¶ *In .XIII. epistola primi operis blasphemant in spiritumsanctum, et hoc in materia luxurię. Abuntur deinde sacris litteris et quę ecclesia attribuit beatę virgini, ipsi suis adaptant meretricibus. Scribunt quoque turpem amorem esse charitatem, concludentes deum amorem esse luxuriosum. Taceo sexcenta mendacia in bonos viros effusa, quę hoc loco enumerari non possunt. Gloriantur etiam se crucem facere solitos ex stercore humano ad domos suarum meretricum, quod quam turpe sit ac scandalosum nemo omnium ignorat.* ¶ *In .XXII. epistola et in subsequentibus iocantur cum gloria domini nostri Iesu christi et eius resurrectione. Scribunt prętera tunicam salvatoris nostri quę est apud Treviros, antiquam et pediculosam esse vestem. Tres etiam Reges beatissimos tres dicunt esse rusticos ex Westphalia. Merdant super indulgentias apostolicas, et Fortalicium fidei, librum ecclesię utilissimum, penitus detestantur.* ¶ *In .XXVII. epistola deum blasphemando, dicunt Matthęi .XII. (id quod impossibile est) scriptum esse et in sacris litteris contineri quomodo Iuppiter stupraverit Calistonem et Europam virgines, tam turpiter sancta dei evangelia vilipendendo et sacra scriptura (id quod histriones non facerent) perditissime abutendo. Cadmum quoque adulterum, regem olim Thebarum, et Bacchum omnis nequitię atque impudentię deum Christo salvatori nostro impiissime comparant. Semelen insuper, Iovis meretricem et Bacchi matrem, dicunt significare bea-*

---

[8] *Post hæc sic exit 1.:* ¶ Colonie ex edibus Quentelianis Anno M.ccccc.xviij. | quinto Idus Martias. [9] *Sequentia in 1. non extant. Similia non uno loco protulit Pepericornus.* [11] prima] *Immo* secunda. *et sic in sqq. Ortwiniani numeri cum nostris non conveniunt.*

Digitized by Google

tam virginem Mariam, ut Iudęorum more huic illuderent. Item non erubescunt in eadem epistola || scandalose scribere Piramum (de quo est in f4
fabulis poetarum) amentem prorsus hominem, significare filium dei, et Thisben quę seipsam interemit turpi amore corrupta, animam designare humanam. idque (quod est omnium pessimum) scriptum esse mentiuntur Lucę .II. ¶ *In .XXVIII. epistola abutuntur per derisionem sententiis evangelicis. In .XXIX. fit sacrilega enarratio de ascensione domini et extremo iudicio, et illusio quędam apostolicis ac divę virgini. In .XXX. mentiuntur sanctissimum dominum nostrum Leonem papam decimum indulgentias dedisse in rebus inutilibus, scandalose simul sanctum Bonaventuram deridendo.* ¶ *In .XXXIIII. inter alia mendacia ridicule loquuntur de aqua et sale benedictis, quibus tamen sancta mater ecclesia utitur in pueris baptizandis. In .XXXV. effunduntur ea, quę nemo histrionum dicere auderet in prostibulo.* ¶ *In .XXXVI. ridicule etiam in sacrum loquentes baptisma mentiuntur clarissimos Erphordensis studii doctores determinasse, quod Iudęo baptizato iterum renascatur prępucium.* ¶ *In ultima epistola primi operis et primę editionis omni iniquitate plena, scribit unus de numero Obscurorum Reuchlinistarum, se fuisse crinizatum ad pudenda sua a quodam monacho, et alia quędam zodomitica, nephanda auditu, et pro quibus debetur pena ignis. Postremo idem ille nebulo Reuchlinista, nos rythmatice ac ridicule orare docet per nomen Iesu christi ac beatos evangelistas.*

Prętereo errores alios et infinita mendacia, quibus viros bonos diffamare conati sunt, ut Capnioni suo holocaustum offerre, et Oculari ipsius speculo ab aliquot universitatibus ad ignem condemnato, alludere videantur. Quas obsecro putamus in eorum additionibus nequitias contineri, et in aliis etiam epistolis, a primis (de quibus modo mentionem fecimus) longe differentes.

Quod si illi sunt de numero Obscurorum, quos ipsi in secundo suarum epistolarum volumine aperte nominarunt,

Raro quippe boni numero vix sunt totidem, quot
Thebarum portę vel divitis ostia Nili.

Doleant itaque et ingemiscant tam pestiferi ac plane spurcidici Reuchlinistę, qui neque deum timentes neque homines, optimos quosque suis conviliis ac mendaciorum sordibus deturpare voluerunt. At quid tantum de Obscuris, quibus nunquam credendum erit, etiamsi nova moliantur? quibus inquam novę indies a sede apostolica maledictiones incumbunt, vel ob hoc maxime, quod turpissima etiam in Florentinos effudere, quasi parum fuisset ineptire, nisi et summo pontifici implicite illuderent. Non igitur a bonis aut sapientibus poetis, sed a pessimis quibusque nebulonibus ac

---

16 ultima] i. e. I. 41. 31 Rari *Iuv.* sat. XIII. 26. numerus vix est *Iuv.*

Digitized by Google

pseudo Christianis, tam execrabiles sunt effusę epistolę, quos ego laudare non debui, quum sacrosancta sedes apostolica iniquitatis eos filios esse decreverit. Vale, lector, et secundam eme Inquisitoris Apologiam, quę nundinis fortasse nunc Septembribus exibit in lucem, in qua admiranda quędam ac plane obstupenda contra Capnionem invenies, cuius etiam Cabulam plenam docet esse erroribus. Colonię Anno .M.cccc.xviii. tertio kal'. Septembres. Hęc Ortwinus.

℄ *Prestantissimo atque dignissimo viro*
D. Ioanni Inghewinkel
preposito Xantensi et ecclesię Coloniensis archidiacono,
In urbe quoque Romana vero iusticię patrono
bonisque omnibus semper venerando
Ortwinus Gratius
Agrippinensis academię philosophus
salutem plurimam dicit, seque totum commendat.

Movent mihi stomachum viri quidam boni, reverende domine Prepposite et in Christo Iesu iugiter honorande, qui cum viginti tenuerint vocabulorum origines (ut Pici verbis paululum moderer) ita se ostentant, ita venditant, ita circumferunt iactabundi, ut prę seipsis (maxime si Obscurorum Reuchlinistarum albo inscripti sint) non philosophos modo ac iureconsultos, verum et theologos, invictos sacrę fidei defensores, audacula falsi temeritate, pro nihilo habendos arbitrentur, ignorantes Marsilium Ficinum dicere solitum, non corticem nutrire sed medullam, et Aristotelem nobis scriptum reliquisse, Aurea frena equum non facere meliorem. Quid, si diversam vel theologorum vel iurisconsultorum materiam purpureis semper amicire chlamydulis, et aureis velimus inaurire brachteis? Quid, si solam semper eloquentiam, versicolorem illam deam ac plane superbam, pronus adorare, eamque incessanter, tum in scholis eorum, tum in templo Apollinis pythii, aut in monte tandem Parnaso invocare non desinam? Nonne et primum illum continuo Democritum (qui et Abderites est dictus) domi fo-

---

[7] *Sic finit 2.:* ℄ Impressum Colonię Anno .M.cccc.xviij. in Augusto. | Τελος. και θεω δοξα. | Finis. 2 deo gratia.

[8] Hanc epistolam ad finem Hochstraticæ Apologiæ secundæ anno 1519. publicatæ positam, cum aptissimum Lamentationum Ortvinianarum epilogum faciat, his adiciendam esse nemo negabit. Siquis, modo sanum sinciput habeat Lamentationesque ipse legerit, ambigere posset quisnam has quove consilio scripserit, hæc epistola omnem plane dubitationem tollet.

Digitized by Google

risque, more sardinio cachinnante, et suspensis dehinc labellis carmen illud triviale quantotius exclamantem audires,

O cęcas hominum mentes, o pectora cęca?

Quidni, pater reverende? 'Ridebat enim 'curas' ille (ut Iuvenalis ait)

nec non et gaudia vulgi.

Inveniuntur sępe viri eloquentes, et sęcularibus dumtaxat alti litteris, qui tantum Christo in ecclesia prosunt, quantum nobis in balneo canis. Multi docent, quomodo hoc est quam facunde atque eleganter disserendum sit, quid autem in loco ad bonorum omnium salutem dici conveniat, penitus ignorant, conviviis longe aptiores quam consiliis: Rabularum sibi nunc oratores plerique, non patronorum provinciam sumunt invectivis maxime et mendaciis gloriantes. Complures quoque famam (ut Plinius ait), pauci conscientiam verentur, quę tamen, si Augustino credimus, est mille testes, ut Obscuros etiam Reuchlinistas, impudentissimos Antichristi pręcursores levissimosque sycophantas suorum quemque pęniteat delictorum. Torrens dicendi copia multis, et sua mortifera est facundia, quę et superbos interdum et pertinaces creat. Non in lingua, sed in corde sapientiam esse Lactantii Firmiani probat auctoritas. Quapropter qui rerum dumtaxat aspicit superficiem, hoc est sola verborum ducitur pompa, pręter umbras et somnia videt nihil. Stultum est sacros ecclesię doctores ita coartare, ut ethnicorum semper more loqui eos oporteat. Marsilius itaque, alter in terris Plato, haud eodem oculo theologorum scripta legenda censuit quo poetarum et oratorum, cum aliud sit olfacere flores, aliud carpere poma et sugere succos. At quorsum hęc tam multa (O et prędidium et dulce decus meum) nisi ut boni omnes intelligant, non continuo barbariem esse, quam multi barbariem clamant, et familiarem rito philosophantium orationem minime e consessu exibilandam oratorum. Sunt et eiusdem farinę homines, qui ob eam quam dixi orationis familiaritatem sacram etiam contemnunt theologiam, quam ne de facie quidem agnoscunt, audentque et invectivis et mendaciis et cavillationibus (ut ad obscuros iterum revertamur) rebus sese immiscere divinis, quarum ne vocabula in scholis illorum pronunciare possent, taceo remotioris disciplinę sensa intelligere. Sed in hanc insipientiam cadunt (dicit Leo papa, et habetur .XXIIII. q. III. c. Quid autem) quicunque ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, nec ad propheticas voces, apostolicas litteras, evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos (cęco captos favore) recurrunt, Et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Hęc ille. Resecandę igitur putridę carnes (ut eodem in loco Hieronymus ait) et scabiosa ovis a caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, et pecora, ardeant, corrumpantur, putrescant, et intereant. Quod

---

1 sardinio *sic Ortvinus.* 3 *Lucret.* de R. N. II. 14. „O miseras hominum *et c.*
4 *Iuv.* sat. X. 51. 13 Augustino] Cf. supra p. 399.

Digitized by Google

ut opportune atque quamprimum fiat, reverendus hęreticę pravitatis inquisitor, pater proculdubio pientissimus, plenusque et officii et religionis, secundam tibi dedicat Apologiam, utpote viro prestantissimo et optimo ac invincibili tandem iusticię patrono, cui perperam reniti nephas sit potius quam consilium. Huic accedit tua illa admirabilis atque ab omnibus semper laudanda, ecclesiasticis presertim in rebus animi magnitudo, singularis item modestia, summa quoque in bonos omnes benignitas, et precipua quędam vitę ac morum inter ecclesię prelatos observantia, quibus profecto ac ceteris deinde virtutibus, extra omnem aleam positis, et tibi nativa quadam probitate innatis, adeo preditus es, atque ornatus semper fuisti, ut nemo ad te accedat, qui non se felicem prope ac perbeatum arbitretur. Te igitur oro atque obsecro ut iusticię causam suscipere non dedigneris contra Reuchlinicum in hoc libro defensorem, cui cum sit Chimęrę nomen, in caliginosum evanescat fumulum necesse est. Barbarus profecto est, nec sacram Inquisitoris redolet eloquentiam, id quod etiam de Ocularis speculi interprete intelligendum puto. Sed inter omnes exitialis est illa Obscurorum Reuchlinistarum secta, quę tota in expugnanda virtute posita, sub imperatore diabolo, sub vexillis ęternę mortis, sub stipendiis iehennę, debacchatur adversus cęlum, adversus Christum et sanctos eius, ita etiam ut sacrosancta sedes apostolica iniquitatis eos filios esse decreverit. Nec dubium, quin maioribus sint ab eadem censuris plectendi, ubi plane intellexerit, intolerabilibus sese infamię notis (ut in lamentationibus nostris Obscurorum expressimus) per omnes impudentię numeros, ab eisdem non incruente vitiatam. Vale, specimen ecclesię et totius Alemanię decus. Colonię ex officina nostra Quenteliana .M.cccco.XVIII. ad kal': Octob'.

Τελοσ. και θεω δοξα.

Digitized by Google

[*Ex Iacobi Hochstrati Apologia contra dialogum Georgio Benigno Archiepiscopo Nazareno in causa Ioannis Reuchlin ascriptum, quæ prodiit Coloniæ Anno .M.CCCCC.XVIII. in Februario.*]

Ad sanctissimum dominum nostrum
Leonem papam decimum
ac
divum Maxęmilianum Imperatorem
semper augustum.

Beatissime pater, ac Imperator serenissime. Sapientissimus ille Salomon non divitiis modo, verum etiam cunctis mundanis rebus abundantissimus, con- (a b)
tuens confitensque cum reliquis hominibus se mortalem, haud alia ratione tam sibi quam ceteris regibus perpetuum polliceri audebat regnum, nisi cum iusticiam ac sapientiam diligerent, ea proculdubio dilectione quę efficax est, veritatis asseclam habens defensionem. Ad vos itaque christianissimos mundi principes, fidei autem subditos (etsi defensores) supplices confugimus, qui evanescente hoc brevi ac momentaneo regno vestro ardenti pectore desideratis sine fine christo conregnare in cęlis, quod utique vobis factu impossibile foret, deserta (quam tutandam suscepistis) christi fide, nimirum citra quam nullum penitus est quod regificum opus aut cęlo dignum facere possitis. Ad vos inquam reges sunt hi sermones nostri, qui nobis persuasimus sanctitatem domini nostri papę, maiestatem insuper imperialem non modo minime horrere, quin potius patienter, patienter dicam, immo lubentissimo audire animo, eorum latratus canum, qui pro suo et vestro domino deo latrant, qui pro christo exercent vocem suam, quando ovili ipsius incursant lupi graves, quod sanctitati et maiestati vestris non minus lachrymabiliter quam veridice exponere tandem coacti sumus. Si quidem optime callentes in propriis quempiam patientem esse iniuriis laudabile semper visum, iniurias vero dei dissimulare impium nimis. Ea propter inquirentes nobis mala qui locuti sunt vanitates tanquam surdi non audiebamus, imprimis viros sese (haud iniuste) obscuros compellantes, qui a sede

[1] Cum ad Hochstrati utramque Apologiam contra Georgium Benignum (quem Dialogi pro Reuchlino Romæ m. Sept. a. 1517. primum editi auctorem esse Hochstratus, utut dissimulat, non ignorabat) Ortvinus passim provocet, (nam mutuum muli scabunt) ex eisdem priora quæ ad epistolas quoque O. V. pertinent, omissis tamen ad marginem positis sacrorum scriptorum allegationibus, Lamentationum operi subiunximus. Reuchlini ad comitem Nuenarium epistolam cur interposuerimus, nemo qui hanc adpendicem legerit, dubitabit.

Digitized by Google

apostolica per penas censurasque nullatenus coerciti triplicibus profecto tur pissimis et lenocinalibus epistolis quoquo versus in nostram nequissimam infamiam (diversis temporibus) in mundum editis, silentium ab eadem sede prę ceptum temerarie citra omnem rationem infregerunt. Quibus tamen alia ipsorum nequissima et inchristianissima facinora magnopere in malicia prę stant adversus christum, spiritum sanctum et sanctos in cęlo, adversus apostolicam sedem temerata, quando tunicam Iesu christi pediculosam scribunt vestem, Crucemque eius benedictam in qua redempti sumus (heu rem cogitatu indignam) permerdant, quando pro ludibrio habent spiritussancti invocari gratiam, aut dominicam meditari passionem contra insidias inimicorum, Quando imaginem sancti Petri blasphemant, Magorumque corpora dicere non horrent esse rusticos ex westphalia, Quando indulgentias quoque permerdant papales, et id genus plurima nequissima. Insuper tulimus patienter iniustas debacchationes, ac non tam mordaces quam iniquos aculeos ipsius Ioannis Reuchlin, a quibus in cabula sua se temperare livore actus nequivit. Et deinde sustinuimus coram deo et hominibus virum nobis iniuriosissimum (qui os maledictione plenum contra nos exercuit) nobis false ad crimen impingens, id quod (teste deo) nos latuit, nec aliquo iure aut scire aut cohibere devincti fueramus) hominem prodolor a moribus optimis spectatissimorum patriciorum Nurenbergensium (quos q ij *honestas singularis, prę clara iu sticia, circumspectissima semper reddidit maximopere commendabiles) degenerantem Billibaldum pirckmerium qui usque adeo maledicendi avidus, quo mordacissimas et eas quidem plurimas in theologos Colonienses (sibi nunquam iniurios) effutiret contumelias (haud animadvertens stultum esse in principio effluere, in ipsa autem historia succingi) proemialem maledictis plenam congessit epistolam, quę tractatum prę verborum pluralitate ferme adęquat, cui tam impudens os est, ut causis se ingerat theologicis, immo legem theologis prę figat, cuius certe theologicam peritiam nemo institorum magno precio mercaretur, Et proinde nimis frivole (ut verum fateamur) gigantomachiam inermis pusillusque intravit. Hęc vero isti fecerunt, nos autem tacuimus (quanquam ad similia loqui potuissemus) in silentio et spe (quam super divinę causę fortitudine et optima iusticia concepimus) manentes avidissime in ea fidei causa adversus impium Capnionis libellum diffinitivam sententiam. Verum longioris morę pertęsi (nimirum qui triennio iusticiam instantissime prę stolando petivimus) Romanam linquentes urbem, posteaquam pedem Coloniam intulissemus, paucis dehinc diebus quendam offendimus libellum Colonię impressum, ac ante oculos nostros et coram editum, qui plane, si in nos dumtaxat desęviret, aut nobis solum iniurius esset, labia certe nostra non aperuisset. At quoniam deprehendimus per os eius diabolum intolerabiles cuivis sincero christiano sibilare blasphemias, citraque omnem doctrinam, quosdam viros loquaces in eo dilutum porrexisse capnionisticas sordes, qui certo certius (quando parturiunt montes, nascitur autem ridiculus mus) dedecori magis quam ornamento sibi fuere, cerneresque eos in subversionem garrire veritatis catholięę, ac perinde in omnimoda causę christi denigrationem (quam in sequenti opere digeremus) in libertatem prorupimus filiorum dei compertum habentes fidei nostrę neminem non modo non damnari, immo ecclesię caput quemadmodum et reliqua membra, sive reges sive principes sint, fidei iugo subiectos esse oportere, scientesque quoniam oportet plus obedire deo quam hominibus, neque*

---

[25] epist.] Cf. Hutt. opp. I. n. LXIIII. p. 151. [40] prexisse *1.* [38] quoniam] qm̃ *1. et sic in sqq.*

Digitized by Google

*iustum esse in conspectu dei homines potius audire quam deum, iudicavimus verbum dei non esse alligatum. Cumque ęternum vę scriptura eis comminetur qui tacent a reprehensione aut repressione, eorum prȩsertim quę in dei aut fidei vergunt iniuriam, visum est nobis quominus loquamur neminem deinceps hominem, quantuscunque etiam sit, quem liquet nequaquam debere (dummodo deum et plagam pertinescat Ozię regis) prohibitum ire ausum, cum per divinum tum naturale ius loqui pro deo et veritate nobis liceat. Liceat dicam, immo oporteat, ne fidei custodiam quodam prȩvaricationis silentio deseruisse videamur. Siquidem huiusce (in quem loquemur) ventosi libelli conflatoribus non satis erat (et si luserint operam) Capnionis errores (quorum nullum constabit excusatum) saltem palliare, neque eis sufficiebat Capnionem vetus testamentum aut bibliam temerasse, nimirum quando scripsit thalmudicos libros christo perhibere testimonium ita bene ut biblia, proindeque christum non bibliam sed libros thalmudicos in sui citavisse testimonium, ob idipsum deinde christum diligentem illarum perscrutationem scripturarum nobis cum mandasse tum prȩcepisse. Hęc Cap|nionis est assertio, ubi sane prȩter id quod nefarie in sa- aij[b]
cram bibliam blasphemavit, etiam in Romanam sedem calumniam struxit gravissimam, quando ex parte una maledicti in suis annalibus lectitant iudęi, apostolicam sedem sub diversis summis pontificibus et condemnasse et libros Thalmudicos exussisse, Ex parte autem altera, dum oculos Capnionis almanico adiiciunt libro, palam prospiciunt ipsum almanice scribentem, christum huiusmodi librorum in suo sacro evangelio vetuisse concremationem, quin potius et insuper salvatorem iesum prȩcepisse, et id nobis quoque christianis, tam disputare quam sui adventus ex eis libris desumere attestationes. Quam certe si unicam in Romanam sedem complecteretur tam vehementem calumniam (taceo quod hȩreses contineat complures) liber eius et terrę intolerabilis ac luce esset indignus, utpote prę se ferens in primis apostolicam sedem, dehinc et quendam christianissimum sanctumque francorum regem Thalmud comburendo christi evangelicum infregisse prȩceptum. Quo haud dubie fit ut nequam iudęi sibi videre videantur merito sedem apostolicam arguere de cruentissima iniquissimaque cum violentia tum oppressione nequissima, utpote quę contra christi (quem pro deo colit) apertum et evangelicum prȩceptum eis violenter abstulit ablatosque thalmudicos libros citra omnem, immo contra iusticiam evangelicam et christianam, contraque christi mentem ac prȩceptum nequiter combussit. Quis etenim infias ire posset, luce clarius hęc Capnionis assequi, immo palam continere dicta? proinde et iudęi hunc porcum marinum eis gratissimum in eodem almanice conscripto libello indubie venantur comprehenduntque. Quo quid iudęis dulcius, sedi vero apostolicę ac christianitati ignominiosius Capnion canere potuisset? Hoc inquam errore, hac pessima hȩresi minime satiatus nominalis hic Capnionis propugnator (re autem ipsa ut constabit capniomastix) inter alios periculosissimum hunc adiecit errorem (quem nemo ęqui bonique facere potest) totum pessundantem novum testamentum, maximopere tum sacris evangeliis tum apostolorum scriptis, immo spirituisancto intolerabiliter detrahentem, perinde ac si spiritussanctus prȩcipuum inter credenda, interque ad salutem necessaria primum, per sanctos dei homines (qui eo inspirante in nova potissimum loculi sunt lege) non satis expressisset. Ait namque heu temerario ore (in hoc resuscitasse visus luem illam Arrianam) in novo testamento tam insufficienter quam inevidenter expressum esse, quod Iesus Marię superbenedictę filius, sit verus deus. O dei salvatoris nostri iniuriam, immo blasphemiam maximam, et toti intolerabilem christianitati, de eius finibus procul eliminandam. O vos prę*

Digitized by Google

ceteris sacro inuncti chrismate principes christianissimi, et id quatenus pugiles fidei estis antesignani, usque quo talia deo vestro iniuriosissima tolerabitis? Quousque tandem gladium a sanguine prohibebitis? Numquid ęquo feretis animo, ut redemptori ac domino vestro quis nomen ipsius dubium aut vacillans reddat, quod pater ab ęterno sibi dedit, quod est deus in sęcula benedictum, qui vobis in minimo derogantem ęquo animo non ferretis? Memores estote, quoniam non propter vos, sed ut memores sitis nominis domini vestri, constituti estis principes super omnem terram, in cuius manus incidere horribilissimum est, cuius a iij. *tamen iudicium effugiet nemo, sive papa sive imperator. Complexus autem est hunc pestilentem errorem dictus capniomastix in subiectis verbis, 'Neque tamen (inquiens) ex novo (subaudi testamento) sic aperte probari potest (intellige christi divinitas) quin oppositum consequentis possit intelligi stare cum antecedente. Multi enim confitentes christum Iesum nazarenum esse verum messiam, et evangelio prębentes fidem non credebant ipsum esse deum, sed hominem purum'. Hęc ille, Asserens insuper plurima, et illa quidem pręclarissima de messię divinitate, de matris perpetua virginitate, personarum itidem trinitate. Ex quibus licet protervę et durę (uti semper extitere) cervicis iudęos convincere possumus facillime. Hęc ille. In quibus quid quęso olfacitis, o christianitatis principes, nisi christianum quemcunque ex evangeliis, immo ex tota scriptura novi testamenti nullatenus constringi, ut Iesum christum deum esse cogatur fateri. Et prętęrea Thalmudicos libros non modo (ut Capnion pessime astruxit) vetus adęquare testamentum in perhibendo Christo testimonium, verum etiam et antecellere novum. Proinde protendunt ac innuunt nos christianos per legem fidei et gratię magis ieiune, et longe minus de mysteriis semper ad salutem necessariis esse instructos aut illuminatos his qui sub pędagogo, sub nube, in umbra, in cęcitate ambularunt. O dolendam Iesu christi, spiritussancti, legis gratię ac christianitatis iniuriam, quę illi non tribuit nomen dei benedictum, istum arguit de minus sufficiente christianitatis provisione, quod hęc non satis expresserit, illa non satis habeat credenda, in primis necessaria, quę utique nullibi quam in perfectissima lege gratię sufficientissime tradi ac explicari debuere. Deficeret nos dies si explicatum iremus quę hunc pestiferum assequuntur errorem pessima inconvenientia. Quę cum reliquis sacrę scripturę temerationibus, et proinde in deum nostrum et fidem iniuriis, ne longius consileremus nos potissimum coegere. ¶ Tametsi etiam magnopere nos permoverit id quod idem iniquus libellus in causę nostrę (quam pro solo deo assumpsimus) vergat omnimodam oppressionem, quippe quando in hęc (veritati et nobis intolerabilia) prefator in epistola pręmissa tonat verba, ipsum (inquiens) Reuchlin a calumniis adversariorum ex ipsiusmet dictis ac scriptis aperte liberavi, tendicula ipsorum rupi, decipulas fregi; astutię dolique sunt, quęcunque contra ipsum moliuntur, quos iam (certe novi) tale duellum, eiusmodique prelium iniisse pęnitet, verum ab inceptis prę pudore desistere nequeunt. Hęc ibi. Nonne o iustissimi veri ac ęqui censores huiuscemodi ignominiosissimę christi causę et bonis viris illatę contumelię, a latere nostro, in sinu nostro, ante oculos nostros coram editę in mundum, responsionem veridicam (quę falsitatem reformaret) violenter extorquebant? Quis nam foret deinceps fidem causę christi et ipsorum ac eos pro veritate animosos viros habiturus Colonienses theologos, quando adversus tot ac tantas causę et sui derogationes, et has in prospectu suo ab his editas, qui falsitatibus per ampullosos titulos auctoritatem afferre gestiunt, contra mutire non audere viderentur? Per naturale itaque ius ac divinum oportebat palam facere,*

Digitized by Google

hunc dicacem hominem (quisquis fuerit qui sub nomine Nazareni tegmine se obtexit) veritati catholicę fidei | causę nostrę et nobis fuisse iniurium, Capnionis- aiij^b
que dicta minime examurcasse, nequaquam expurgasse a sordibus, certe qui brumales erratus vix glomis (ut aiunt) aut caligis in hyeme cooperuit, immo cimmeriis involvit tenebris. Par omnino erat ostendere hunc falsitatum conflatorem nec unum quidem e nostris (quę in errata construximus Capnionistica) argumentis enodavisse, at novis revera ipsum irretivisse laqueis. Persuadebat et naturalis ęquitas, quo ostensum iremus, quomodo nullas meditati fuerimus insidias, sed eam molitos nos fuisse adversum Capnionis errores arcem, quam iste prętensus propugnator, nec plane glomerata eius cohors tota, immo nec mundus universus infringere poterit, ut reliquos faciamus illos inermes pigmęos, qui in solius infimę artis dicacitate, et maledicendi copia confidunt. Quantum autem super inito nos pęnituerit duello prędiove pro christo contra ei iniurias assumpto falsitates, Sanctitas ac maiestas vestrę optime norunt, quinimmo et veracissime consciunt gloriosissimi francię ac hispaniarum reges, Novit idipsum illustrissimus princeps Ioachim Brandeburgensis elector sacri imperii, cuius laudes qui satis consequi possit est nemo, ob id in primis quod in fide et pro christi fide integerrimus zelozissimusque sit, quibus cunctis sępius instantissime totis prędordiis ob sanguinem christi supplicavimus (quemadmodum et nunc supplicamus) non sane pro favore, non pro causę suppressione (id quod ipsi fecere) sed iustam et ęquissimam, quę pro veritatis ac fidei ac Iesu christi sit honore, rigorosam atque exactissimam sententiam. Noverat longe melius hic Capnionis onerosus consolator, quantum dum hęc litteris committebat, sermonibus detraheret veritatis, quando optime habuit compertum (dummodo rerum Reuchlin sciolus est) quo pacto nobis oblatam, ex nobis petitam, respuerimus litis compositionem, generosam litis pendentiam (heus nimis diuturnam) prędeligentes, gnaviter callentes, non esse bonorum christianorum inire cum falsitatibus, christo et christianitati iniuriis, pacem, neque posse fieri Christo ad Belial, aut luci ad tenebras conventionem. Ex quibus omnibus ita ut prędati sumus se habentibus liquido clarescit, quam nugaciter, quam denique vanissime inanibus extollant speciebus dicti libelli prędatores, dum Reuchlin indubitatum repromittere non verentur triumphum, ob trinos e cędo in eius defensionem demissos heroes, qui nil utique sibi contulerunt, potius autem subvertentes amicum erratis eius errores superaddidere. id quod veridice ostensuri sumus. Eapropter eos e cędo demissos non esse palam constat. hinc unde venerint, quisve eos miserit, ipsi viderint. ¶ Verumtamen de hisce heroibus operosius parumper ut sermonem faciamus, res nostra efflagitat. Novissimus nanque quem recensent heroem, pluries Rhomę cum propense rogatus, tum instanter requisitus pro communicandis his quę pro Capnione coegisset, et hoc sive per scripta, sive per vivum sermonem, abnuit ille prorsus, asserens se nonnulla quidem collegisse, sed ocius collecta tradidisse igni. Quis itaque non viderit quantum victorię huius herois arma Capnioni promittant, quę ignis devoravit? Quod si | adhuc illa aut alia huius herois sint patrocinia, aiiij
in lucem prodeant atque edantur: videbitur nobis non deesse, quod pro deo et veritate loquamur. quod si hic heros sit vir ille qui facturam fecit, cui initium nascitur 'rogasti me mi Stephane etc.' sciant quoniam satis accepit responsi, quod in hanc usque horam romę apud reverendissimos dominos Cardi-

[45] facturam *etc.*] i. e. Defensionem Reuchlini quæ est in libello quem descripsi Indic. bibliogr. Hutten. n. XIIII. 3. 4. 5.

Digitized by Google

nales citra replicam perdurat. Medius deinceps ex heroibus illis crebro a nobis Romę percepit nostrum agonisma aut certamen initum nequaquam fuisse ob aut adversum Thalmudicos libros, sed contra ipsorum hęreticalem defensionem, auctore Reuchlino almanice et congestam et editam, adiicientes non minus huiusmodi pugnam nos aggressuros in alterum quempiam, qui sanctissimos divi Augustini libros adeo hęretice ut Capnion perfidię libros iudaicę defensatum ire attentavisset. Qui quidem heros nec verbo uno obtendit, unde non videmus qua ratione de hoc viro triumphum sibi polliceantur. De primo autem heroe ab eis (quemadmodum ex romana curia certiores facti sumus) conficto quem virum existentem obscurum aut ad minus ex obscurorum grege, candida veste, et nomine lucidissimi amiciere viri, in presentiarum non multa factituri sumus verba, nimirum cui palam in processu ostendemus, quo pacto vinctum durissime laquearit capnionem, et id ex ipsiusmet dictis et scriptis, quomodo denique tendicula ipsius contra veritatem fragilia, decipulas, fraudulentias pro Capnione apparenter tensa diruperimus, detexerimusque, qualiter insuper vafricię astucię dolique sunt, quęcunque eiusce libelli confabulatores prefatoresque contra veritatem et nos moliuntur, facturi reipsa quod ipsi se fecisse falso gloriantur. quo fiet ut procul dubio penitebit bellum aut prelium pro Capnione iniisse, dum se videbunt lusisse operam, et amico se fuisse onerosos. Hinc veraciter constabit quam immeritissime ab his prefatoribus per hos heroes triumphus Capnioni repromittatur, quorum primus Capnioni confabulando, dum in calce sermonis nos calumniatores malicia excęcatos, et inter persequendum id genus multa nobis iniuriosissima impingit, ea quę nemo vir bonus hactenus nobis tribuit, heroici viri munus se egisse non ostendit. ¶ Quid autem nam causę sit quamobrem dicti prefatores cum reliquis de illa cohorte, theologorum ac philosophorum osoribus, usque adeo cum suo primicerio antesignano Capnione gloriosum illud ac victoriosum pugnę instrumentum, nobilissimos stringentes theologorum execrentur syllogismos, veluti rem circa divina vehementer noxiam, alibi quando per ocium licebit, rationem reddemus diffusiorem. In presentiarum nosse sat est, edentulos dentibus invidere vescentium, Et Saulis arma David importabilia esse, puellosque odire castigatricem virgellam, difficillimumque homini esse verarum doctrinarum experti, qui nil preter fabulas novit, de moribus autem aut conscientię rebus nec unam sapit propositionem, verbum reddere pro verbo, et ad punctum loqui. id quod preclari

a iiij[b] *efflagitant syllogismi, qui | hominem[42] expetunt solidissime in bonis doctrinis fundatum. Tametsi autem rumpantur ilia Codro, periculosi in fidem ac sanam doctrinam errores vagabundęque ac futiles inanium hominum allucinationes terenti theologorum syllogisticę limę velint nolint subdentur, quantumcunque theologis, quantumcunque detrahant syllogismis. ¶ Et ne modum excedamus, diiudicetis tandem, o vos principes summi, iudices equissimi, nos loqui ne coegerint illa, et ipsa quidem si sola essent cruentissima metra in calce libelli in quem acturi sumus adiecta, per hominem cuius illustrem prosapiam, cuius generosos progenitores nemo satis laudibus efferre potest, quorum utinam se morum asseclam preberet: tum certe non tam crudeliter in theologos grassaretur Colonienses, suis parentibus et sibi magis merito venerandos, e quibus virum (ut ipsemet inficias ire non audet) angelo similem paucis elapsis annis habuit fidelissimum magistrum. Qui (ut iuvenes inexperti ac temerarii assolent) ex*

---

[42] hominem] Comitem Nuenarium.

Digitized by Google

tempore et subito calore (ut ipse testatur) in hos tum mordaces, tum iniuriosissimos prorupit (inter alios) versus

Impia livoris ne fundere lingua venenum
Audeat, et posthac obstrepuisse bonis.

Hęc ille. O versus iniquissimos, o temeritatem maximam, quę linguam non nisi sacrę scripturę oracula tutantem ac personantem, pro solius Iesu Christi et fidei honore, non horrent dicere linguam iniquam, et livoris fundere venenum. O dicacitas impudentissima, quid nam est quod temerarie non audeas? Nonne hominem ingenuum et antehac innocentissimo prędītum ingenio omnino invertisti? usque adeo ut modestię illustris sanguinis immemor, ex tempore, ex subito calore (cui furia proxima est) in campum contra amicos, magistros suos vicinos procedat. et id certe in materia quam nec didicit, immo nec unquam gustavit, (Esto Billibaldus eum citra studium et doctrinam ac proinde ex nihilo creaverit in Almanię Theologum prȩcipuum) de cuius similibus rectissime Apostolus videtur dixisse 'Aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quę loquuntur, neque de quibus affirmant'. Hęc ibi. Unde nimis nihilipendit doctores Colonienses Theologos, quando insuper eos de pullicino aut leporino timore in eisdem versibus notavit portendens eos deinceps loqui non audere, proinde ac si territi sint, dum

Pigmęus parvus currit bellator in armis.

In quorum utique ęstimatione versifex iste, immo totus grex obscurorum aut dicacium hominum cohors putatur pigmęorum pede non altior uno. Hinc (quod apud Plutarchum est) versifex iste Catonem arguit de turpitudine quęstus, et Herculem de timiditate. Scimus namque omnes in hoc pugnę genere milites imbelles inermesque, qui merito a campo abstinuissent domique delituissent. Hęc et alia supradicta in oculis nostris fiunt, et nos reclamabimus nunquam? quo tandem inertium hominum temeritas adversus veritatem et bonos viros omnino prȩvaleat? Nonne in | sacris scriptum est litteris 'propter multitudinem calumniantium clamabunt'? Nonne perfecta scientia eis probandum erat, quod verba ipsorum contra veritatem disputantium plurimam habeant vanitatem? Nonne debemus velle et esse et apparere iusti? Numquid deo concedente pacem nobis loquentibus quis est qui condemnet? Hinc demum beatitudini vestrę maiestatique imperiali hoc opus pro christo editum, hunc laborem pro veritate assumptum (et si provocati et coacti nimis) dedicamus, atque offerimus, ipsum vestrę defensioni ac protectioni (quorum interest veritatem defensare) committentes, humili spiritu sacrosanctę apostolicę sedis submittimus correctioni. Precamurque ante pedes summi pontificis, ac divi Imperatoris prostrati, per viscera iesu, ob amorem fidei, ad tollenda plurima scandala, immo ad vilipensionem sedis apostolicę vitandam, quę de tam longa nascuntur iusticię dilatione, nimirum causa in quartum usque Annum apud iusticię fontem (ubi in primis fidei negocia expediri deberent) pendente, per ęquam, per iustam, per rigorosamque diffinitivam sententiam litem hanc dirimatis, prȩveniendo innumera quę secutura sunt scandala, hac causa pendente indecisa. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo, filii hominum perpetrant mala Et nisi pestilente flagellato, stulti sapientes non erunt. Interim haud dubium dicaces ho- (a 5)

---

16 affirmavit. *1.* Cf. *Pault* I. ad Tim. 1,6. 20 parvis *Iuv.* sat. XIII. 168. 22 *Iuv.* l. c. 172. sq. 'Quamquam eadem assidue spectentur prælia, ridet Nemo, ubi tota cohors pede non est altior uno'.

Digitized by Google

mines pro Capnione in veritatis derogationem velitabuntur, et nos, donec halitus est in nobis, et spiritus dei in naribus nostris, loquemur contra iniquitatem. Et quamquam torqueant ora, trahant capillos, applaudant pedem, fidem ecclesię apertissime confitebimur, tuebimurque pro nostra virili. Sunt etenim nobis et alię machinę, iamiam in bellum paratę Romę exhibitę editiones binę, quę cuncta Capnionis propugnacula, sive defensiones, sive dicantur declarationes, funditus evertant. ubi prȩsertim in editione prima subvertimus frivolam tergiversationem ipsius in liminari pagina, facie secunda, ocularis Speculi positam, in qua falso effingit se condemnasse libros Thalmudicos ad ignem ob in Christum blasphemias, cuius contrarium haud dubie per decursum sui effecit consilii. Ratione itaque complectamini, o Iudices mundi, deo autem rationem et ipsi reddituri, velut subiecti, quoniam iniusticia (et proinde quoque iusticię iniusta dilatio) mortis est acquisitio. Quoniam autem in perpetuis delectamini sedibus, diligite sapientiam, et facite iusticiam, ut in perpetuum regnetis.

¶ *Informatio ad lectorem super huius operis libro primo.*

Contueberis hic, quisquis es, amande ac benivole lector, rem ante hac forsan nuspiam, sicut et nunquam, aut certe raro visam, ubi duobus vel potius uno sub nominibus duorum Georgii Benigni, ac Ioannis Reuchlin, confabulante nominibus, Tertius re et nomine Theologus accedens servatis eorum ad iota usque verbis, quibus non nisi sibiinvicem ipsi duo colloquuntur, aut utrinque idem sibimet respondet, utrimque retegit tum falsitates, tum fumosas palliationes. Minime attamen theologo illi cum reverendissimo Nazareno archiepiscopo (si forte et huic Georgius Benignus sit nomen) quȩvis est concertatio, nimirum quando idem reverendissimus archiepiscopus huius fetus nullatenus se (a 5b) *fatetur parentem, id quod a quodam utique fide dignissimo prȩlato e | Romana urbe litteris agente indubitata accepimus fide. In quam sane fidem et ob id facile pelliciti sumus, non ignorantes libellum tam nequam tamque mordacem, denique et tantopere optimis iniurium viris, eiusce dignissimi prȩsulis moribus mansuetissimis modestissimisque haudquaquam respondere. Proinde nec ipsius esse facturam (quę agenti proportionatur) facile credendum erat. Hinc suspicari licet illi reverendissimo obtigisse prȩsuli quod Ruffinus in Pamphilum martyrem divo teste Hieronymo molitus perhibetur ..... Et certe, si hęc tam impia, tamque fraudulentę prȩstigię eo ęvo (quod dum nostro tempori confertur beatum vĩderi posset) obtigerint, his sanctitate pollentibus viris, quid mirum, mi candide lector, si hisce diebus a viris cum obscuris, tum cęcis, in quos fęces sęculorum, quinimo malitię et sordes omnium ab initio nequam confluxisse videntur, adsimilia audeant factitentque. Quorum utique inchristianę nequitię tenebrarumque opera iam toti innotuerunt mundo, usque adeo, ut Sanctissimus ac pontifex maximus velut labem pestiferam ac nefandum scelus, quod hęresim sapit, eorum damnet facturam, eos autem nominet iniquitatis filios, a quorum oculis dei ac hominum timor abcessit, homines quoque improba ac damnabili et temeraria loquacitate, ac scandalosę garrulitatis, qui spurce petulanter convertunt ad scurrilia ipsa etiam sacra eloquia, quę pluribus verbis breve prosequitur Apostolicum. Quid inquam iniquitati hi iniquitatis filii defieri paterentur? Hinc primum suis confictis nescio quibus nominibus, quo dignissimam Parisiensem theologicam confunderent facultatem, processum quen-*

---

[2] loq̃mur *1*. [46] processum] supra p. 318...322. exhibitum.

Digitized by Google

dam commenticium, plenum irrisionibus pariter et iniuriis, veluti iuridicum confinxere, super et contra determinationem iustissimam Parisius in causa fidei adversus Ioannem Reuchlin factam, magna utique gravitate maximaque deliberatione processum illum per impressos libellos in vulgum edentes, quo tam celeberrimi ac pro fide Christi zelosi viri, ac eorum equa sententia amplius irrideretur. Et quoniam pestilentes non | statim flagellati fuere, stultiores facti (a 6) *sunt, et dum neminem sentirent obstrepentem, ausum ceperunt, ac sub titulo (quorum indubie rem habent) obscurorum virorum, ante et post, imo contra apostolicas prohibitiones censurasque complures edidere epistolarum libros, quo pro suis, tum maledicentia consueta, tum temeritate, viros quosque optimos impune infamare possent. Admiratio autem nos teneret pergrandis, quidnam esset, quamobrem nonnulli magni qui docti et prelati dicuntur, etiam Rome constituti, his neniis aut ineptiis se oblectando aures suaviter accomodarent, nisi per apostolum heccine nostra, et ea quam infelicissima tempora, moresque perditissimos huius evi, spectassemus presagiata, cum dicit 'Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur'. Pertimescant hi ne in eis impleatur quod sacre continent litterę, Se abominabiles factos, sicut abominabilia sunt que dilexere.* ¶ .....

Generoso et vere nobili viro,

domino Hermanno Comiti de Nuenar,

Canonico Coloniensi,

Ioannes Reuchlin .LL. doctor,

.S. D.

Iterum rabidus canis venenum suum evomuit, generose Comes, iterum draco ille formatus ad illudendum nobis, tartareas flammas efflavit, et Cerberus sua guttura pandit. De quo multis annis in publica defensione mea vaticinatus sum, quod non ante silebit, et non ante datur requiem cum pace subire,

Auricomos quam quum decerpserit arbore fœtus.

Aureus ille ramus offerendus Cerbero est, Aurum Iudaicum, quod per iniurias extorquere præsumpserat, e manibus suis erepsit, evasit, effugit. Nemo suis et suorum consiliis obsequutus est; quod ego consului, amplexantur summa capita. Hoc est quod illi dolet, hoc in rabiem vertit hominem, si modo est homo, ac non magis monstrum hominis, cui satis non fuit adversum nos plus centies esse mentitum, etiam millies oportuit. Quin haud sydera sunt munda in conspectu eius, omnia fœdat, debacchatur in omnes bonos, quicunque sua non laudant, aut qui non eius sequuntur vitia, Et ut omnia binis verbis complectar, levitatem et infamiam. Quid enim in re manifesta tot et tantis

---

[20] Prima est hæc epistola libelli cui inscribitur 'Epistolæ trium illustrium virorum ad Hermannum Comitem Nuenarium', e quo etiam desumpta est Nuenarii epistola, quam supra p. 327...329. pro præfatione exhibuimus. [30] quum] qui *Verg.* Aen. VI. 141.

Digitized by Google

scriptionibus opus fuerat, nisi ut quo notatus est scelere, alios vehementius insimulet? Nec potuit sanctissimus Archiepiscopus ille Nazarenus, omni virtute præditus, et doctrina prȩclarus, illius fœda ora effugere, cuius scripta hic stellio tam aperte calumniatur, ut defensore non egeat, fingens, immo mentiens, se contra imaginarium aliquem Georgium Benignum scribere, fingens item, quinimo mentiens a quodam, nescio quo, quem nec nominat, nec nominare audet, ex Curia Romana certiorem se factum esse, quod antistes ille observandus et colendus, ea neget scripsisse. Sed tanta conscientia vir est Benignus ille, non pertimescet hæc edidisse, quæ palam, et in os, atque in faciem huius calumniatoris non pertimuit proferre; sed si ob modestiam nunc tacet, habebit nihilominus validos propugnatores, qui quæ in rem sunt, facturi sint. Quanquam, deus bone, quas applicabimus vires ad vincendum tam levem et mendacem calumniatorem, nec robustioribus egebit pugilibus, qui solus sibimetipsi satis est; qui non opibus, non invidiosa gratia, non potentia vix ferenda regis Gallorum, qua me Iacob iste supplantator supplantare dicit? Sed dimicabit oris sui proprio gladio venerabilis et reverendus archiepiscopus, pugnabit contra notorie falsarium, contra profugum ab urbe, contra turpem dilapidatorem rei familiaris fratrum suorum. Firmiores, crede mihi, Benigni erunt partes, quem omnes plenum officii, plenum religionis cognovimus, cuius et Cæsari perspecta est virtus, industria, fœlicitas et vita laudata, cui librum hunc suum, sub publica fide sigilli sui dicavit. Omnes autem novimus, quis iste 'Nos Frater', iste, inquam, qui seipsum 'Nos Frater' appellat atque inscribit; quis a teneris annis fuerit, quis sit aut qualis, et quis futurus sit. Non veniet comparandus iusto iudicio malignus cum Benigno, non calumniator levissimus cum Christianæ religionis episcopo, non mendax, immo non mendacissimus, cum verissimo. Nam quid non audet mendaciis suis polluere iste ordinis Prædicatorum hæreticorum inquisitor, qui dedita opera, uno ore, et una hora, pugnantia et sibi contraria non sibi verecundiæ ducit affirmare? Dicit enim me librum hæreticum defendere, deinde protestatur me non esse hæreticum. Si non sum hæreticus, quod ille palam fatetur et protestatur publice, Coloniensesque Magistri Nostri sic determinarunt: certe conflatum mendacium erit, me librum hæreticum defendere. Defendo autem librum Ocularis speculi, sicut a me compositus extat, quem ille convincere voluit totos sex annos hæreticum esse, sed gratia Deo nunquam potuit, et nunquam poterit. Quare ab urbe Roma profugit, conscientiæ suæ metu destitutus, consilio non tantum miseri ingenii, sed et improbi etiam animi, postquam mandatum de supersedendo sordibus impetravit, quod notissimi periurii speciem præferre videtur, cum sit ex articulis iuramenti calumniæ non minimus hic videlicet, ne litem differri procures. Quodsi animo cessandi ab accusatione fugitivus abierit, decocta tandem et dilapidata turpiter re familiari fratrum suorum: tum iure optimo sibi Turpiliani notam metuet, quæ perpetuo vitæ suæ inusta proculdubio nulla omnium hominum, omnium ætatum oblivione delebitur, Quamvis cum unoquoque volutari exoptet, ut semper nova prælia incipiens obliterare vetera possit. Sed quid de hoc hominum monstro tot et tanta verba facio, quo nihil deterius, nihil efferacius, nihil immanius? Idque omnibus palam est, notis et vicinis, atque etiam suis, qui non solum insolentissimus sit, omni humanitate carens, verum et falsissimus et mendaciorum plenissimus, quod Acta publica monstrant, et collatione librorum

---

[40] SC. Turpil.] quod a. 61. p. Chr. cavit de calumniatoribus, prævaricatoribus, tergiversatoribus puniendis. Dig. XLVIII. 16. Cod. IX. 45. [47] 'Acta Judiciorum

Digitized by Google

Ocularis speculi liquido constabit, si modo integre declaratum, cum declaratione tam latina quam teutonica legatur, non autem, ut iste 'Nos Frater' falsando decerpsit, membratim cæsimque. Legant obsecro civiliter quæ de hac controversia scripsi, sigillatim singula, Et sit iudex quisquis bonitate ingenii et virtutum probitate pollet. Porro neminem commoveat, quid hæc belua diebus ac noctibus perstrepens maledictis vetera convitia novo bello iterat, quæ didicit facit, Si carere convitio velis, lingua excidenda est. Tu vero fortis athleta pugnabis contra Lernæam bestiam, pro veritate contra mendacium. Ego veteranus triumphantes vos iuvenes aspicere debeo, et laudare, non triumphare. Quare et te tibi, et me tibi, et Nazarænum illum Benignum tibi tuisque lacertis librandum committo. Vale, Stutgardiæ .XII. Kaleñ. Apriles. Anno. .M.D.XVIII. Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. doctor.

[*Ex Hochstrati Apologia secunda contra defensionem quandam in favorem Ioannis Reuchlin editam Coloniæ anno M.CCCCCXIX. publicata.*]

℄ *Reverendo ac dignissimo patri, Domino Ioanni Ingewinkel, sanctę sedis apostolicę Prothonotario, Pręposito quoque Xantensi, et ecclesię Coloniensis Archidiacono, concessionumque apostolicarum censori iustissimo, Frater Iacobus Hochstraten, hęreticę pravitatis Inquisitor, et sacrę theologię humilimus professor. S. p. d.*

Elucubraveramus anteactis diebus, prestantissime ac magnifice domine Prępositе, opusculum quoddam, quod in manus incidisse tuas literis dignationis tuę certiores facti sumus, cui Apologię (quam primam vocamus) indidimus nomen, eo quod cuiusdam dialogi (quem Georgio asscripsere Benigno) futilibus vaframentis adversus catholicam (quam tuemur) veritatem inepte obluctantibus, non tam satisfaciat, quam veritatem ipsam defendat. Quoniam autem cum hominibus, quorum est ratione uti, et rationabiliter obtendere, nobis animus erat disputare (id quod in eiusce Apologię et initio et calce protestati sumus) offendimus omnino neminem, qui ad rogatum responderet, aut ex ratione tractui nostro obniteretur. At solus Capnion, cum vidisset e manibus suis (quam se habere putarat) clavam herculis evulsam, obrutum quoque ędificium, super quod omnem collocarat enatandi spem, omnesque suos errores manifeste detectos, dolore cordis tactus intrinsecus plus nimio infremuit, et poeticis furiis actus sola prędudia libri nostri, quam primam dicimus apologiam, nostram quoque personam citra quamcunque rationem solis convitiis atque maledictis responsi loco lacessivit, rem ipsam principalem propriis destitutus viribus aggredi non

---

inter F. Iacobum Hochstraten Inquisitorem Colonienſium & Iohannem Reuchlin. LL. Doc. ex Regiſtro publico, autentico & ſigillato'. *prodierunt* Hagenoæ in ædibus Thomæ Anſhelmi Anno M.D.XVIII. Menſe Februario (*in* 4°. A...I). *Repetita sunt ap.* v. d. Hardt Hist. liter. ref. II. p. 94...130.

[3] civiliter] 'Incivile est nisi tota lege perspecta una aliqua particula eius proposita iudicare vel respondere'. *Cels. L. 24. D. de legib.* [30] i. e. tractatui.

Digitized by Google

prȩsumens. Id sane quod (veritate freti) nobis iamdudum polliciti fueramus, eam scilicet nos construxisse veritatis arcem, in quam nec clari nec de obscura cohorte viri, immo nec mundus omnis citra dei offensionem atque universalis ecclesię scandalum quicquam posset. Nec nos spes illa fallere poterat, tum quod fortior sit omnium veritas, tum quod ei fuimus et sumus innixi scriptu- 5
rarum fundamini, cui nemo adversariorum resistere potest. Addamus quoque quod cor nostrum nullatenus nos reprehendat in quovis eorum quę Capnion dudum tum in libello suo appellatorio, tum in sua fabulosa Cabula, atque supra quam cuiquam credibile est erronea, et novissime in maledictoria sua (quę ad generosum comitem de Nuenar hac ętate scripta est) epistola, turpiter effudit. 10
Taceo quod eius etiam infrunitam ad maledicendum facilitatem in nostra Apologia prima usque adeo deteximus, ut facile nobis persuasum habeamus, neminem virum bonum execrabilibus ipsius fidem habiturum maledictis. Hinc eius nęniis ac turpissimis utrobique convitiis (quę tamen omnia et singula facilime etiam citra mendacium et veridice omnino in suum auctorem retorqueri pos- 15
sent) respondere duxi indignum, vel ob id maxime, cum Reverendissimus dominus Cardinalis D. Darducensis, (quem a iuventute ęque ac patrem coluimus, et quo in trecentis annis ipsa Alemania non procreavit ecclesię tam in scientiis quam in virtutibus et sapientia utiliorem) hisce nos dudum adhortatus consolatusque sit verbis 'Amantissime magister noster, dolere forsitan me existimas, 20
A ij *quod te mihi aman||tissimum et alterum me .N. noster tot maledictis insectatur mendaciis, confictis quoque erroribus impetit, dilacerat et prosequitur. Gaudeo potius quod supra dorsum tuum fabricantes peccatores suam iniquitatem prolongent, dum adversus veritatem possunt nihil. Iam licet teipsum experiri Infelix est (nostri Cordubensis sententia) cui nihil unquam accidit adversi, non* 25
enim licuit ipsi seipsum experiri. esto forti animo et hominem insanum cum deliramentis suis irride potius, iacula quę in te mittere tentat, ipsum invadunt et dilaniant etc. O verbum sapientissimi theologi prȩclarum, rebus quoque apostolicis similimum, qui ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Vaframentis igitur maledictoriis 30
Capnionis dimissis (quę cuiuslibet viri boni auribus indigna sunt, quę etiam potius auctorem suum manifestant et depingunt, quam me, innocenter pro ecclesia ȩsum, quum philosopho teste Talis quisque sit qualia dicit et operatur) super his solum tecum libet commentari, quę ad doctrinam pertinent. Quorum cum unum solum offenderemus, unum solum apprehendimus. quod (etsi errabundus) Capnion 35
in prȩfata sua ad comitem depinxit epistola, ubi facile contuebitur tua reverenda paternitas, quam curta in iure sit ille supellex, et quam modice eorum qui magnam scientię eminentiam de eo suspicantur, satisfecerit expectationi. volens enim me conflatorem inferre mendaciorum, hęc pro more suo in me effutivit verba: 'Dicit me librum hȩreticum defendere, deinde protestatur me non 40
esse hȩreticum. Si non sum hȩreticus, quod ille palam fatetur et protestatur publice, Coloniensesque magistri nostri sic determinaverunt, certe conflatum mendacium erit me hȩreticum librum defendere'. Hęc ille. Novimus equidem (ut paucis huic puerili cavillo respondeam) de beato Ioanne Chrisostomo memorię mandatum, quod ipse aliquamdiu Origenis hȩreticos defenderit libros, quem tamen 45

---

[6] Contra Reuchlini de arte cabalistica libros tres a. 1517. primum publicatos Hochstratus miseram 'Destructionem Cabale' edidit Coloniæ a. 1519. in 4°. [9] maled. epist.] i. e. ea quam huic Hochstraticæ præmisimus. [17] Dertusensis, postea papa Adrianus VI. [25] Cf. *Senec.* epp. mor. XIX. 1. [37] qui] q̃ *1.*

Digitized by Google

Chrisostomum ob id de hęresi a nemine notatum accepimus, cum ibi nullos complexos defenderit errores, quia dum in lucem editi non essent, sanctum virum latebant, quemadmodum et multi sunt qui sonticum librum Ioannis Reuchlin defendunt, et tamen nunquam illum legerunt, et si legerunt, latens tamen venenum non animadverterunt. Porro si quisquam gratia defendendi hęretici aliquo sanguinis aut alterius necessitudinis vinculo sibi coniuncti (quem hęreticum novit) mentiatur, asserens, amico suo, similiter et libello hęretico ab eodem edito, catholicum esse sensum, ob id tamen taliter mentiens, nequaquam hęreticus est censendus, sed hęretici et hęreticalis quoque libelli defensor. Potest namque quis defendere hęreticum et non esse hęreticus, ut patet in .§. Si vero. ca. Accusatus, de hęre. libro. VI. Unde utiliter ius distinguit hęreticorum defensores ab hęreticis. Patulum est autem Capnionem in suo almanico consilio ocularis speculi plures conscripsisse propositiones pernitiosas, piarum aurium offensivas, et nunquam in ecclesia dei tolerandas, attamen sciens eas in suo consilio contentas, defendit et excusat, in quo profecto innocenti Chrisostomo reprehensibilior est. Quia tamen Capnion non videtur defendere erroneum (quem faciunt) sensum earum, sed ut maleolentem condiret libellum suum, in primis per falsas quasdam declarationes, deinde per conflictas, ementitas quoque tergiversati||ones, illas ipsas suas propositiones per A ij[b]
capillos trahere nisus est ad eum sensum, quem dum exordiretur, ne cogitaverit quidem, quippe quem sensum neque sui patiuntur verba libelli, nec series admittit verborum, quinimmo et almanico suo textui palam refragatur, id quod in secunda et tertia nostris editionibus Romę iudicialiter exhibitis insolubiliter monstratum est. Hęc prędicta ea potissimum approbant, quę Parrhisiis ante aliquot annos gesta sunt. Transmiserat enim Capnion ipse (nec inficiari potest, literę enim suę id manifeste indicant) pro sua excusatione ad sapientissimos theologos Parrhisienses triplices suas declarationes seu defensiones, quas cum viri illuminatissimi diligenter revidissent, conspicientes eas principali Capnionis libello nec consonare nec cohęrere, immo palam refragari, illis minime obstantibus, utpote tum falsis tum impertinentibus, post quadraginta congregationes desuper habitas, libellum sępedictum sua doctrinali sententia igni adiudicarunt exurendum, Auctorem quoque Capnionem videlicet ad revocationem compellendum. Per dictas itaque (etsi falsas atque conflictas tergiversationes Capnion satis (quantum ad extra iudicare licet) ostendit a prioribus se erroribus abivisse. Quanquam igitur honoris sui amplius quam veritatis amator, converterit se ad conflictas tergiversationes, falsum quoque dicat, dum scribit, ab initio se catholicum tenuisse, scripsisse, et intendisse sensum, eum tamen Capnionem nolebamus (neque certe debuimus) dicere hęreticum, quando depost reiecta pertinacia ostendit se amplexum catholicum sensum (false tamen) trahendo. Et quia (ut supra indicavimus) possibilia sunt, hęretici hominis et hęreticalis libri esse defensorem, et tamen hęreticum non esse (id quod Capnion iuris ignorantia laborantem fefellisse videtur) ea propter cernit tua egregia dominatio, videt et mundus omnis, quam futiliter Capnion, quam simul indocte (volens nos convincere mendacii) prenotata in nos effutiverit verba, in quibus nil aliud ille vir bonus ostendit, quam sibi plurimum esse poeticę furię, seque intellectu et doctrina multum deficere. Et certe nullo colore nos mendacii arguere poterit, ob id quod ipsum ab hęresi supportavimus, nisi ipse revera hęreticus fuerit. Si autem vexatione dante intellectum ad cor reversus (prout ipsius tonant declarationes) nunc sensum teneat catholicum, hęresim profecto deseruit, at honoris sui nimius amator veritatem non satis honoravit. Nam postquam intellexit et

Digitized by Google

vidit pravas suas positiones et erroneas assertiones in oculari suo speculo contentas sanctissime ab ecclesię doctoribus impugnari, finxit et commentus est, se in scribendo pravum non habuisse sensum, qui tamen ea tempestate haud dubie sibi fuerat. Ab hęresi itaque (utpote in virum semper modesti, et quantum fieri potuit favorabiles) ipsum supportavimus, a mendacio vero quomodo excusetur, ipse viderit, cui palliatas tergiversationes, falso excogitatas, clare deteximus. Hinc diximus eum hęretici defensorem libelli, etsi non hęreticum. Quod si ea supportatio Capnioni grata non sit quam ei impendimus, maneat hęreticus pariter et hęreticalis libelli falsus defensor. Abeat deinde quo dignus est, nec
A iij *tamen de mendacio || nos arguere poterit, quantumcunque illud falso et pervaframenta sua indocte ac ruditer moliatur. Sed videat Capnion, ne plus rationis contra eum habeamus eum hęreticum appellando, quam ipse habuit contra venerabilem, eruditum quoque et honestum virum ac Christi sacerdotem Ortwinum Gratium, bonarum artium professorem, tibique uni toto animo et fide dedilissimum, quem dum convitiis et contumeliis citra meritum persequi vellet, et apparentibus quibusdam cavillis (quemadmodum nobiscum facere est solitus) in sua defensione per quinque aut sex folia obtundere ac infamare bonum illum et honestum virum non modo hęresiarcham, sed et philodęmonem, ac multis aliis turpissimis nominibus appellare non erubuit, nullam aliam rationem habens, quam quod Ortwinus in suis carminibus hoc solo genitivo Iovis (et hoc poetarum more) in bonam fuit usus significationem. quam rem ridiculam false deducendo, et turpissima de beata Maria virgine inferendo, se antea sępius ita scripsisse memor esse non voluit, omnem illam invectivarum turpitudinem in seipsum plane retorquendo. Nam qui prior ita scripserat, alterum postea eodem modo scribentem redarguere non potuit, Quodsi non redarguere, multo minus turpissimis et impudentibus convitiis lacerare. Si vero Iovis, sive genitivus sit sive nominativus, diabolum significat, ut Capnion ipse eodem in loco scriptum reliquit, quare obsecro in suis scriptis, et in libris de verbo mirifico tanti Iovem fecit? Quare etiam non redarguit prius amicum suum Ioachimum Vadianum, qui in litteris suis Viennę Pannonię (ut in epistolis clarorum Reuchlinistarum habetur) Anno. M.CCCCC.XII. datis, hęc subsequentia ad Capnionem scripsit verba 'Interea (inquit) mi dilectissime Capnion, cum sis philosophus et Iovis per secretissima mysteria inter Germanos interpres' etc. Ex his verbis Capnion ipse, et hoc secundum propriam suam expositionem, interpres erit diaboli. Qua una re nihil sibi turpius potuit attribuere. Verum enimvero quia hęc ad longum declaravimus in prima nostra Apologia, libro secundo, hoc loco missa facimus, ad hoc solum propositum prędicta de Iove allegantes, ut reverenda tua paternitas bonique omnes videant, quibus ambagibus, cavillis et diverticulis utatur Capnion ipse in sui potius scandalum quam aliorum, quod tamen rectę rationis oblitus considerare nunquam voluit. Quemadmodum igitur illum probavit ex Iove hęreticum, nihil penitus probando, ita et me vel nullo potius modo et absque ulla comparatione ex supradicto cavillo mendacem. Ceterum ut ad illam epistolam quam ad generosum comitem Nuenarium iampridem dedit, et ad eum potissimum locum, quem hic paulo ante deseruimus quantotius revertamur, Non satis fideliter, et hoc suo more, nostra refert scripta, pater reverende, utpote qui minime protestati sumus, ipsum non esse hęreticum, nec hoc magistri nostri Colonienses determinaverunt. Utrumque proinde ad eundem generosum comitem in sua maledictoria epistola scribendo nobis falso*

---

[31] habetur] pag. *l* edit. a. 1519.

Digitized by Google

impinxit, sed calamo dumtaxat commisimus, ipsum Capnionem minime dictum aut appellatum hęreticum, aut pro tali a nobis impetitum. Sed hęreticalem persecuti sumus, persequemurque vita comite, donec iusta sententia intercesserit, rem illam materialem, iudęis qui|dem acceptissimam, christianis autem one- Aiij[b]
rosam, libellum scilicet ab eo in iudęorum favorem nimis propense editum, et toti ecclesię christianę scandalosum, utpote qui inter cetera male olentia prę se fert, sedem apostolicam libros Thalmudicos comburendo christi evangelicum violasse pręceptum, proinde et eandem, dum diversis temporibus eos combureret, infelices iudęos crudelissima et iniquissima violentia contra iusticiam evangelicam oppressisse. Ecce quam grandem in sanctam sedem apostolicam (iudęis tamen gratissimam) libellus Capnionis struxit calumniam. Novit insuper vero verius prudentia tua, pater reverende, quam impudenter in eadem sua epistola a vero declinet Capnion, notans nos de furtiva causę nostrę in urbe Romana desertione. Nempe post sententię petitionem totiens a nobis reiteratam, ante nostrum ab urbe abcessum .R. iudices adorsi sumus, et novissime in tuę reverendę dominationis pręsentia, coram Reverendissimo domino .S. Eusebii instantissime expostulavimus, ut scilicet iuxta nostra allegata et probata in tribus nostris editionibus iudicialiter exhibitis iudicaremur, petentes nobis adiudicari quantum probassemus, ita etiam ut si in aliquo defecissemus, in eo vel prę-sentes nos vel absentes condemnatos iri. Porro numquid furtive causam deserentis officium est, pro parte adversa registri in quo acta conscribuntur salarium (quod curiales depositum vocant) notario exolvere? Me autem honorifice ex urbe recessisse, immo et a procuratore partis adversę, per rigorem iuris, refusione quinque ducatorum de camera ea de causa a nobis expositorum, cum istinc recessuri essemus, extorsisse, tua tibi conscientia est testis. Et qua ratione pro adversario pecunias exposuissemus, nisi quatenus contentato notario (id quod alias neque sperandum neque possibile foret) citius ad sententiam pertingere possemus? Callet tandem ut reor tua prudentissima dominatio, quantis vir iste involutus sit tenebris, qui ad mundum multa tanquam vera scribere non veretur, quę deus et homines, et maxime tua dignatio falsissima esse noverunt, quibus quidem scriptis nunquam potuit esse aliquid probabilitatis. Dolendum quoque hominem veteranum ante hac de doctrina et morum gravitate famosum, usque adeo suam in lucem prodidisse scientię inopiam, ut ultra sermonis elegantiam nil ei de sana doctrina suppetere videatur, utpote qui bellandi impotens factus, propriam quoque ignorantiam palam profitens, provinciam theologicę concertationis (quam pręsumptuose prius inüit) nunc iuvenibus in communi delegavit discipulis, et hoc in eo genere pugnę, ad quod ita idonei sunt, ut asinus ad lyram. Nonne potius sibi grandęvo (qui rerum theologicarum gnarus vult videri) in lucta theologica decertandum erat, aut relictis iuvenibus in re tam ardua, viros maturos, in rebus theologicis exercitatissimos, in suum accire adiutorium? Sed quid in theologicis saperet, quę in sua ad nos epistola se ita allegare solitum scribit, ut ruralis sacerdos medicinam in medium afferre consueverit, nec tunc erubuit ad nos scribere se nunquam sacrę fuisse theologię discipulum. Quod si ita est, non debebat tam insignis poeta falcem suam temerarie et insipienter in messem aliorum misisse. Hinc ergo suspica||ri licet, quod pugnaces fortasse iuvenes cum suo patrono et ra- Aiiij
tione et veritate vacui Capnionisticis armis, meretricio more, apertissimis mendaciis, convitiis, maledictis, probris, iniuriis, et id genus argumentis digladiaturi sint, quibus congressum denegavimus, velut furiosis ac rabidis canibus, contra lunam latrantibus, nihilque ad rem sane disputando potentibus, quorum insanos

Digitized by Google

latratus contempsimus, semper quoque ut rudera vilipendemus. Et merito. Nihil enim aliud quęrunt Talmutphili et philocapniones sive Reuchlinistę, quam ut illorum convitiis et apertis ac plane impudentibus mendaciis pari impudentia respondere velimus, ut totus mundus putaret sacrosanctę fidei negocium, quod nos gerimus, in futilibus gerris et maledicis contentionibus hęrere. Sed absit, ut nos illud agamus, quod ipsi ex furia poetica dimittere non possunt. Nam stultis et superbis respondendum non esse iuxta illorum stulticiam nos Salomon docuit, ne similes illis fuisse videamur et c. Hunc itaque laborem (ut aliquando finem faciamus) pro veritate assumptum tuę rêverendę paternitati dedicamus, quę et censor illius et rerum actarum testis esse potest, Cuius in nos plura sunt beneficia, quam verbis multis effari possimus, huic non modo hunc quem veridice tueri potest laborem, sed et quodvis nobis possibile cum omni reverentia et totis animi viribus supplices offerimus. Nam etsi vitam nostram tibi offeramus, nihil tamen tuis in nos meritis tuęque prędarissimę dominationi impendisse iudicabimur, quam pro sua misericordia diu felicissimam conservet in consolationem iusticiam sitientium et suę ecclesię decorem dominus ipse Iesus, qui regnat et vincit in ęcula benedictus. Valeant quoque feliciter amici istic nostri, et quę in prędcedentibus et subsequentibus de Reuchlinistis scripsimus, in generali solum, neminem specifice lędendo scripta esse volumus. Colonię ex conventu nostro Anno dñi .M.CCCCCXVIII. pridie iddus Augusti.

¶ *Informatio Inquisitoris ad lectorem.*

Prędteriere anni septem, lector piissime, quod legitimo Cęsareę maiestatis mandato diversi diversarum clarissimarumque universitatum in sacris literis doctores, una cum Ioanne Reuchlin, suevo legumque doctore et insigni oratore requisiti, consulere debebant, non, ut titulus Reuchlinicę consultationis sive speculi ocularis impressus falso prędsupponit his verbis 'Ratschlag ob man den Juden alle ire bucher nemen, abthun, und verbrennen soll', Id est An iudęis omnes sui libri auferri, destrui et comburi debeant, nullos omnino excipiendo: verum potius quid statuendum esset, quidve optimum factu videretur, de quibusdam iudęorum libris sacra dei mysteria corrumpentibus, et Christo atque ecclesię blasphemis et c. quia in eodem folio suę consultationis, facie eadem, aliam quęstionem tanquam sibi oblatam movet, longe a generali prędicta quęstione differentem, quę etiam an sit Imperatoris, ipse sibi viderit. Capnion itaque ceteris gloriosior apparere volens, et limites catholicę consultationis Xiiij[b] *(citra ra|tionabilem Imperatoris nostri commissionem) nimis exspaciando transgrediens (nunquam enim illi oblata quęstio fuit a Cęsarea maiestate, an omnes iudęorum libri sint perimendi, ut in eius patet mandato) librum quendam edidit sui consilii, cui postea titulus Speculum oculare, quem cum ipsemet imprimi fecisset, et in nostras manus pervenisset, nos, non ut membrum prędicatorii ordinis, aut ut prior conventus Coloniensis, sed ut Inquisitor dumtaxat hęreticę pravitatis a sede apostolica per tres provincias ad inquirendum constituti, et deinde ad hoc solenniter requisiti, illum pro officio nobis commisso perlustrantes, plenum invenimus perniciosis pravitatibus, erroribusque multis, minime in ecclesia dei tolerandis. id quod etiam suis sententiis clarissimi diversarum universitatum doctores publice approbarunt etc. Causa igitur ad urbem Romanam devoluta, ac modo (ut multa alia quę nihil ad rem faciunt,*

[27] Cf. Reuchlini *Augenspiegel* pag. ℌ.

Digitized by Google

brevitatis gratia omittamus) *ad dies opportunos suspensa, supervenit anno prę-cedenti quidam dialogus Georgio Benigno nazareno asscriptus, in favorem Capnionis editus atque impressus, cui certe hoc festo paschatis pręterito satis superque in prima nostra Apologia duce veritate respondimus, illum de verbo ad verbum adamussim recitantes. Hoc autem cum Reuchlin* (*homo nimis mordax*) *et alii quidam eius assecłę insperato animadverterent, nec rationabilibus causis, aut catholicis sententiis nostris impugnationibus resistere possent, ad convitia atque invectivas, iniquitate ac falsitatis plenas progressum est etc. Pręter quas nihil aliud responsi accepimus quam libellulum quendam, ut infra videbis satis ridiculum, a Ioanne sine nomine, in urbe Romana ante duos annos compositum, et Colonię apud nos, velut novam aliquam Reuchlinicę defensionis machinam, nuper publicatum. Exposituri igitur, candide lector, prędicti solum libelli merita, hanc nostram secundam, quę hic subiecta est, confecimus Apologiam, quę et ipsa hoc nomen meruit, cum veritatem catholicam* (*quam Capnion sępenumero temeravit*) *adversus garruli cuiusdam sophistę, nobis ignoti, vanitates, immo et blasphemos errores* (*id quod patebit in prosequendo*) *ad totius ecclesię catholicę salutem firmissime tueatur. Cum autem* (*ut paulo ante attigimus*) *neque Ioanni Reuchlin, neque cunctis ad unum Reuchlinistis tam claris quam obscuris* (*ut in genere solum et neminem offendendo loquamur*) *post editionem primę nostrę Apologię quicquam suppetierit rationabilis responsi* (*construxeramus enim Christo duce machinam invincibilem, utpote auctoritate sacrarum litterarum valide munitam*) *ne causa Capnionis penitus indefensa videretur, post ipsius maledicta quamplurima et iniurias falsitates, quarum duas solum in prędecedenti epistola perfunctorie commemoravimus, prętensas etiam quasdam defensiunculas in libello illo de quo statim mentionem feci contentas, citra auctoris* (*ut obscuri solent*) *professionem in lucem venisse vidimus, quas reverendus et clarissimus dominus Prępositus Xantensis, ante bimatus spacium, in urbe Romana optime novit mendicatas, ut viri boni rerum peractarum rudes, primę nostrę Apologię, magnam putarent pro Capnione illatam esse vim, et famosam ipsius in sua ad generosum comitem Hermannum de Nuenar epistola, tum responsionem, tum obiur||gationem malevolam ac plane* (A 5) *mendacem, nihilque aliud quam primę nostrę Apologię prefationem cavillantem, non invalidam videri, cum tamen hę dicti libelluli responsiones utramque nostram apologiam duobus prędecesserint annis. Quid igitur turpius, quid dedecorosius, quid ridiculum magis Ioanni Reuchlin potuit contingere, quam vetera et ea quidem incerto edita auctore in lucem dari? ut obsoletis illis, ac veluti in oblivionem redactis novę nostrę ac primę Apologię contra dialogum Georgio Benigno asscriptum* (*super qua temporibus illis nihil unquam cogitatum fuit*) *ęstate nunc pręterita responsum esse videretur, simplices et bonos viros tam subdolo ac subtili vaframento insipienter seducendo. Neque hoc satis fuit, sed vetera etiam illa, de quibus modo dixi, minus integre impressa sunt, clausulam illius libelli finalem studiose subticendo. Nec item hoc secundo solum offendimur crimine, sed plerisque pro parte nostra impugnationibus in forma debita Romę a nobis adversus Capnionem legitime exhibitis, in hoc libello inepte prætermissis optimos quosque* (*id quod factum non oportuit*) *a via veritatis in*

[9] libellulum] i. e. qui inscriptus 'Defensio nova Ioannis Reuchlin ex urbe Roma allata, idq; paucis abhinc diebus' epistolis trium illustrium virorum ad Hermannum Comitem Nuenarium (Indic. bibliograph. Hutten. p. 28* sq. num. XIIII. 3.4.5.) adiectus est.

Digitized by Google

hunc usque diem auctor ipse avertit, capiendo sagittam, sed non ponendo signum quod impeti debebat. Quę ubi facta cognovimus, mox illud nobis incidit horatianum

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Ceterum ut hęc latius absque contumeliis et convitiis, sapientum more prosequamur, Ante tres ferme annos oblatę fuerunt pro nostra parte reverendissimo domino Cardinali S. Eusebii obiectiones quędam nostrę contra alemanicum consilium sive oculare speculum Ioannis Reuchlin, quas idem reverendissimus postea nobis retulit, se tradidisse sollicitatoribus partis adversę, quas tamen post longam satis moram (me pluries ad Cardinalem instantius interpellante, ut quemadmodum nostra tradiderat adversariis, ita quoque et eos nobis respondere compelleret) ęgre atque difficulter, necnon et mendicando illic impetravere. Responsioni itaque illorum, de qua in hoc nostro opusculo mentionem facimus, et quam hic libellulum appellamus, nobis in eadem urbe per Reverendissimum communicatę, mox respondimus et replicavimus, nostrasque (ut sic dicam) replicationes iudici honorifice presentavimus, quę etiam nuper in editione libelluli prędicti ultima omissę sunt. Responsionis igitur predictę, seu Reuchlinicę defensionis auctor ille obscurus (nimirum qui nomen et personam suam delitere cum obscuris voluit) mance nimium, et omnino imperfecte opponentis pro parte nostra obiectiones citavit, ut nemo dinoscere posset, contra quid aciem suam instruxisse videretur. Et quia sub tali forma, pluribusque aliis (ut supra dictum est) obiectionibus nostris sive responsionibus, reuchlinicisque etiam assertionibus, errores intolerabiles utrobique spirantibus, ex composito prętermissis, apud nos in lucem prodiit, propterea ad honorem dumtaxat Iesu Christi et sacrę fidei tuitionem, et ob nullam aliam causam, opusculum hoc novum confecimus, cui meritum Apologię secundę inscripsimus nomen, ut in eo palam conspiciatur, super quo in ecclesia dei contra Capnionem et eius innominatum defensorem belligeretur, et ut optimus quisque intelligat, non invidię sed fidei

(A5b) *causam a nobis agi. Primo igitur Capnionis semper pro iudęis prę|mittimus assertionem, eam de verbo ad verbum, et eodem modo quo Romę ab adversariis exhibita est, absolutissime recitantes. Deinde opponentis pro nobis in Capnionem obiectiones subiicimus. Tertio dicti garruli et prętensi defensoris (Ioannis videlicet sine nomine) inermes frivolasque defensiones, quas prestigiationes potius ac nęnias appellarem, nihil eruditionis nihilque prorsus veritatis continentes. Nec mirum. Hic enim triplex ordo Romę prius fuit observatus, quo in his locis minime observato garruli solum unius strophas, ceteris omnibus studiose derelictis (ut apud simplices et talis fallacię ignaros nonnihil pro Capnione actum videretur) imperfecte satis impressas legimus. Hanc ergo imposturam (ut paulo ante tactum est) dolenter Christi gratia attendentes, prędictum ordinem ultimo omissum, in hac nostra Apologia repetivimus. Quarto autem loco et ultimo iustas ac bene meritas Theologi in obscurum illum Reuchlinistam prętensumque defensorem obiurgationes, catholicasque et veras omnino impugnationes adiicimus, ut huiuscemodi et taciti quidem defensoris vaframenta omnifariam lacerarent ac supprimerent. Nec tamen tua modestia, benivole lector, aut quivis alter vir bonus, nobis succenseat, quando hunc prętensum defensorem nunc garrulum, nunc sophistam, modo prestigiatorem, modo infrascatorem et id genus aliis nominibus appellamus. Etenim processus hic noster aperiet, dicta ipsius omnia hęc epitheta et longe maiora expostulasse, presertim cum nullo nomine proprio in puerilitatum illarum editione conspexerimus baptisatum. Hinc arbitrati sumus, a facturę suę meritis eum qui latere voluit,*

Digitized by Google

licite posse vocitari. Et ob id quoque potissimum, quoniam ridiculus ille (quisquis fuerit) homo in calce cavillationum suarum sic suam absolvit defensionem, 'Hęc, mi Stephane, sint apud te, ne forte bonus ille frater faciat fortasse novos articulos contra hęc'. Quę quidem verba studiose nuper suppressa sunt, non, ut ego deciperer, qui ante duos annos (ut supra dixi) hęc omnia Romę publicata legeram, verum ut simplices et boni fucatis quibusdam rebus ac veluti novis defraudarentur. Si vero adversarii nostri aut illorum complices dicere vellent, prędicta in monstroso Reuchlinistę libello Romę exhibito minime contineri, referemus confestim nos ad libellum pro parte eorum Reverendissimo domino Cardinali tunc temporis oblatum. O gloriosum igitur defensorem, qui cum obscurorum virorum deo in antro maledicentię abdito latitante incognitus delitere exoptat, quem certe ob id ipsum ex Obscura reuchlinistarum cohorte esse, suspicari non abs re licebit. O gloriosam etiam defensionem, cui auctor ipse non satis confidit, quinimmo veretur, ne hęresium Inquisitor hęreticales inde colligat articulos. O felicem quoque Capnionem, qui eiusmodi sortitus est defensorem, qui (ut reliqui obscuri omnes) semetipsum de periculosis suspectum habet articulis. Attamen nonnihil is defensor ex prophetico assecutus est spiritu, dum sibi quod verebatur accidisse quisque visurus est, et quia hoc nonnulli animadverterunt, clausulam illam finalem omissam coniicimus. Ceterum, disciplinate lector, videre mihi videor nonnullos huic operi insultaturos, forsitan||que suo calumniandi more dicturos, stylum huius operis illatinum esse, utpote hominis illitteratissimi, ut nuper audaculus quidam in sua ad generosum comitem epistola a se publicata facere est ausus. Quid ipsi ad hoc dicimus? Adeo inquam multorum proterva phantasia sive cęcitas est tantamque nauseam habent in Christi cibo, ut fecundissimam non dignentur percipere veritatem nisi Ciceroniano verborum nitore tradatur. Quibus certe satis responsum erit, si verbum illud apostoli pro nobis sumpserimus dicentis 'Etsi sermone imperitus sum, non tamen scientia'. Et alio loco 'Veni non in sublimitate sermonis'. Et iterum, 'Loquimur non in doctis humanę sapientię verbis, sed in doctrina spiritus'. Veritati enim (quam spiritussanctus nobis expressit) et scripturis sacris, non verborum pompę intendimus. Et quidem sermonis nitor nullum sibi in hoc opere locum vendicare potuit, cum ipse contextus sub propriis verbis interloquentium id non expectet. In primis enim nostri instituti est, ad evadendas captiosorum malivolorumque hominum calumnias, propria Capnionis verba fideliter pręmittere et sub ea solum interpretatione, quę per Martinum Groningum, hominem alioqui literatum, sed ornatui non insistentem, stylo simplici Romę, et pro parte adversa iudicialiter est exhibita. Idem quoque de verbis huius defensoris nobis agendum, cuius etiam eloquium stylo alterius longe inferius est. Hac ergo ratione non erat nobis in hoc opere ornatui studendum, qui optime callemus scriptum esse, non in bove simul et asino arandum, nec induendum quempiam vestimento, quod ex lana et lino contextum sit. Si tamen Reuchlinistę illi, de quibus statim in genere locuti sumus, homines fortasse perversi, ad sui Capnionis favorem invehi in nos voluerint, et indignis nos contumeliis proscindere, cogitabimus certe, nos non esse meliores apostolis, qui ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni erant habiti pro nomine Iesu (cuius hoc negocium est quod agimus) contumeliam pati etc. Quales enim illi sint, viri boni et sapientes non ignorant. Rident sępenumero multi coram aliis, turpissimas Reuchlinistarum invectivas

(A 6)

---

[22] quidam] Huttenus. cf. opp. vol. I. 164. vers. 28. [40] in *sic 1.*

Digitized by Google

legentes, seorsum tamen et in conspectu bonorum illas cum suis auctoribus velut pestilentiam detestantur. Nec immerito. Nam ad contumelias illi et ad convitia a suis similibus educati, dum monstra et portenta verborum eructant, ne ad unam quidem theologicam quęstionem nobis in scholis respondere possent. Si autem se posse dixerint, veniant obsecro, et nos semper viva voce ad respondendum pro ecclesia in Christo paratissimos habebunt, nec viva solum voce, sed scriptis etiam, dummodo aliquid in medium produxerint, quod sapientes et boni dignum responsione iudicaverint. Te igitur non moveat, neque a Christi et ecclesię negocio avertant falsę calumniantium sive obtrectatorum maledictiones, pręter fucum apparentem, et superbos ausus nihil boni continentes. Quapropter ut te paucis absolvam, erit deus iudex inter illos et nos, quod pręter convitia (quibus turpiter abundant) causis sese ingesserunt, quę nihil ad illos pertinebant, et a quibus liberi, etiam cum honore esse potuissent. Nos tamen pro nostro officio et theologorum more, illorum convitiis respondere dedignamur, ne (A 6b) *fidei | negocium (ut in epistola prędecedenti ad reverendum dominum Prępositum Xantensem, virum nunquam satis laudatum, scripsimus) maledicis contentionibus involvatur. Est enim hęreticorum et eorum etiam, qui vel hęreticales libros vel ipsos tandem hęreticos defendere moliuntur, ut dum rationibus et ecclesiasticis sententiis nihil possunt, sese convitiis, execrationibus et apparentibus quibusdam cavillis, via etiam facti (si possunt) ultro citroque contueantur. Vale, lector piissime, et quę in sequenti opusculo tam aperta fronte, et ad honorem domini nostri Iesu Christi, omniumque fidelium salutem, perpaucis dicuntur, boni consulito. Colonię ex conventu nostro Anno .M.CCCCC.XVIII. in Augusto.*

[His litigiosis epistolis egregie respondet sequens Francisci Sickingensis expostulatio, de qua vide Hutt. opp. I. p. 320. num. CL. et infra p. 446. sq. epistolam Prædicatorum ad Leonem X. d. 10. Mai. a. 1520. datam cum Hochstrati ovantis §. 26.]

a ij Ernuederung vnd verkundung: des | Edeln vñ veſtn Franciſco vō Sickingen / zů Eber|bürg / an vnd wider Prouincial priozen vnd Con=|uenten Prediger ordens teutſcher nation vñ ſunder=| lichen Brůder Jacoben von der hochſtraten / auch | prediger or=dens / von wegen vnd namen / des hoch=gelezten vnd weitberůmbten herrn Johann Reůch=|lins baider Rechten doctor / ſeiner erlangten Erecn=|torial halben ꝛc.

| Francisci equo insidentis hastamque longam ferentis sequentiumque lancearii peditis duorumque equitum rudis xylographica effigies. |

a ij Euch den wirdigen / Hochgeler|ten / gaiſtlichen / andechtigen / | herrn Eberharten / doctor pro|vincial / auch allen andern vet|tern vnd Brůdern prediger or|dens teůtſcher Natiō / prouintz | ſampt ewr in mich beſtimpten | ſachen / anhengern vnnd verwandten / Thun ich Franciſcus von Sickhingen zů wiſſen / Nach dem | euch vnd gemainlich aller erberkait / baider gaiſtli=|cher vnd werntlicher ſtendt vnuerporgen

[22] perpaucis] i. e. volumine 24 foliorum in 4°.

Digitized by Google

welcher | maſſen vnd mit was geſwinden / auf ſeylichen pra=|ctiken die ewren / den wirdigen hochgelerten / herrn | Johann Reuchlin / meinen beſondern gůten freůnd | zů merchlichem vnrat nachteil / ſmach vñ verletzůng | ſeiner eeren / wider Bäbſtlicher hailigkait verpot / | auch weiland Romiſcher kaiſerlichē mayeſtat / hoch|loblicher gedechtnus vnſers allergnedigiſten herrn / | dartzů vil trefflicher des hailigen reichs Chůrfůr=|ſten / Grauen / Herrn / vnd hochgelerten / maynung | vñ willen ſo vil an euch gewiſen / vnpillich beſwert | habēd / Noch teglich an vnterlaſs / mit vnzimlichē | ſmach / ſchrifften vnpillichen antaſten / nit vnterlaſſen / vber vnd wider das er euch / vrtail vnd ſentenz || ſampt erſtatůng koſten vnd ſchaden / die a ij[b]
dañ recht=|lich gemeſſigt / vnd darauff gebürlich Exemtorial|brieff / mit anruffung weltlicher handt erkent ſindt / | Abbehaltē hat / welchs alles / jr durch ain vermaint | vngegrungt freůel vnd vmbtreyblich appellation / | aufzůhalten / vnnd obgedachtem doctor Reůchlin / | den bedagten erfarnen frumen / kůnſtreichē man / mit | weitleůfftigen gerichten / vnendtlichen vnerhörlichē | proceſſen auß zů hellingē / vnterſtend / Dieweil aber | ich jn maſſen / vil ander mere / dem erbern rechtē / vñ | der pillichkait genaigt / ob ſolchem ewrem geůbtem | fürnemen von des gemelten doctor Reůchlins we=|gen / auch der erzelten vñ ander bewegliche vrſachen | Sünderlich auch vmb des willē / dz er meinē eltern | offtmals gefellig dinſt erzaigt / vñ weiter das ich pil=|lich zů hertzen fure vnd beweg / er ſich ſo vil an jme | geweſen befliſſen hat / mich in meiner jugent ſitlicher | tugent / zů vnterweiſen / Nit vnpillich miſſallen trag | So ſtet an euch herrn provincial / als der obgedach|ten prouintz obern / dem dañ Brůder Jacob Hoch=|ſtraten dartzů alle andre vetter vnnd brůder / in der | gleichen ſachen vnterworffen ſind / Klein ernſtlich | beger vnd geſynnen / jr wollet bey obgedachter pro|uintz / vnd ſunderlich Brůder Jacob Hochſtraten / | auch andern ſeinen anhengern / fürderlich vnd mit || ernſt a iij
handeln / darob ſein / ſie da hin vermögen / vnd | wie pillich vnterweiſen / dz ſie doctor Reůchlin hin=|füran künfftiglich růwig laſſen / ferrer nit vmtreibē | auch mit ainiger ſmachſchrift beſwern / Sonder ſei|ner behalten vrtail / vnd darauff erkanten Executo=|rialen / jrer vermainten freuenlicher Appellation / dy | allein vmtreibens vnd auf haltens halb / fürgenomē | iſt / vnuerhindert / in Monats friſt / negſt nach diz | briefs / euch beſchehen vberantwortung / benůgen | tun / jme auch die tarirten koſten / Nemlich hundert | vnd aylff gulden entrichten / vnd ſich der verfallen | peenhalb / das ſie jnen wider Bäbſtlichen richter jn|hibition / durch ir ausgedruchte ſchrifften / geſmecht | han / mit jme vertragn / Darzů gnůngſamlich ſicher|hait vñ Caucion tůn / jnen hinfůr ſolcher ſachenhal=|ben in khainen weg zůbeleſtigenn / | noch beleſtig zů | werden verſůgen / dartzů jme vnd mir ſolchs vnter | ewr / als provincial / mit etlichen / zway oder dreyen | der prouintz / fürnemenſten Clöſtern / Priorn vnnd | Conuent / von wegen gemainer prouintz jnſigln / jn | oberürter zeit / lauter mit clarem / vnuerdünckelten | worten zůſchreiben / dann wůr offtgemelter doctor | reůchlin / in vorgnanter zeit ſeines koſtens / vñ anders | nicht entricht / noch zůfrieden geſtelt / auch verſichert | vñ zůgeſchrieben wirt / als obgemelt iſt / Solt ir als || dañ wiſſen / das ich mitſampt andern meinen herrn | freůn- a iij[b]
den vñ günnern / die ſolher ewr geůbten handlung / auch höchlich miſſallens haben wider euch dj | gantz prouintz / auch deren adherenten / zuförderung | erlangter rechten vnnd der pillichkait / jn vermögen | Bäbſtlicher vrtail / darauff genolgter Executorial / | auch deßhalb hieuor aufgegägner kaiſerlicher maie|ſtat obgnant mandat denſelben / wie pillich vnterde|niglich zů gehorſamer / vnd die erber gerechtig-

---

[1] geſchwinden] dolosis. [7] lege geweſen [10] lege Executorialbrief [12] lege vngegrundt

kayt | zů erlangen trachten / fürzůnemen vnd handlen wil / | Damit doctor Reuchlin / als ein alter frümer / vnter | den hochgelertigsten / nit der nyderst / der Eere kunst | vnd lob in weiten landen erschollen vnd außgebreit | Solcher gewaltiger ewr durchechtung / eynest ver|tragen in disem seinem erlichen hergebrachtem alter | bey rüe bleibe / Auch so vil got gefellig / friedlich be=|schliessen möge / vnd da=| durch vermerckt werde / d3 | vilen hohen adenlichen vnd andern / treffentlichen | werntlichen stenden / j.h gesweyg der hochgelerten | vnd gaistlichen / Solch ewr byssthere / gegen doctor | Reuchlin / aigen willen nottürfft / geübte handlung | von hertzen vnd gemüte / land geweſen vnnd noch | sey / Das hab ich euch herren den Pro=| uincial / fur | euch selbst / vnd von wegen ewr prouintz / deren vet|ter vñ Brüder / (a4) eins fur alles / vnangezaigt nit wöl=|len lassen / des wissens / vnd darnach entlich zůrich=|ten haben / Wie wol ich sunst ausserthalb dieser sa=|chen / Euch vnd dem Orden / gefallens zů ertzaigen | wol genaygt were. Geben vnter meinen angebor=| nen / auffgedrucktem jnsigl Freytag negst nach sant | Jacobs / des hailigen apostels tag Anno ꝛc. xix.

[Litis in omne ævum memorabilis exitum ex sequentibus epistulis condiscimus, quarum Reuchlinianas ex Pirckheimeri a Goldasto neglegenter editis Opp. (Francof. a. 1610. fol.) p. 260...263. desumpsimus, Bucerianæ adhuc ineditæ, ne illis fere omnibus recentioribus intermisceatur, posteriorem locum dedimus.]

Consultissimo domino

Bilibaldo Pirckheimero,

Norimbergensi patricio, amico suo S. P. D.

Vides, Bilibalde, prudens homo, vitæ meæ rationes quorsum fluant: domesticarum me pecuniarum exinanivit facultate genus hoc belli vestri cum molestissimi tum ignavissimi, ut prope decocta re cogar iocalia mea *χρυσὸν τὸν πολοφώνιον* consumere, quod constat multum ab auro nostra ætate divulgato distare. Sed deficiente quotidiano victu cum nihil habeam quod aliunde sumam, oportebit me hanc vetustatem auream cum moneta nostræ consuetudinis argentea mutare. Sum vero imperitus nummularius et ignorans quid pro quo. Te igitur pro nostra veteri amicitia oro iterum atque iterum, tuam probitatis integritatem obtestando, ut qui es omnium in re domestica plurimum exercitatus, velis de antiquissimorum florenorum valore me facere certiorem, quorum nunc duos aureos nummos hic inclusos tibi mitto. Nam huiuscemodi habeo quasi triginta, quos, etiamsi quammaxime vellem, tamen victu victus retinere non possum. ..... Si possem differre in Martium, retinere possem. ita enim domi curator promisit, de cella mea vinaria posse vino vendito centum se mihi aureos circiter mensem Martium reddere. Sententiam tuam mihi propere impertiaris obsecro. Vale fœliciter. Si inter aurum vulgare hos atque tales, quales certis, exponam, certe, ut nosti, nonnihil de valore perdam. Et simul erubesco tam bonum aurum in agrestes homines spargere. Iterum vale, amice integerrime. 3. Non. Ianuarias, Ingolstadii, anno M.D.XX.

Iohannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor.

---

2 der] des Eere 13 sic pro *meinem 1.*

25 i. e. præstantissimum aurum. Cf. Zenob. VI. 47. ex Aristophanis Cocalo.

Digitized by Google

Consultissimo domino

Bilibaldo Pirckheimero,

patricio Norimbergensi, amico suo præcipuo S. P. D.

Nondum Castanerius auriga istinc ad nos rediit, mi Bilibalde, lumen meum. Quare de negotio quod mihi tecum est, iam nihil scribam, nisi quod me recte hortatus es, ne sit redeunti mihi quo Anaxagoras ostendit, cura de viatico. Cuius consilii habeo tibi gratiam. Sed ita scripsisse videris, quasi decrepitum me credas meis crepundiis plus æquo gaudere. Tu vero noli obsecro desiderium hoc vetustatis in priscis nummis vitio mihi dare: amœnitas in causa est, non avaritia, et simul quod ii soli e manibus prædonum et tyrannorum fugerunt. Si avarus essem, pluribus abundarem, et plura quærerem. Et quidem eram dignus habere, si tibi non molesta est hæc mea iactantia. Sed divitiæ non mihi cordi sunt. Heri ad me legati a fratrum Prædicatorum provincial venerunt, duo theologiæ doctores, alter regens Heidelbergæ, alter prior in Esslingen, qui post litteras commendatitias obtulerunt capitula pacis, optantes redire mecum in gratiam. Ego pacem non repuli, sed capitula recusavi. Tum demum de re illis certa eos feci certiores, causam meam nobili Francisco Sicano sive de Sickingen cessisse exequendam, in qua procuratorem eum constituerim irrevocabilem in rem suam, cum libera, ut eam possit quoque in alteros transferre, quando libeat. Quare ut cum eo agant quoquo modo, non inficiar, si velint pacem consequi. Hæc summa rerum. si avarus essem et pecuniarum cupidus, putabisne me nihil inde potuisse lucri retulisse? putas abiisse illos sine pollicitatione? Sed post hæc tecum pluribus. Nunc enim accinctus Dn. Io. ****** concionator apud vos s. Sebaldi vadit, qui has litteras ad te fert. Vale, omnium dilectissime Bilibalde, atque fœliciter vale, spes mea. Anglopoli 14. Calend. Februarias, anno M.D.XX.

Iohannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor.

Consultissimo

Bilibaldo Pirckheimero,

patricio Norimbergensi, amico suo præcipuo S. P. D.

Ne velim quidem quod quibuslibet litteris meis respondeas, nisi in causa necessaria. Novi enim occupationes tuas. Non otiaris, sed in præsenti te peto consilium tuum. Heri namque a curia Romana redditæ sunt binæ ad me litteræ, tum procuratoris, tum sollicitatoris mei, datæ 13. Ianuarii, quibus me certiorem faciunt de adversariorum meorum perversa machinatione. Nam cum sentiunt, se in causa principali et materia litis nostræ fore victos, propter quod ante annos tres aut quatuor mandatum de supersedendo impetrarunt, et iudicibus inhibuerunt, ne procederent, atque ita quieverunt interea, quod appellationem suam et causam non sint prosecuti usque ad hæc tempora, Nunc relicta materia principali, super qua prius processerunt, volunt (ut me latius fatigent usque ad mortem), volunt inquam venire ad præparatoria iudiciorum, ex quibus volunt intendere nullitatem processus Spirensis, Quia impetrarunt alium Iudicem loco Reverendissimi Cardinalis Grimani, qui abest a curia, et

---

[6] i. e. ad inferos, ad quos undique tantumdem viæ est. [14.15] Eſslingem *Goldast.* [18] litturas *Goldast.*

Digitized by Google

illi surrogatus nomine Dominicus de Iacobatiis, Cardinalis nuper a Leone creatus sit s. Bartolo in Insula, acutissimus, ut aiunt, iurista, coram quo volunt de apicibus iuris sophismatizare, si forte possint me ad expensas retorquere. Inchoantur autem hæc postquam Franciscus eos diffidavit. Scripsit autem idem Franciscus ad me, quod in die nativitatis Christi venerit ad eum provincialis cum quibusdam patribus provinciæ et impetraverint iterum ab eo unum mensem, in quo velint mecum tractare. Et concluserunt cum eo, quod casu quo mecum infra eum mensem non concordarentur, quod tunc pro nunc consentirent, quod acciperet ad se aliquot viros doctos et ecclesiasticos pro parte mea, et ipsi acciperent ad se aliquos pariter viros doctos et ecclesiasticos, qui circa dominicam Oculi litem hanc per amicabilem concordiam componerent et finirent. Super quo venerunt ad me missi a Provinciali ad colloquendum super capitulis pacis, et quia nolui causam recipere de manibus nobilis Francisci, cui cesserim, ideo impetraverunt a me consensum habiti tractatus, ut præfertur, et nominatæ sunt personæ illorum amicabilium compositorum, in quas nos ambæ partes consensimus, et ita a me recesserunt, quod dixerunt omnino hanc litem fore extinctam, quia promisi eis me omnia grata et rata habiturum, quæ hac in causa ex utraque parte concluderent. Cum igitur considero diem nativitatis Domini, quo inducias mensis impetrarunt, et considero diem 13. Ianuarii, cum mei procuratores ad me litteras obsignabant, possum cogitare quod ea Romæ sint nuperrime moliti, ut nobilis Francisci institutum negotium impediant. Ego autem scripsi Romam, ut procuratores mei supplicent Papæ, quatenus ad tempus, etiam mei contemplatione supersedeatur, sicut iam tribus annis post mandatum de supersedendo ab adversariis meis impetratum, etiam me invito fuit cessatum. Item quod dicant Reverendissimis Iudicibus, causam de consensu partium iam tractari per compositores electos ad amicabilem concordiam, quare nolui præcipitare rem. Tu responde, si potes, quid facturus sim commode: et vale feliciter. Anglopoli 4. Idibus Februarii, anno M.D.XX.

Iohan. Reuchlin .LL. Doctor.

Consultissimo domino

Bilibaldo Pirckheimero,

patricio Norimbergensi amicissimo suo S. P. D.

Ne tabellario huic se offerenti Norimbergam iterum nihil litterarum ad te darem, qui sane festinabat, has saltem pauxilli momenti scribo, quibus certiorem te facio, consilium me tuum esse sequutum. Nam omnem retexi Sicano meo fraterculorum in curia Romana fallaciam, et quod novum processum moliantur, agentes per leguleiorum captiunculas et brocardica vaframenta ad nullitatem sententiæ Spirensis, quam de more curiæ per sordes facile poterunt impetrare, ut expensas pendam. Spero illum Herculem ponere nequitiis modum. Dies amicabilis tractatus ad medium quadragesimæ consentientibus parti-

---

1 de, Iacobutiis *Goldast.* creatus] die 26. Iun. a. 1517. cum aliis triginta. Cf. de eo Ciacon, vit. pontiff. III. p. 383. 4 diffudauit *Goldast.* 6 impetrauerunt *Goldast.* 9 aliquot *sic h. l. Goldast.* 11 domin. Oc.] d. 11. Mart. a. 1520. 13 manib.] maioribus *Goldast.* 15 amabilium *Goldast.* nos] non *Goldast.* 23 cōtemptione *Goldast.* 24 ab] ob *Goldast.*

35 asserenti *Goldast.* 40 med. quadr.] d. 2. Mai. a. 1520.

Digitized by Google

bus statutus coràm illo est. Ceterum ut de nomine solvendo fortius speres, hoc te velim ne ignores, hodie mecum ex commisione illustrissimi principis D. Wilhelmi Ducis Bavariæ actum et peractum esse, ut Anglopoli et Græca doceam et Hebraica. Annuum mihi constitutum est stipendium ducentorum aureorum, Cumque huius nostræ calamitatis intemperies me huc adegit, ut ad tempus oporteat extra patriam vivere, acceptavi conditionem, ne nihil agerem, Persuasus etiam a ducalibus commissariis, ut singularem Principis erga me clementiam nonnihili facerem, qui et me in bello captum servavit, et omnia mea bona cum tota familia sub colore prædæ confiscata liberavit, belli summus imperator. Ad kalendas igitur proximas Deo adiuvante linguas docere incipiam. Quod futurum fœlix fuat. Tu vale fœliciter, Et me principem Siciliæ Dionysium Corinthi puerilia docentem spectato. Iterum vale Anglopoli prid. Calend. Martias, anno MD.XX.

Johannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor.

MARTINVS BVCOERVS

Spiris. BEATO RHENANO d. 15. Ian. a. 1520.

VIRO VNDECVNQVE DOCTISSIMO

S. D.

Multo iam tempore nullas ad te literas dedi, integerrime Beate, hoc est nullam tibi molestiam exhibui. Quid enim aliud meæ literæ, nihil nisi barbaræ, ingenio tuo tam delicato nec nisi perpolitis atque sacharatis, qualia nimirum ipse gignit, assueto parerent? . . . . . gerræ eæ nostrates quæ quod non omnino ingratas tibi fore suspicarer, scribendi aliquantulum fenestram mihi aperuerunt. Sunt concordia et quidam velut *συγκρητισμος* quem nostri sero tandem, uti Phryges, malo suo sapientes, cum optimo ac innocentissimo Capnione meditantur confícere. Nosti nimirum cum toto fere mundo, ut teterrimum negotium viro omnium candidissimo literatissimoque iam annis amplius sex, vere atratus, vere ater ille noster Hogstratus exhibuerit, neque sine ingenti nostri condolio, id quod et ipsum tibi commune cum doctis bonisque omnibus fuit: adeo mali huius flamma a vili primum pessimeque audiente Verpo excitata, dein a nostro illo, non sine præsentissimo *της ἀτης ἡ παντας ἀαται* auxilio, qua patet orbis dispersa, corripuit involvitque multos, nec ulla ratione restingui usque in præsentem diem potuit, paucis quidem ex nostris faventibus ei, plus nimio cessantibus iis quibus haud perinde difficile ipsam reprimere fuerat, modo animam tantis malis advertere voluissent. Sed non ita visum Deo cui nostra familia arrogantiæ impudentiæque nomine tam invisa, quam est apud homines infamis. Satis pœ-

---

Ex MS. bibl. Sletstadiensis rogatu meo transcripsit vir humanissimus rev. theol. Dr. Io. Wilh. Baumius, cuius exemplum *ap.* (i. e. apographum) in adnotatione significatur. Prior huius epistolæ ab alia, posterior inde a verbis *illud captans* ab ipsa Buceri manu scriptæ sunt. Non nulla cum ad rem nostram non facerent omisimus, quod punctis positis indicatum est.

---

[23] nostrates] i. e. nostræ Dominicanorum. [25] *συγκρετισμος ap.* [29] noster] Bucerus cum hæc scriberet, ipse ordinis Dominici sodalis erat. [31] Verpo] Pepericorno. [32] Atæ [deæ Noxiæ] quæ omnibus nocet. *Hom.* Il. XIX. 91. 129. [34] ei] si *ap.* [36] nostra familia] *Prædicatorum ordo.*

Digitized by Google

narum scilicet nondum dederat. quamquam nunc misertum nostri haud ita vana argumenta reddidere. Nam effecit ut ab igne huius dissidii (ferocissimi) in quem non manus modo sed universum et corpus et animum prudentes nostri immisere, tandem vel armis depelleremur. Quod munus nobilissimo Equiti Francisco ex Sickingen prudentia et militari peritia ex æquo suspiciendo delegatum a divina providentia mirifice gratulor. Quippe qui sit ea animi fortitudine atque constantia, ut infecto opere nunquam sit receptui caniturus, ea sollertia et humanitate, ut non nisi commodissime, etiam nostris, isti tragœdiæ sit colophonem impositurus. Is ergo bis hastam simul et caduceum nostris obtulit, in secundis tamen literis magis ad caduceum est eos exhortatus, indicens nihilominus bellum si, præterito die qui Innocentibus sacer est habitus, cum Capnione nondum in gratiam rediissemus. Hac causa in festo Stephani, ni fallor, cum noster Provincialis in Arce vulgo Lanstein appellata convenit, pacem oraturus causamque totam in unum Hôgstraten reiecturus, Ut ea ab ipso solo, auspiciis tamen atque impensis Coloniensium Theologistarum, acta est. Atqui ad perversissima rabulæ istius studia, imo insanias, quibus non iam tantum Capnioni, sed et doctis bonisque universis molestus fuit, quare tam diu connixit? Potissimum a non contemnendis monitoribus admonitus, inter quos etiam Spiegellius noster suam semel nobis operam collocavit. Quare hac purgatione minime elapsus, ut cui non cum Mida quopiam sed cum Francisco Sickingensi, qui et auribus videt et oculis, negotium fuerit. Id quod probe expertus est. Nam prompte adeo et luculenter omnia fere nostratium facinora quæ abhinc viginti annis designarunt, ei recensuit inculcavitque summa cum severitate, Ut extemporariæ reponsionis haud prorsus inopem mutum plane ac elinguem reddiderit, minimoque negotio effecerit ut facturum se omnia, quantum in se foret, quæcunque in hac re postulasset, polliceretur. Tum Eques, unicum omnium germanorum equitum decus et ornamentum, testor, inquit, Christum me nec vos neque vestros odisse; sed insignia illa flagitia, quæ vestri iam non paucos annos committunt, quæ ferenda nemo bonus et æquus censet, huc me adigerunt ut vi tandem ad salubria vos consilia compellerem. Vide, mi Beate, an non ter quaterque felices prædicatores quos armis in gratiam et amicitiam optimorum ad pacem concordiamque utilissimam, hoc est multo maxima bona, cogi tandem contigit. Ergo exigente Francisco Provincialis noster intra mensem pollicitus est, missa ad Capnionem honesta legatione, pro virili sua portione curaturum se litem hanc componere ac cum ipso in gratiam redire; quod si non succedat, XIII. Martii apud Vangiones arbitrorum utrinque deligendorum sententiæ se per omnia pariturum. Itaque VIII. Ianuarii hinc scolæ nostræ præses, Doctor Theologus, vir omnis arrogantiæ ex professo hostis, eoque Hogestrato iniquissimus, quantum pertinet ad hanc causam, Ingolstadium profectus est, assumpto et alio quodam Theologo Priore Esslingensi similis suffragii viro, itidem de pace cum Capnione tractaturus, qui etiam nomine provincialis promittat in proxima nostrorum Synodo eum effecturum ut non sua modo sed pontificia quoque authoritate Hogstratus compescatur, ac perpetuum quod vocant silentium ei indicatur, datis ad hoc ad pontificem literis ab universa Synodo nostra quam

---

[5] ex *sic ap.* [11] die] 28. Dec. [12] festo St.] d. 26. Dec. [18] Lanstein] *puto* Landstuhl, *quæ et* Nannstein. [18] Spiegelius et Bucerus Sletstadienses erant. [20] Mida] Apollini victoriam abiudicante, ideoque asininis auriculis deformato. [36] sententia, se *ap.* [44] Hæ 'a futura Synodo' datæ literæ diem x. Maii a. 1520.

Digitized by Google

VI. Maii Francofordiæ indixit futuram. Octavus hodie dies est quo isti hinc ad Capnionem Ingolstadii agentem abiere, spero, ut est eximia facilitate ac mirifica humanitate Capnion, optatæ pacis nuntio ad nos reversuri. illud captans, uti vicissim non turbas, non lites tu, sed de literis ac literatis aliqua rescribas. Ut mea fert opinio, haud es inops otii, etiamnum agens in Patria, quantumcunque in eorum sis albo qui nunquam existunt negotiosiores quam dum otio fruuntur. Nobiscum præter Lutheriana paucula quædam eaque casu allata, in literis nihil novi habetur. At hæc tam erudita tamque christiana libertate annuntianda, nec iucunda minus videntur, ut nihil æque etiam atque per multa exemplariorum millia illa quam latissime dispergi. Tanta veri illibatique christianismi et dogmatum et præceptorum ubertate scatent, nec fieri potest ut eorum lectione non multo plurimi, fastidita illa vetere saliva, sinceram theologiam puramque Christi doctrinam sint amplexuri, quando cætera hominis istius adeo non contemnendam in multis frugem peperererint. Nec adduci potero ut credam non præsentissimi .s. Spiritus opera hoc negotium agi, tam diu nimirum salvo Luthero, salvisque ipsius dogmatis. Nam ea Eccius atque alii edentuli arrodere quidem, idque dente theonino quem solum habent, conati sunt, at nulla facta impressione, velut mentem Domini, qui non commovebitur, adhuc consistere ipsa, maioreque iam rationum robore esse fulcita, licet doleant, confitentur tamen etiam ipsi. Inter hæc commentarius in Epistolam D. Pauli ad Galatas adeo mihi adrisit, tam visus est præter accuratissimam Paulinæ sapientiæ explicationem saluberrimis præceptionibus refertus ut quamquam unum tantum habeam, eumque ab amico quopiam in paucos dies concreditum, voluerim nihilominus vobis eum mittere meque eius lectione per temporis aliquantulum fraudare, quo pluribus deinceps eius copia fieret. Nam magnopere te rogo, si eum nullus alius imprimat, Lazarum nostrum inducas suis typis vulgatiorem facere ipsum dignetur, mirum in modum hac opera studiosis gratificaturus. Sin vero vel alius opusculum excudat vel sententiæ meæ tuus calculus non accesserit, ut a Lazaro excudatur, fac, te per Christum obsecro, ociissime ad me libellus revertatur, ut et fidem meam apud amicum qui visendum tantum tribuit liberem, et, ut mihi videtur, salutiferam eius lectionem diutius non desiderem. Porro si ligna in sylvam fero et rem actam ago, lubens hanc opellam perdiderim, qua animum meum in sanctas literas deprehendere tamen queas. Mihi novum est, si novitatis gratiam apud vos amisit, quicquid hoc est opusculi, iudicis vice fungatur, non meorum studiorum sed quibus, si liceret, studiis vellem esse addictus. Iam satis tuum ornatissimum ingenium defatigavi meis nugis. Oro cuncta boni consulas et vel hic patientiæ tuæ periculum facito æquo animo tam verbosas nænias lecturus, sed et amicis tuis de his renunties. Neque enim nescius es qua sim conditione quove sint animo mei etc. Denique is ipse cuius est hic Commentarii liber nuntius est, qui insciens Argentoratum eum profert; quem ut fallerem, Materni manu inscribi literas curavi. Cum Provinciali enim nostro Spiras profectus in ipsius ædibus hæc scripsi, qui te impendio salutat oratque et Frobenium admoneas, cum forte illi scribes, libros recens excusos mittat ei, quod promisit. Quippe nihil adhuc eorum quæ a proximo emporio excussit vidimus, quod et ipse te

---

adscriptam habent. Vide p. 447. v. 35. sq. et cf. Reuchlini ad Pirckh. epist. d. Anglopoli NonisMai. a, 1520. [3] Incipit a verbo *illud* ipsius Buceri manus. Verba desunt, ut mihi videtur, nulla. [5] Patria] i. e. Sletstadii. [25] Laz.] Schurerium. [39] mei] Dominicani.

Digitized by Google

plurimum oro. Bene Vale. Spiris in ædibus Materni Hatteni sacerdotis humanissimi XV. Ianuarii MDXX. Tuus

Fac quæso me diligenter commendes Domino Doctori Paulo, Io. Sapido et aliis. Nam Wimphelingo ausus sum scribere.

[Sequentes prædicatorum receptui canentes ad pontificem maximum litteras, quarum etiam in Hochstrato ovante (§§. 26. 50.) mentio facta est, damus ex *1.* = MS. LAT. Fol. 239. BIBL. REG. Berol. fol. 44. sq., contulimus *2.* = *G. Friedländer* Beiträge zur Reformationsgesch. Berl. 1837. 8°. p. 113...115.]

Sanctissimo in Christo Patri, ac domino,
Domino Leoni Decimo, Pontifici Maximo
Domino nostro clementiss.

Post beatorum oscula pedum, sanctissime ac beatissime pater,

Quam devotus apostolicæ sedi noster semper ordo extiterit ac præcipue nostra provintia, quæ magno sæpe suo periculo et temporali damno, eiectis aliquoties e suis domibus multoque tempore exulantibus nostris prædecessoribus, sacrosanctæ Rhomanæ ecclesiæ firmiter adhæsit prædicando, docendo atque adversarios fortiter refutando, dignitatem ac obedientiam Rhomanorum Pontificum propugnantes, speramus Vestræ Sanctitati exploratum haberi, præsertim quando eius singularem favorem atque benevolentiam luculenter adeo ac magnis beneficiis sumus iam crebro experti. Quo fit ut ingenti fidutia quicquid demum molestum occurrerit, sub Tuæ Sanctitatis protectionem confugere certumque ab ea præsidium orare iam pridem statuerimus. Quare cum tempestate hac non dissimulandis periculis involvamur ob litem, quam occasione libelli cuiusdam cui titulus Oculare Speculum, a fratre Iacobo Hochstraten, nostri ordinis professore ac hęreticæ pravitatis inquisitore ante annos aliquot cum eximio viro Domino Ioanne Reuchlin, legum doctore, dicti libelli auctore, susceptam ac sub iudicibus a Vestra Sanctitate deputatis Rhomæ hactenus agitatam, magna spe nunc sub eiusdem Sanctitatis Vestræ tutelam confugimus auxilium poscentes. Admodum enim odiosa ea per Germaniam proceribus virisque doctis fuit, magnamque nobis invidiam indignationemque excitavit, ut plane fabula simus fere omnibus, ac ceu fraternæ charitatis hostes pacisque et concordiæ inimici quotidie et editis libellis et omnium sermone, licet immeriti, infamemur, prædicatio nostra contemnatur, a sancta nostra relligione cuncti deterreantur, quicquid etiam quantumlibet sancte moliamur, rideatur, aut superbiæ et arrogantiæ adscribatur; cum tamen neque auspiciis nostris, neque consilio aut subsidio ullo prædictus Inquisitor hanc litem vel susceperit, vel sit prosecutus, hinc ergo moti viri quidam in ecclesiastico ordine, eruditione et auctoritate gravissimi cum hac lite, omnium fere iudicio non necessaria, multorum etiam vehementer nociva offendi plurimos viderent, ædificari neminem vel certe paucissimos, suas vices interposuerunt, ac tam pro ædificatione fidelium quam pro nostra pace et tran-

---

[3] Paulo] Phrygioni.

[14] prouincia *2.* [16] adhesit *1.* [18] habere *2.* [20] fiducia *2.* [25] hereticę *1.* [33] sanctae *2.* religione *2.*

Digitized by Google

quillitate iudicarunt operæ precium, id quod et nobis ex sanctis rationibus videtur, ut a Vestra Sanctitate quam suppliciter oraremus, prædictam litem perpetuo indicto silentio, salvo utriusque partium honore, terminaret penitusque sopiret, hocque pacto, ut videlicet per litteras pro hac re Sanctitati Vestræ supplicaremus, pacem inter nos et eximium virum Ioannem Reuchlin præfatum eiusque amicos composuerunt. cuius compositionis formam curavimus Vestræ Sanctitati per nostros procuratores exhiberi. Et plane non solum nobis, sed multis etiam doctrina et vita præstantibus viris, si hac ratione finem tam odiosæ litis a Vestra Sanctitate impetraverimus, videtur fore ut, cum fides in nullo periclitetur, nec ullam veritas iacturam faciat, fraterna charitas cum omnibus instauretur, Episcoporum et Principum ac omnium fere per Germaniam nobilium atque eruditorum erga nos favor reviviscat, pax et tranquillitas firmetur ac non levia e medio pusillorum scandala tollantur, salubrius atque efficacius divina per nos præcepta prædicentur, quæque pro salute Christi fidelium Vestra Sanctitas aliquando mandaverit, felicius maioreque successu a nobis peragantur. Proinde Vestram Sanctitatem quam humillime atque obnixe præcamur quanta possumus animi supplicatione, summo studio, maximo desiderio oramus atque per amorem Christi, qui ut nobis pacem restitueret ipse se in mortem tradidit, per raram illam et eximiam tuam in nos benevolentiam, per nostram in Rhomanam ecclesiam ac præcipue Vestram Sanctitatem observantiam nunquam sane non exertam obsecramus prædictam causam et litem ad se advocet ac indicto perpetuo silentio utrique partium salvo utriusque partium honore finiat, terminet ac penitus consepeliat atque sub censura omnibus et singulis hæreticæ pravitatis inquisitoribus præcipiat aliisque quacunque dignitate vel condilione existant, ne quis eorum litem resuscitet eiusque occasione præfato domino doctori Ioanni Reuchlin negotium exhibeat, quod profecto multorum magnorumque iudilio eius et eruditio et vitæ integritas fideique sinceritas meretur. His precibus nostris si Sanctitas Vestra clementer annuere dignabitur, pacemque tam sanctam, omnibus utilem, ecclesiæ decoram, nobis vero etiam necessariam prædicta ratione restituerit, faciet (uti speramus) rem in primis Christo Opt. max. gratam, tot episcopis ac optimatibus optatissimam, doctis miro desiderio expectatam, nobisque plurimum salutarem. Faxit idem salvator noster, Vestram Sanctitatem exoremus, quem obnixe quottidie oramus, ipsam ecclesiæ universæ et nobis incolumem atque florentem diutissime servet.

Dat. Francofurdiæ Anno vicesimo supra millesimumquingentesimum, decima Maij, in nostra Synodo Provintiali.

Vestræ Sanctitatis humiles oratores

Frater Everardus de Clivis Ordinis Prædicatorum Theologiæ Professor, Provintiæ Theutoniæ Provintialis, Capituli Provincialis Diffinitores, Theologiæ Professores Priores Conventuales ac cæteri omnes ad dictam synodum legittime convocati in eaque præsentes.

---

[1] et sanctis 2. [4] sopieret 2. litteras 2. [21] expertam 2. [23] pęnitus 1. [24] hereticę 1. [26] iudicio 2. [27] pręcibus 1. [33] quotidie 2. [36] provinciali 2. [39] Provinciæ 2. Provincialis 2. [41] ceteri 2. legitime 2.

Digitized by Google

Consultissimo

Bilibaldo Pirckheimero,

patricio Norimbergensi, amico suo colendissimo.

Salutem tibi opto καὶ χαίρειν. Nuper ad circiter pridie Kal. Iunias redeunti mihi a communi amico nostro Kiliano de Rebdorf et Gabriele de Schawmberg, Canonico Dryopolitano, tui amantissimis, redditæ sunt litteræ a Nobilissimo Francisco de Sickingen, quibus me fecit certiorem, opera sua extinctam esse litem, quæ tam fuit hactenus diuturna inter Prædicatores meque. Impetrabunt enim a sanctissimo Leone litis et causæ extinctionem, cum honore meo, suis expensis, in meliore forma, quæ et mihi et mei amantibus iam concepta placet. Et est expensarum litis in processu Spirensi post obtentam a me contra illos diffinitivam sententiam taxata summa, in bono auro mihi iam persoluta. De iis posthac pluribus. Dilectissime Bilibalde, mitto ad te quos mihi tam liberaliter mutuasti 30 aureos in auro, quo nomen solvo; at grates persolvere dignas nullo possum studio, quod excogitare queam tuæ ingenti erga me benevolentiæ. Dii tibi persolvant. Erasmus Santbach, Kobergi, amici, ut ais, tui, negotiorum gestor seu institor, Bibliam Hebraicam cum Commentariis vendidit petenti mihi: pretium solvo octo aureorum. Eidem etiam pro Hesychio tradidi aureos tres quarta minus. Omnia misi Nerobergam per eundem Santbach, qui domino suo hæc et alia mittit. Tu igitur a Iohanne Koberger tuos aureos recipias velim, et me, num receperis, facias certiorem. Interea enim regionis tuæ mihi sunt mores formidandi. Scripsi hæc admodum properans. Iterum vale. Prid. Kal. Iunias, anno M.D.XX. Anglopoli.

Ioannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor.

---

[5] Kiliano] Leib. de quo videsis Hutt. opp. II. p. 359. [6] Dryop.] Eichstædtensi. [8] Impetrabunt] Cf. præced. Prædicatorum epistolam. Pertinent ad hoc negotium quæ Cochlæus Bilibaldo e Francofurto die 12. Iun. a. 1520. scripsit (Hutt. opp. I. p. 358. num. CLXXIIII. §§. 2.3.), hæc: „neque tamen grave mihi ad te argumentum suberat, nisi quod de caussa Ioannis Reuchlin, in cuius transactione testis astiti, paucis tibi verum scribere volebam. Erant a Francisco Sickingen tres doctores procuratorio nomine huc missi ex Spira et Vormatia, ut rem componerent. Nihil magis anxium fratribus, sed opportuna multumque, ut mihi videtur, æqua inita est via, utrique parti, ni fallor, tolerabilior quam curia Romana. Ferunt a fratribus provincialiter collatum esse, ut mulcta Spirensis sententiæ persolveretur, quo de nihil certi habeo, neque interrogare curavi. Id mihi ut testi constat, quod fratres provincialiter constituerunt in urbe Roma procuratores Iacobum Questenbergium, Ioannem Coritium, Casparem Wirt, Ioannem Peuern et Iodocum Eginger ad sollicitandum apud pontificem, ut tota illa causa sopiatur, cum honore utriusque partis, ne ullius lædatur fama. Vidi deinde supplicationem fratrum, qua provincialiter pontificem orant cum honorifica Ioannis Reuchlin mentione, ut causam illam perpetuo extinguat". [15] urgenti *Goldast.* [17] Biblia quæ hodie Caroliruhæ adservantur. [21] Effervebant tum Norimbergæ ecclesiasticæ contentiones et inimicitiæ.

Digitized by Google

[Neque posthac rabidus latrator Pepericornus conticuit, sed impotens homo sese continere non potuit quin denuo famoso libello virus acerbitatis suæ fanaticæ contra Reuchlinum evomeret. publicavit enim **EIn mitleydliche claeg vber alle claeg/ an vnſern allergnedichſten Kayſer/ vñ | gantze deutſche Nacion/ Durch Johannes Pfefferkorn | gegen den vngetruwen Johan Reuchlin/ vnnd wydder | ſeynen falſchen raytſchlack/ vurmalß vur die trewloißen | Juden/ vnd wydder mich geübt/ vnd vn-chryſtlichen vßgegoſſen.** | qui libellus triginta quattuor foliis quadratis et picturis et verbis expressas iniurias conviciaque inpudentissima continet. Quid sibi recoctis insimulationibus voluerit auctor, his ipse verbis expressit:

IESVS | ITem welcher dyß boechlin lyſt/ oder hörẽ leſen wyl/ wól es mit gotem wolbedachtẽ v'ſtand leſen. dã es ſeyn nyt gemeine wechſelvveding. da man öpffel od' holtzperẽ vmb geltẽ mach. Sund' es ſyn ſölche wort/ die gelten huyth vnd haer, eer vnd glymph/ vur die wairheit tzo beſchyrmẽ. vñ tzo einer gruntlicher vnterrichtunghe. So hab ich dyß boechlyn vnterſcheiden.

¶ Item vur das nyſt ein Epiſtel. an vnſern aller gnedigeſten Keyſer. vnnd vurwort. auch proteſtationes.

¶ Itẽ anclag von der vnchriſtenlicher vntrew Johãnis Reuchlin. ſo er an der heiliger kirchen/ vñ an mir/ tzo vnſchuld begangen hait.

¶ Item vyß ſeynem falſchen ratſchlaeg etlicher der ſelbigẽ artikel (vñ mein warhafftige enſchuldigung) die er vur die falſchen Juden / vnd wydder mich tzom nachteyl der heiliger kyrchen. vyß gegoſſen hait.

¶ Item ertzloegen vnd gemeine loegen. damit er ſich bis hertzo beholfen/ vnd die gantz welt damit betrogẽ hait.

¶ Item wie ſein ratſchlach van den Juden/ dem er ein namen geben hait Augenſpiegel. der iſt .rviij. mal verworfen vnd verdampt worden.

¶ Item tzom leſten. naich wort/ als die materie yren tzofal hat. vnd beſunderlichen. wes ich ſchreibe vnd ſage. dz wil ich erlichen vnd frumlichen beweyſen. vnd wil daer vur mein leib vnd leben tzo unterpfand ſetzen. vnd gheſetzt haben/ den aller ſtrengeſten tot darumb tzo leyden.

Hic libellus est **¶ Getruckt in dem Jar nach Chriſtus geburt | M.v^c.rrj. vnnd vollendet an | dem einvndtzwentzigſten | tag deß Mertzen |** ❧ | At vero nihil renovata Panurgi malitia effecit: incerto tempore incerto mortis genere famosam vitam expiravit Pepericornus, Reuchlino fere duodedim annis minor, hic autem, cum ictero morbo Stutgartiæ d. 30. Iun. a. 1522., ætatis suæ sexagesimo septimo, absumeretur, et boni viri et egregie docti hominis atque linguarum studiosorum coryphæi nomen posteritati tradidit.]

Digitized by Google

Digitized by Google

ORATIO FVNEBRIS

IN LAVDEM

IOANNIS CERDONIS

SIVE

VADE MECVM

CVM

TARDESVRGERII ET DORMISECVRE

EPISTOLIS ET CARMINIBVS.

PRÆMONITVM EDITORIS.

Parvulus liber quem hic exhibemus, inter infrequentissimos numerandus, octo parvis foliis octonariis constat, in quorum primo inter ornamenta xylographica satis nitida Cerdonis funus repræsentantia versus sex qui statim pag. seq. repetentur, inscriptionis locum optinent. Inscriptionem superiorem ipse feci. Littera ę ut in præcedentibus opusculis transcribendis usus sum. Interpunctionem, quæ in antiquo exemplari præter puncta binaque puncta, raro posita, nulla est, ipse accommodavi. Neque tempus neque locus libelli publicati exemplum indicat, sed non multum a vero aberrare eum puto qui Erfurti non ita longe post Lamentationes obscurorum virorum publicatas eum scriptum, Parisiensibus autem operis editum esse conieetet. Grilli Porcarii nomen ex Lamentationibus est, alia multa ad Epistolas O. V. referenda esse videntur. Opusculum ubi primum legeram, illis Epistolis adiciendum esse statim decrevi. ex incertis meis de auctore suspitionibus spero certiora aliquando indicia enascentur.

Nomine *Dormisecure*, e simili officina atque istud *Vademecum* enatum, fortasse ad sermones de tempore et de sanctis Ioannis de Werdena Coloniensis, ord. fratrum minorum s. Francisci, adluditur, quos sic dicebant, quod sine labore quilibet prædicator in eis proficere posset. Claruit hic Ioannes in conventu Coloniensi sub Wenceslao imperatore circa a. 1300., ut Trithemius catal. ill. viror. p. 150. rettulit. cf. etiam Hartzhemii Bibl. Colon. p. 205.

Digitized by Google

Oratio hæc eſt funebris.
In laudem IOANNIS CERDONIS
Quā nominauimus VADE MECVM
Quia cū emeris tūc portas tecum
Cum duabus epistolis clarorū virorū
Quas nequaq; dices imperitorū

Grillus Porcarius
omnium artium resumptor
domino Petro Tardesurgerio
in theutonico Langschleffer
iam Scotiste olim Moderno Luci mundi
post sui commendationem et obsequium Salutes tot dicit
quot mare habet pisces et arenas
et cælum stellas et Colonia pulchras puellas.

Ante octo dies, si bene habeo in recordatione, eloquentissime Grille Porcarie, veni ad quandam librariam, in qua inveni multa nova sed mala, quę omnia antiquorum scripta voluerunt delere, quia nihil de via antiqua et moderna et ockem vidi, sed primo solum duorum Alemanorum: velim quod tales seductores essent Itali: libros scilicet Iohannis Reuchlin mirabilis patri, qui etiam audet in theologia scribere, in qua non est promotus neque habet titulum; etiam scribit hebraice: cum simus teutonici, ego credo quod libenter scriberet si sciret etiam bohemice, Et Erasmi Roterdami viri parvi: mirer quod de eo ita multa tenent, quia in parvo corpore non potest esse magna scientia, quia continens et contentum proporcionantur. ut habetur circa modos essendi in: qui Erasmus dico scribit libros mirabiles, in quibus etiam Principes, Episcopos, reges et eorum vasallos reprehendit et omnes status, in libro qui vocatur Moria, id est moralis, ut mihi videtur, philosophia: et tamen non est promotus. Ambo habent novam latinitatem sicut Cicero habuit et Therentius, Et timendum est quod eorum errore destruent totam Alemaniam et importent unam aliam viam, quæ sit contra omnes quasi doctores et pransosos viros. sed hoc fieri non potest, quod gaudeo, ut audies et mecum lętaberis. In tali libraria inveni modum antiquum orandi, qui destruet eorum viam, quia orationem unam funebrem [continet]: hęc erit omnium Vade mecum qui libenter servant antiquum morem

---

[7] Grillo Porcario scribit Petrus Tardesurgerius, non huic ille. [18] Occam. *cf. h. art.* [19] *i. e.* patris. Cf. Epp. O. V. I. 48. [27] *Mo*ralis philosoph*ia*. [29] *t. e.* suo err. [33] continet *addidi*.

Digitized by Google

orandi et dicendi: quam orationem propter omnes bonos viros, qui in eorum opinione sunt validi et constantes permanentes et volentes salvare eorum vias, ad imprimendum dedi, et tibi, qui semper defendis antiquas voces: non enim tibi placet dicere sicut dicunt novi 'paracletus' sed 'paraclytus', non 'dyalecticam' sed 'dialecticam', non 'conterraneus' sed 'lantsmannus', non 'anser' sed 'auca', non 'carbonarius' sed 'kolarius', non 'scriba' sed 'stilatus', non 'cantharus' sed 'candalus', non 'iuris peritus' sed 'iurista', non 'capitium' sed 'gloria', non 'registum' sed 'registrum', non 'eques sed 'reuterus', non 'cicada' sed 'grillus', et multos tales errores semper laboras extirpare: quapropter hoc Vademecum tibi dare volo,

Quem veteres socii noluerunt pandere charis,

Quia

hunc veteres olim pulchram dixere figuram,

defende hoc cum tuis complicibus et sociissimis amicis, et dicas ut eum modum servant et non Erasmi vel Reuchlin vel Ciceronem accipiant, Quia omnis novitas, ut iuristę dicunt, est odiosa, Vale ergo et orationem sępe lege eamque legendam antiquis modernis da. Datum in domo mea .xv. Iunij dum Sol coibat cum Luna sive in Coniunctione, id est Nouilunio.

Ioannes Dormisecure
Petro Tardesurgerio
novę latinitatis inimicissimo

dicit tot salutes quot sunt grana frumenti in toto mundo.

Cum igitur, Petre dulcissime, ante centum annos et ultra multi et plurimi semper fuerunt in toto orbe Doctores excellentissimi qui fuerunt profundi in omni scibili et disputare potuerunt de quacunque materia illis proposita, neque tamen amaverunt illum novum modum loquendi qui est ex mirabili latinitate compilatus, ut docet dyabolica poetria et Rhetoricalis scientia: quare ergo nos deberemus discere, qui non sumus tam docti et tam speculativi ingenio sicut prędecessores nostri qui composuerunt tam multos libros de omnibus scientiis, quos nemo iam potest imitari? Dicunt ergo illi novi latinistę quod si volumus fieri Magistri in septem artibus liberalibus et totius philosophię, tunc deberemus etiam quod est necesse, scire Rethoricam quę una est ex septem, et docet ornate et congrue loqui. Illis sic est respondendum Solutione quę est talis: Dicimus utique quod sumus Magistri, licet indigni, (et hoc dictum sit causa humilitatis et discretionis nostrę) possumus tamen etiam scire et docere alios prędcepta Rhetoricalia absque mirabili latino, ut fecit Carolus et Samuel et Stephanus Fliscus et alii multi viri doctrinosissimi et qui fuerunt christiani

---

[1] eor.] sua. [3] tibi] dedi *repetitum subintelligitur*. [8] regestum [11] *Quæ .. sociis nolebant est in Alexandri Galli gramm.* I. 4. Cf. supra Epp. O. V.II. 42. [13] *similis versus* (sed non Alexandri?) [18] Nouiluio. *1.*

[35] poffums *1.* [36] Carolus] Manneken. Cf. ad Epp. O.V.I.7.p.12.v.8. Samuel] de Monte rutilo, poeta, de quo in Epp. O. V., hic non indicatur, puto, sed Samuel Cassinensis s. de Cassinis, ord. Minorum reg. observ. provinciæ Ianuæ, qui exeunte sæc. XV. et ineunte XVI. scripsit isagogicos libros logicales, physicales, scotisticos, quos vid. ap. Fabric. Bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 417. Hain n.4566. ...4569. [37] Stphan9 *1.* De hoc Flisco vid. ad Epp. O. V. II. 68. p. 296. v.29.

Digitized by Google

et non pagani ut Cicero, Salustius, Ovidius et Catullus et alii novi Rhetoristę, qui fugiendi sunt ut Diabolus ante crucem. Sed hęc dictamina tibi propterea scribo, quia pro parte etiam es orator bonus, ut possis videre ex illa oratione quam tibi mitto et habui aliquando in honorem Venerabilis et circumspecti Ioannis Cerdonis, quam boni fuerunt apud nostros antecessores Oratores: quę est tam bona et artificialiter distincta, quod magis mihi placet quam pagani Ciceronis orationes, quas in vera fide non intelligo, quare nolo amplius quicquam in eo legere iuxta dictum Catonis 'legere et non intelligere est negligere': et quid est quod aliquis tam crispe loquitur? Ego etiam bene facere possim, quia possim ponere in meas orationes et scripta francigenum sermonem vel Italicum: tunc nostri theutonici non intelligerent: sic etiam est de illis, et ergo sunt docti. ego nego illam consequentiam, neque est possibile quod ita sit. Quare rogo te, Petre valde facundissime, quod velis manere in illa constantia neque amare illud novum latinum, quia per deum alias vergit tibi in detrimentum bonorum et animę. quia vides cotidie quam male christiani sunt poetę: ego nuper vidi unum audacter in ecclesia qui iacuit proxime apud me, et ego putavi quod oraret ex uno parvo libello, et ego inspexi, tunc nihil potui legere, credo quod fuit gręcum. Ah Sancta Maria, per illa gręca confunditur nostra theologia et fiemus omnes hęretici, quod tamen deus avertat! ego credo firmiter quod sunt prenuncii antichristi et volunt aliam fidem nobis induere. Sed ego non volo discere illa gręca, etiam si ipsemet antechristus veniret et daret mihi magnam summam pecuniarum. Sed hoc pro nunc sufficiat. Vale et mane constanter in fide, ut non perdas nomen tuum, quia mane non debes cito surgere ad illos malos seductores iuventutis, ne etiam seducant te et faciant malum christianum ex te. Vale adhuc semel, et post orationem legas suas quęstiones quas publice disputavit idem venerandus pater, quas inveni etiam in libraria una cum oratione: et hoc propterea fecimus mittere imprimere ego et Grillus, ne possit tam bonum opus aliquis perdere. Vale tribus modis. Datum ut supra.

Oratio copulata comportata et ambonisata
post mortem argumentosissimi acutissimi et tersissimi Magistri nostri Iohannis Cerdonis,
quondam suę professionis minimi et indigni, ut dicebat gratia humilitatis.

¶ Quanquam quoniam quidem igitur Neque fui in monte parnasso ut biberem ex fonte caballino, patres occulatissimi nec non singularissimi et in fide nostra sicut columbi simplicissimi, vosque specialissimę discretionis auditores; Extenuat se orator sicut Docti faciunt. | nec Tulium, qui prohibitus esse debet christianis in suis libris in quibus nisi spuma est verborum, transcurri, ut patet per sanctum Iheronimum, Nec Lactancium, cuius opiniones ab orthodoxa nostra matre aliquando discrepare intelleximus, examinavi, Nec Virgilium, Ovidium, Marcialem vel Therentium, seductores iuvenum, quia docent amare, Neque Iuvenalem neque reli-

---

8 'Legere enim et non intelligere nec legere est'. Cato *ed. Zarncke* p. 174. vers. 5. 25 adh. sem.] iterum. 28 trib. mod.] tertium.

30 ambonis.] *i. e. in ambone habita.* 34 Cf. Pers. sat. prolog. 38 Hieronym. Ep. XXII. §. 29. „Quid cum apostolo Cicero?" 40 Ovidium *1.*

Digitized by Google

quos oratores legi, quibus proch dolor nostro tempore decipiuntur plures studentes Baclareandi et Baclarei ad loycam et ad altiora valentes et ad grados altissimos non inepti nec insulsi neque imperterriti. Confisus ta- | In quos confidat Orator.
men in paternitates et discretiones vestras nec non in Alexandrum virum doctrinosum, qui fecit laudabile opus tripartitum, etiam in Cornutum proavum meum, cuius liber incipit 'Cespitat in phaleris hippos' et reliqua, et in Iohannem de Garlandria qui est optimus in grammatica, et in Eberhardum atque Floristam, qui nostro ęvo in reputatione fuerunt antequam venerat Poetria dyabolica ad nostram almam universitatem. Nec minus de ingenio proprio descendam ad laudes prefati et prenarrati Doctoris quondam domini Ioannis Cerdonis, dicamque, quamvis inmundo ore et ineptis verbis grammaticaliter tria: nec dubio dominationes vestras pro bono accipere, quia etiam spernitis novam grammaticam quę est de mirabili latino copulata, et Rhetoricam poętarum, sicut merito spernenda est, quia Iuniorum mos est, quando sciunt istam spumationem verborum grammaticorum fabulatorum et oratorum verbosorum hominum, tunc contemnunt mandata maiorum. Dicam igitur per ordinem tria. | Invocatio.
Sed vos mente pia absque superbia flexis genibus dicatis rogo unum Ave maria. Invocato ut semper fieri debet auxilio dicam primo de Genalogia | Orationis in tres partes divisio.
atque amicitia nostri quondam domini Doctoris narrati Cerdonis; Secundo de eius studio; Tertio de eiusdem domini Doctoris quondam testamento.

Quantum ergo ad primum, fuit avus suus Sutor, vir quam- | De progenie et fundamento Io. Cer.
vis pauper, tamen bonus et religiosus nec non socialis; iste misit patrem defuncti Doctoris Iohannis quondam Cerdonis ad Cerdonem, et didicit artificium, et emit domum in suburbio, e quo Cerdone natus est defunctus narratus et dictus quoque Cerdonis quasi Cerdonis scilicet filius, per regulam grammaticalem bene defensibilem locutionem, ut scitis, credo. qui quamvis parum aut nihil habuit e parentibus, tamen primo diligenter scholas particulares frequentavit et in hospicio multos fecit labores in coquina, cellario et stabulo. Deinde magnus factus recessit post festum Bartholomęi, ut solet fieri, ad | Profectio ad almam universitatem.
almam nostram universitatem, et factus fuit famulus cuiusdam magistri: is eum propter suam probitatem gratis in Baclarium septem liberalium artium et totius philosophię creavit, dicens (ut moris est) 'Ego magister N. | Modus promovendi Baclarium in septem.
creo vos Iohannem Cerdonis in Baclareum septem artium leberalium In nomine patris et filii et spiritus sancti, et do vobis auctoritatem legendi, scribendi, resumendique hic et ubique locorum, et proficiat vobis'. Quo habito postea se in scolis nutrivit: fuit enim collaborator in famosissimis scholis ad septem annos integros, scilicet in Czwickavia et in Winpina, Amberga et ultimo in Daventria, in quattuor mundi regionibus. postea habuit pecuniam pro gradu altiori, quem gradum auxiliantibus superioribus actu regentibus et residentibus loco | Gratis promotus.
pauperis acquisivit, et post hoc tempus obsequiis et affabilitate fecit sibi amicos specialissimos cives nostrę civitatis divites, qui sibi dederunt beneficium, a quo habuit quod Doctor fieri potuit. Inter quos cives fuit unus qui ex singulari gratia sibi promisit, ut quando ęgrotus esset, deberet mittere ad se famulum pro uno haustu vini; sed ipse male intellexit et misit cotidie suum famulum quasi semper esset infirmus: sic tandem permerdavit illam gratiam, cum salva reverentia sit dictum. Et ut magis de laudabili conversatione dicam, nec non de

---

[4] Alex.] Gallum. *Cf. h. art.* [5] Cornutum] librum Io. de Garlandria. [6] Ioa. h. de Garl.] *Cf. h. art.* Eberh.] Bethuniensis. *cf. h. art.* [7.8] Florista] cf. Epp. O. V. II. 68. p. 296. v. 32. [11.12] dubio *sic pro* dubito. [28.29] magn. f.] *adultus.*

Digitized by Google

De affabilitate. | eius socialitate, fuit homo benignus et salutabat homines in via libenter et deponebat pirretum, docti capitis signum, quando honestę tamen personę prius deposuerunt, et loquebatur cum eis in ecclesia et in platea, et porrigebat multis obviis manum. libenter comedebat invitatus in civitate, curabat in mensa neminem habere a dextris, et in cęna plus quam in prandio bibebat, excepto prandio Aristotelis philosophię monarchę, ubi bibebat semper de meliore, quod quattuor famuli eum domum ducebant, quia in anno semel licet insanire, vel ut Bohecius dicit, in mense semel. Habebat ergo duo semper in Proverbia. | ore proverbia, Primum 'Vinum datum gratis valet contra febres', Secundum est de primo ad ultimum 'Qui bene cantat, bene bibit, qui bene bibit, bene dormit, qui bene dormit, non peccat: ergo cantemus, bibamus, dormiamus et non peccamus': movit sępe actu regentibus et dominis senioribus his dictis risum. De vestitu. | Prętерea habuit habitum honestum: non portavit hassucas, sicut multi iam faciunt, nec pireta cum stulpibus, nec tunicam manicis apertis; Et etiam simplices calceos, non rostratos, sicut superbi faciunt. Fuit magnę auctoritatis postea factus in alma nostra universitate, promovit multos ad gradus; legit Lector factus. | etiam in alma nostra universitate formaliter et voce alta et aliquando grossa, quando incepit Exercitia pręgnantissima ad pennas. fuit doctus in via Thomę et etiam Modernorum, quę tamen sunt duo contraria; Copulata sciebat et multa Arguitur quasi memoriter; Nicolaum de Wesalia et Maufelt et Usingen in loyca, Composita verborum, Autorem modorum significandi et Alexandrum Gallum monachum famosissimum in Grammatica pro specialissimis autoribus tenebat. Musicus fuit bonus. | Habuit vocem tubalem et fuit unus cantor in cantu gregoriano; figurativum autem odiebat, quia impedit homines in studio et devotione. Erat inimicus et hostis poetarum, quia novam atque mirabilem latinitatem faciunt et loquuntur sicut discunt ex modernioribus, Cicerone, Therentio et Virgilio, et si domini reliqui actu regentes et capita fuissent obsecuti consilio suo, tunc istę fabulę non ita multum crevissent in nostra alma universitate, quia iam omnes volunt studere poetas: sed melius esset ut studerent Alexandrum, Propertium, Priscianum Petrumque Hispanum. Hic tamen pro utilitate Solutio magni argumenti. | audientium volo solvere unum magnum argumentum pro consolatione bonorum studentum, quia dicunt illi quod aliquis non posset intelligere sanctum Augustinum neque sanctum Iheronimum neque Egidium, qui non legit poetas.

---

4 cōmedebat *1.* 6 Ariſto. phi. *1. Cf. art.* Prandium Arist. 11 cantamus *1.* 13 chasublas? *Gallice* chasuble, *Ital.* casipola. 20 Nicolaum de Wesalia non novi, neque ausim *de Westphalia* ponere, ut Nicolaus de Susato, Quæstionum in Sententiarum libros et Sermonum multorum auctor (de quo vid. Trithem. et Fabric. bibl. med. ævi V. p. 389.) intellegatur h. l. laudatus. De Maufelto sive Maulfelto, ut paullo infra scriptum est cf. art. Niavis. Bartholomæus Arnoldi Usingensis, eremita Augustinianus, Erfurti a. 1491. magister factus postea theologiam ibi docuit, et inter alios libros etiam logicales scripsit, annoque 1532. defunctus est. 21 Compos. verbor.] *cf. art.* Sinthen. Autorem] Antoꝛū *1.* cf. art. Modus significandi. Alex.] *Cf. art.* Alex. de villa dei. 22 autoribus] antoꝛibus *1.* 30 Propertium lepide inter grammaticos collocat auctor. illum inter poetas qui tum legerentur ne memorat quidem Eberhardus Bethuniensis. 33 Egidium] Vult puto Thomæ Aquinatis discipuli Aegidii Columnæ s. de Roma, ord. erem. s. Augustini, archiepiscopi Bituricensis ac Primatis Aquitaniæ, Aristotelis et Aquinatis commentatoris opera, de quib. vid. Hain. n. 107...144. Scholasticis 'doctor fundatissimus' dictus obiit a. 1316.

Digitized by Google

Dicendum est breviter, vel solutio est talis, quod Breviloquus, Florista, Baclarius ex quo, Catholicon et Grecista sunt claves omnium librorum, si addes Mammetrectum, et non est opus hominem se dare pravis autoribus, quorum libri et nomina non sunt audita in nostra alma universitate etiam quando plura supposita fuerunt quam nunc sunt, et famosissimi viri, Antiqui, Moderni, Thomistę, Maulfeltistę, Albertistę, Scotistę, Averroistę, Ockanistę et Egidistę. dicit Aristoteles in metaphisica in 2. tractatu c. 2. in medio, quod qui libenter audiunt fabulas, non possunt ire in cognitionem veritatis. et ita est in rei veritate, quia expertus loquor, quod probo per historiam: Fuit unus iu- | Historia. venis qui etiam studebat poetas et Ovidium, ipse devenit ad talem stulticiam magnam, ut non vellet credere, quod nomina propria carerent plurali numero, et si ipse ita pertinax fuisset in errore theologicali sicut in errore grammaticali, tunc ipse fuisset diu combustus. Sed supersedeo et refero me ad tractatum quem scripsi contra poetas et fabulas et fucum verborum et maxime ad partem eius pro- hemialem. Redeo iam ad Dominum Ioannem Cerdonis: fuit, sicut dixi, voce tubali et magnus in corpore, et ideo audiebatur super alios, et non cito de sua opinione abivit in argumentatione, quia habuit experientiam, ideo oportuit sibi alios assentire. Et tantum de partibus duabus. Nunc antequam dicam de Tertio, si quis vult tussire, potest. Ultimo dicere volo de Testamento nar- | Tertia pars de Testamento narrati. rati quondam et dicti doctoris pię memorię Ioannis Cerdonis, qui habuit plures libros quos legavit Religiosis patribus prędicatoribus, hos scilicet libros sequentes: Mammetrectum, Vocabularium rerum et Ex quo, Catholicon, Vocabularium ubi theutonicum stetit ante latinum, Breviloquum, Vocabularium prędicatorum, Partes Thomę, Clipeum Thomistarum, Postillam super evangelia et epistolas, Sermones discipuli et Vade mecum, Composita verborum, et in Oratoria Catonem et Ovidium de remedio amoris, et Iohannem de Garlandria, in quorum librorum principio sua manu scriptum est 'Liber domini doctoris Iohannis Cerdonis'. Sed fratribus minoribus hos libros: Scotum supra veterem artem, Definitiones Scoti, Albertum de secretis mulierum, Textum biblię rubricatum, Petrum Hispanum cum commentationibus et divisionibus et rationibus et quem fecit per figuras sua propria manu, Summam theologicam; In poetica vero Tullium in paradoxis, in de Senectute, et Marcum de Cicerone, Virgilium in Buccolicis cum commento, Terentium et alia plura parva carmina, De moribus et facetiis mensę etc. Vestes autem eius erant laceratę et a parte ante valde pingues, quas | De vestibus. dedit suis amicis qui pauperes sunt: habuit enim pauperem fratrem, | Historia. huic dedit antiquum pellicium de Vulpibus, qui credidit esse de lupo, ita simplex fuit, et ille probus frater vertit pelliceum et portavit sicut lupinum esset, quem homines videntes deriserunt in plateis. Cantaros et scutellas ligneas et discos et alia sua utensilia receperunt pauperes amici. Ultimo mo- | Conclusio. riens dixit 'Utinam fieret distributio bonorum meorum ut optavi, ut nomen

---

1 Breviloq. Florista. Cf. Epp. O. V. 1.2 Baclarius] *ponitur h. l. pro* Vocabularius. Cf. Epp. O. V. I. 1. p. 3. v. 21. et infra hui. pag. v. 22. 2 Cathol.] Cf. Epp. O. V. l. c. Grecista] Eberh. Bethuniensis. 3 Mammetr.] *Cf. art.* Mammotrect. 6 Vnſinginſte *l.* Usingistæ. Barth. Arnoldi sectatores. 7 Arist. metaph. II. 4. (p. 1000. Bekk.) *περὶ μὲν τῶν μυθικῶς σοφιζομένων οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν.* 11 Cf. Ep. O. V. II. 47. i. f. 24 Clip. Thomist.] *cf. h. a.* epſtolas *l.* 32 Marcum] Mt. *l.* 33 carmina ... mense] cariā De moribꝰ et facetijs in enſe ꝛc. *l.* De Fagifaceto (Hain. n. 6899. sq.) cf. Epp. O. V. II. 68. p. 296. v. 32.

Digitized by Google

meum maneret apud patres religiosos in libris', et sic finivit vitam, cuius spiritus, anima, ratio, intellectus et mens sit apud beatos, pro quo ut concludam uno versu orationem

Dicatis mente pia Unum Ave Maria. Dixi.

Epitaphium argumentosissimi viri
domini Iohannis quondam Doctoris Cerdonis.

O mors, quam mala est tua sors,
Quod omnia mordes, idcirco mors esse debes:
Mordes enim Cerdonem, omnia te mordere dicentem.
Hic nunc iacet sepultus qui erat doctus:
Sed quęris 'Quis?' dicam 'Ioannes Cerdonis',
Doctor pransosus, qui diligebat annosos;
Erat bonus cantor, nec non optimus Orator,
Scivit multa Arguitur, quod valde laudatur.
Pro eo ora, ne maneat in inferno longa mora.

Quęstiones sequuntur pręgnantissimę,
Quas disputavit subtilissime,
Si aliquis Cerdonis amator
Nec non bonus speculator
Adderet pro et contra
Et conclusiones et corelaria,
Tunc deberet audire multa dogmata.

Quęstio Metaphisicalis.

☞ Utrum Quattuor equi phaetontis
Possint trahere per cacumen montis
Magnum currum phantasticum
Per campum Cathegoricum
Ad campum hypotheticum
Per infinitum et vacuum
Usque ad duodecimum phisicorum?

Quęstio grammaticalis.

☞ Utrum Chimęra phantastica,
Sedens in arbore porphiriana,
Comedens genus et species,
Differentias et qualitates,
Per intentionem primam et secundam descendens,
Puncta indivisibilia absorbens,
Sit a simplici sacerdote absolvenda
Vel ad magistrum hęreticę pravitatis remittenda?

---

[18] Si aliquis *etc.*] Hos 5 versus cum sqq. quattuor Quæstionibus etiam manus sæc. XVI. scripsit in pag. prima exempli Epp. Obscc. Viror. vol. I. edit. 3_{a}. quod olim Conradi Zuic Constantiensis fuit, nunc bibliothecæ Ienensis est (Bud. Theol. q. 159. nr. 9.), unde variantes scripturas adnotavi. [21] Corolaria *MS.* [24] Quatuor *et* Paetontę *MS.* [26] fantasticū *MS.* [30] Octo libros Phisicorum Aristotelis numerabant scholastici. [32] Chymera *MS.* [33] Porphyriana *MS.*

Digitized by Google

Quęstio Iuristalis.

☞ Utrum Quattuor grana Iuniperi
Proiecta ad culum asini
Sint confortativa Cerebri
Ipsius melancholici?

Quęstio Iuristalis.

☞ Utrum Apothecarius dans sine consilio medici
Quid pro quo, merdam pro balsamo,
Album gręcum pro musco, omnem herbam pro roremarino,
Neque legens neque intelligens suos libros
Possit fieri alipta ac bonus practicus?

Quęstio Medicinalis.

☞ Utrum nudus cum nuda, Solus cum sola,
Sine caligis et sine praca,
Habentes rem in re, Carnem in carne,
Faciant pręsumptionem ipso facto vel de iure?

Quęstio Medicinalis.

☞ Utrum Dicti spey multum vel loquentes vel non parum dicentes,
Omnes bonas artes contemnentes,
Causas non ex libris sed ob lucrum prolongantes
Possint exceptionibus, replicationibus et triplicationibus
Et sic quasi in infinitum procedentibus
Apud Minoem et Rhadamantum
Suum habere defensorium?

Quęstio Theoloicalis.

☞ Utrum Secta Gnatonica,
Quę in toto orbe est maxima,
Ditarique cupientibus amplectenda,
Discenda et exosculanda,
Sit propter lucra huberrima
Omnibus sectis philosophorum pręferenda?

Quęstio Loycalis.

☞ Quę est ratio quod nominum Genera
A proprietate rerum sumpta,
Ut subtiliter docent Modistę
Et nostri Alexandristę,
Scilicet Masculinum ab Activa
Et Femininum a Passiva,
Cunnus tamen sit generis masculini
Et Mentula generis feminini?

---

1. 6. 12. 17 Sic editus et MS. liber. 2 Quatuor *MS.* 7 Apotecari9 *MS.* 12 Qeſtio *1.* 14 praca] i. e. braca, *Hosen.* 18 Dictiſpey multū vel loq̃bar *1. Spey* i. e. vome. Istud *loq̃bar* vereor ne parum recte mutaverim.

Digitized by Google

Quęstio de omni scibili.

☞ Utrum Philosophismata, Enkidia, Sintagmata,
Philosophimata, Enchiridilia, Alphatilia,
Smirnia, Catulia, Anastargia, Colubundria,
Vel secundum alios Colabuntica
Sint in loyca primę vel secundæ intentionis, et an amplient, appellent, descendant vel ascendant, aut supponant personaliter aut confuse aut distributive.

Ioannis Dormisecure

Carmen Asclepiadicum et Senimetricum

Ad lectores confracinatum.

Hęc est, o Iuventus, oratio,
Quę doctis est in magno precio.
Si vis discere loqui Rhetoricaliter,
Et postea habere vitam ęternaliter,
Tunc debes emere illam orationem:
Hoc facias oro per meam rogationem.

---

[2] Enchiridia? [11] *i. e.* consarcinatum *sive* confarcinatum?

Digitized by Google

HOCHSTRATVS OVANS

DIALOGVS FESTIVISSIMVS.

INTERLOCVTORES.

HOCHSTRATVS, QVI ET EROSTRATVS DICITVR.
FRATER LVPOLDVS, HVIC IN ITINERE COMES.
EDVARDVS LEVS, EX HOMINE COMMVTATVS NVPER IN CANEM.

LEGE, ET CVM OVANTIBVS LÆTABERIS.

Digitized by Google

Cum multa quæ ad Reuchlinianam contra Hochstratum, fidei vocabant Pfefferkorniani, causam pertinent, non nisi ex hoc dialogo addiscantur, eundem in Epistolarum O. V. accessione apte conlocari mihi quoque visum est. Huttenum huius dialogi auctorem esse, quod non nulli opinati sunt, inter quos Maius etiam et Burckhardus et hunc secutus Münchius fuerunt, ab errore securius cum Meinersio et aliis negatur quam ab Hermanno Buschio eundem conpositum esse adfirmari potest. certe qui scripsit, eo tempore rerum personarumque Spirensium superiorumque Rhenanarum condicionem propius et adcuratius cognovit quam Coloniensium ac Lovaniensium. Neque quo tempore libellus scriptus ac publicatus sit, satis exacte definire possumus. Erasmus Spong. §. 96. „Exiit" ait „ante biennium dialogus, „cui titulus, ni fallor, 'Hochstratus ovans', qui videri poterat in gratiam meam „scriptus. nonne constanter et palam illum damnavi ac modis omnibus egi ut „premeretur [*i. e. ut non publicaretur*]? Hæc a me non fingi sibi conscius est et „qui scripsit et qui illi fuit in consilio". Spongia autem Erasmi scripta est mense Augusto 1523. Exiit itaque Hochstratus ovans a. 1521., antea vero quam typis describeretur, Erasmus eum legerat. at vero Hochstratum de Capitonis Argentinensi præpositura, quam is anno 1523. nactus est, verba facere §. 57. legimus: quod *ἀναχρονισμὸν* facit, nisi sumamus Capitonem Moguntinam concionaturam nactum de præpositura Argentinensi sibi conferenda cum pontificiis egisse, unde hi eius negotii ac sollicitudinis longe ante quam conficeretur habuerint notitiam. Exempla mihi ad manus sunt præter Münchianum (Epist. Obsc. Viror. 1827. 8°. p. 325...350.) tria:

1) HOCHSTRA|TVS OVANS. DIALOGVS | FESTIVISSIMVS. | INTERLOCVTORES. | Hochſtratus, qui & Eroſtratus dicitur. | Frater Lupoldus, huic in itinere comes. | Eduardus Leus, ex homine commutatus | nuper in Canem. | Lege, & cum ouantibus lætaberis. | (*20 foll. in 4°., plagulæ 5, signatæ* a...e) *Pag. ult.:* FINIS. | ERRATA. a ij uer. penut. uerius, lege uanus.| | | | | ligens lector ſuo facile corriget iudicio.

2) HOCHSTRA|TVS OVANS DIALOGVS | FESTIVISSIMVS. | INTERLOCVTORES. | Hochſtratus, qui & Eroſtratus dicitur. | Frater Lupoldus, huic in itinere comes. | Eduardus Leus, ex homine commutatus | nuper in canem. | Lege, & cum ouantibus lætaberis. | (*16 foll. in 4°. plagulæ 4 signatæ sunt* a...d. *In fine pœnultimi folii finit carmen* IN SIMONEM *cui subscriptum est* VIVE CAPNION, *pagina pœnultima vacat, ultima habet dodecastichon* | INTERLOCVTORES AD LECTOREM

3) HOCHSTRA|TVS *et r. ut n°. 2. nisi quod octavus versus habet* Canem. (*non* canem.) (*14 foll. in 4°. ultima pag. vacua relicta. signatura est* A...C) *Locum qui nobis est §. 83. et duo prioris editionis carmina hoc exemplum non habet, sed epilogum quem in fine exhibuimus.*

Panzerus (U. v. Hutten S. 223.) omissis his tribus exemplis unum ab iis diversum, quod mihi videre non contigit, sic descripsit

HOCHSTRA|TVS OVANS. DIALO-|CVS FESTIVIS-|SIMVS | INTERLOCVTORES | Hochſtratus qui & Erostratus dicitur. | Frater Lupoldus. huic in itinere comes. | Eduardus Leus, ex homine commuta-|tus nuper in Canem. | Lege, & cum omnibus ouantibus laetaberis. | Ohne Zeit und Ort, 23 Bl. ſtark in 4°.

De fide huius descriptionis dubitare non licet: certe in DIALO-|CVS in voc. *omnibus* et in foliorum numero 23 errores latere videntur. Münchius autem (p. 324) cum sic scriberet „Der Titel der einzig bis dahin bekannten Ausgabe ist folgender: „HOGSTRA-|TVS OVANS, DIALO-|GVS FESTIVISSIMVS. | Ohne Datum und Druckort, 23 Blätter stark, in 4°.", temulenter Panzeriana, ut solebat, conpilasse credendus est.

Digitized by Google

HOCHSTRATVS OVANS

DIALOGVS.

INTERLOCVTORES

HOCHSTRATVS, qui et EROSTRATVS dicitur, Inquisitor Hæretic.
Frater LVPOLDVS, huic in itinere comes, et
EDVARDVS LEVS, Canis ex homine factus.

HOCHSTRATVS. At te dii deæque omnes perdant, perditissime canis, cum §. 1.
ista tua invidentia; Solidum gaudium de prostrato hæretico Capnione coegit me non minus, quam olim curæ, ut in multam noctem vigilarem: modo paululum coibant misero palpebræ, ubi tu, scelerate, latratu furioso totam casulam personas.

LEVS. Er er er wub wub wub!

HOCHSTRATVS. Nihil tibi indolis est, ignavissime, generosi canes tacite vim iræ suæ validam exerunt in adversarios magis dentibus quam muliebri vociferatione.

LEVS. Quid, amice, tam contumeliose?

HOCHSTRATVS. Atat, proh deum immortalem, quid hoc rei?

LEVS. Ne obstupescas.

HOCHSTRATVS. Canisne voce humana uteris?

LEVS. Quidni uterer, qui pridem ex homine in suem et rursum ex ea

---

[4] Erostratus] Ἡρόστρατος, Ephesinus qui præ gloriæ cupiditate insanus Dianæ templum qua nocte Alexander M. natus est, incendit. *Cic.* de N. D. II. 27,69. *Plutarch.* in Alex. M. init. *Strab.* XIV. p. 640. *Val. Max.* VIII. 14. ext. 5. hæretic.] hæreticorum s. hæreticæ pravitatis. [6] canis] qui Erasmum Rot. adlatravit. Cf. vol. I. p. 346. sqq. [7] HOCHSTRTTVS. 2. At te] cf. *Plaut.* Most. I. 1,37. [12] Vuub *1...3.* [13] eſt ignauiſſime generoſi canis, *1. 3.* canes *2.* [20] suem] Ita, ut alia exempla taceam, in Murnari Leviathan epilogo 'Christianæ libertati [*sic*] osoribus universis' inscripto: „... Eccius dedolatus, et cum hoc excisus est. Leus versus in porcum, cæteri omnes prostrati sunt ..." Ita quoque in libello a. 1521. 4°. publicato Ain Kurtzi anred | zů allen myßgünſtigen Doctor | Luthers vñ der Chriſten|lichen freyheit | exordium est: „Herdt hördt alle, der warhait vnd des herren Chriſti | freyndt Hördt hördt, Secht die ellenden, vnſaligen, | vnd verzweyfelten feynde des Doctor Martinus Lu|thers, den Thoman Murner, vnd den Kreter wedel. Vor we=|nig tagen ſeynd ſy menſchen geweſen, Aber yetzund ſeynd ſy | durch ain betriegung, ſo ſy jnen ſelbs gemacht haben, durch | ains Teuffels züthůn vnd zauberey, wölcher Plutus, Das iſt | reichthumb, heyſt, der Murnar in ain Trachen, vnd der Wedell | in ain Saw, der Emſer in ain bock, vnnd Doctor Dam in ain | Eſels kopff vnnd der Alexander in ain Löwen vnnd Eckius mitt | dem Queſten wedel, verwandelt worden, ..." Et hæc ipsa metamorphosis sub ipsa libelli inscriptione depicta est.

Digitized by Google

in hunc modo canem demigravi, quod sub hominis specie suem immundus et lividus canem non minus quam tu vivebam?

HOCHSTRATVS. Perii, imminentem misero mortem ostentum illud omnibus seculis inauditum portendit; adeone lætitiæ maximæ mœstitudo maior it comes?

§. 2. LEVS. Ne time, inquam.

LVPOLDVS. Bono animo sis, pater frater reverende: nam videtur esse vates, ut in bello Troiano equus Achillis. Quid si fausta fortunataque nuntiaturus advenerit?

LEVS. Erostrate, te diu novi, non solum nomine, sed etiam nuper consuetudine quadam familiari; audivi te plurima loquentem cum sodali de superato Capnione et futuro triumpho. vox ista tua minax et subfusca Erostratum mihi indicat: Hochstratum enim nos eruditi Erostratum nominamus ob similitudinem nominis et rei: verum non agnosco eum qui tecum est.

LVPOLDVS. Sum frater Lupoldus, fidissimus Achates huic Aeneæ, qui Erostrato iuris et æquitatis quantum satis est inquisitoribus hæreticæ pravitatis commonefacio, quod tamen non ita multum necessarium est illis, siquidem magistris hæreticorum, quibus quod libet licet pronuntiare; vicissim autem quæ anxie ex præscripto iuris et iudiciorum observata sunt, doceo petulanter calumniari, homo præterea confidens et animosus, qui nihil sum veritus Spiris contra iudices Apostolicos libellos famosos spargere, etiam contra eius loci episcopum, quem scripsi et dixi, etiam cum suis iudicibus, ineptum esse puerum.

§. 3. LEVS. Egregie. Tu es iste frater Lupoldus, opinor, quem vulgo ferunt concacatis soccis fœminalia collo suspendisse, et tamen haud vanus es rerum coniectator; etiamsi non sim, ut putas, vates, certe amicus vobis et esse et haberi cupio, atque socius futuri triumphi, ac monitor fidelissimus, ne quid per inscitiam omittatur quod faciat ad magnificentiam spectaculi.

LVPOLDVS. Reverende pater frater, quisquis est, audiendum censeo, siquidem didicisti diligentia inquisitionis hæreseon magas anus aliquando per assumptos catos et feles locutas, fieri etiam potest quod Catarina tibi olim ada-

---

4 læticiæ *3.* 7 equus Achillis] Xanthus. *Homer.* Il. XIX. 404. sqq. nunciaturus *2. 3.* 14 Lupoldus] Idem qui in Dialogo novo et mire festivo, ex quorundam virorum salibus cribrato zelosissime contra latinizatores novos disputat, et qui in Conciliabulo Theologistarum §§. 31. sqq. 'recepta a magistris qui fuerunt ante nos' contra novas ribaldrias defendit. fidiss.] Cf. *Verg.* Aen. I. 188. 312. *etc.* 17 pronũciare *2.* 19 Spiris] Post utriusque partis, Reuchlini Hochstratique, a decreto Moguntino ad sedem apostolicam interpositam provocationem Leo X. causam fidei Spirensi episcopo Georgio Palatino duci commiserat, qui ei cognoscendæ Thomam Truchsessium Georgiumque Schwalbacensem, canonicos, adiunctis Phil. de Flersheim, Ioa. Vigilio *(Wacker),* Francisco de Sickingen, Iod. Gallo *(Hahn)* et Wolfg. Fabricio Capitone *(Köpflein),* præfecit. Secundum Reuchlinum iudicatum et Hochstratus ad omnes litis expensas ferendas Reuchlinoque florenos CXI Rhenenses restituendos damnatus est d. 24. Apr. a. 1514. Tum Hochstratus non solum non adquievit sed furibundius etiam intumuit: condemnatorii libelli ignesque a Coloniensibus parantur. Cf. infra huius dialogi §§. 26. *Maii* vit. Reuchl. p. 44. 412. sqq. *H. v. d. Hardt* hist. reform. II. p. 8. 21 epm *1. 2.* 24 vanus *omnes. sed tamen in Erratis habet 1:* uerius, lege uanus. es] et *1.* 30 catos] i. e. cattos, *αἴλουρους*, Kater.

Digitized by Google

mata, quam tuus ad omnia sodalis Magister Noster Conradus Colle a te commendatam et aliquanto post mortuam apud auditores suos obortis lachrymis officiose perluxit, laudavit pro concione in grandibus illis commentariis, quæ super Thomæ tumidum tomum priorem tumidiora consarcinavit, eius commeminit religiose, et tu quoque indictis per monasterium sacris magna misericordia quam vivam deperiebas, prosecutus es defunctam, nunc, opinor, per Canidiam Ecciani amoris conciliatricem excitata (ut ea mirifice studet rebus theologicis) vices redditura advenit, pudore autem impedita nomen edere nobis dubitat. eripiam igitur me foras remotis arbitris, haud gravabitur se soli prodere quocum non rarius occulte consuevit, quam cum Magistro nostro patre fratre Conrado Colle.

HOCHSTRATVS. Mane, mane. §. 5.

LEVS. Ipsissimus sum Leus, non mulier, quanquam me leviorem autument, quamvis muliere et inconstantiorem, magisque iracundum. sum, si nescis, inquam, Eduardus Leus, Anglus ille, quanquam non pauci me affirmant aliunde illuc importatum, quod mihi non sint eius provinciæ candidi mores, neque liberalis habitudo corporis; frons brevis, editior, in quatuor acies acuminata suillum indicat, macilenta facies virulentum, impeditus et celer gressus muliebrem, inconstantem, mendacem animum; hinc natam suspicionem .....

LVPOLDVS. Missa hæc face. quin expone quid acciderit, ut canem inires.

LEVS. Ne dixeris Leum canem iniisse, sed quod induerim principio porcum, mox canem, ut vides, alii tamen me calumniantur initum et iniisse modis nefariis, qualibus scilicet tuus iste populus assolet.

HOCHSTRATVS. Cave mysteria hæc vulgus noscat de Leo porco. perge.

LEVS. Lovanii nuper invisus, nam de bonis loquor, propter impudentiam §. 6. et sycophantiam, qua studiis et pietati fui hactenus molestus, impetravi ut literis regis illinc evocarer ad familiam reginæ Angliæ, nempe ut illi essem a sacris: Habet autem id muneris hanc eminentiam, ut sacrificulo illi ieiunandum sit quo ad muliercula satis indulserit somno, quod profertur sæpenumero usque ad horam tertiam pomeridianam: Autor fuit ut eo vocarer Scanditius Minorita, iniquissimus bonis studiis et moribus, cui felicissime omnium cessit hypocrisis et assentatio; nam ad episcopatum non contemnendum his artibus est eluctatus; hic curavit, et cum eo alter quispiam, ut plurimum laudum mearum epi-

---

[1] Colle] Kollin *s.* Koellin, Suevus, Ulmæ ordini prædicatorum inscriptus Heidelbergæ S. Thomam explicavit a. 1507, postea Coloniam translatus gymnasii illius ordinis regens ac moderator sacras litteras interpretatus est. eius ad Reuchlinum et huius ad illum epistulæ celebris causa fidei quasi exordium fecerunt. Vide Reuchlini epp. (Indic. bibliogr. n°. 51.), Maii vit. Reuchl. p. 325. sqq. Hartzh. prodrom. hist. univ. Colon. p. 15. Scripsit etiam contra Lutherum 'opus novum'. obiit a. 1536. [3] commentariis] edit. Colon. 1512. fol. Venet. 1589. fol. 1602. fol. Cf. *Hartzhem.* biblioth. Colon. p. 64. [6] , Nunc *edd.* [6.7] Canidiam] Cf. (Pirckheimeri) Eccium dedolatum. [10.11] P. F. *edd. ut infra sæpe.* [19] hic *1. 2. sed in Erratis 1. habet:* lege hinc suspicionem. *3.* nata suspicio. *3.* Puncta addidi quæ significent a Lupoldo Leum dicentem interpellari. [23] tuus pop.] Prædicatores pædicatores dicit. [26] pietate *1. 3. sed in Errat. 1.:* lege pietati. [27] familiam] aulicam. [29] quod] i. e. qui. [30] Scandicius *3.* Henr. Standish, Franciscanus, theol. Dr. Oxoniensis et a. 1519. episc. St. Asaph, Catharinæ reginæ a consiliis, et vehemens divortii regii inpugnator. contra Erasmicam N. T. interpretationem ipse quoque scripsit. † a. 1535.

Digitized by Google

stola missa referret, quas tamen, quia rege imprudente illi infulserant, episcopus quidam Angliæ doctus iterum expunxit, relicta vocatione quacunque.

§.7. HOCHSTRATVS. Quis est ille episcopus ita malignus tibi? quid taces?

LEVS. Vereor ne, si dixero, id resciscat autor, et sic incipiat aperte male velle.

HOCHSTRATVS. Tacebo.

LEVS. Tu tacebis? sicut consultationem Reuchlini tacuisti, quam vir apertus ad manus archiepiscopi Moguntini secreto scripserat, tu miris technis acquisitam per provincias, per cœnobia diversarum factionum contumeliose publicasti, sparsa etiam in vulgus fama per libellum baptizati Iudæi nomine editum, virum illum integerrimum esse hæreticum, adeo ut ei necesse esset se per apologiam purgare orbi.

§.8. HOCHSTRATVS. At ille tum averterat non solum nominis immortalitatem, sed et auri Iudaici capturam: utramque enim rem facultas auferendi libros Hebræorum attulisset, quod facinus esset singulare et arduum: qui enim super fidei pravitate convenias eos quibus maxime licet, ut nunc sunt, extra fidem manere, præsertim ubi constitutiones Imperatorum et Pontificum repugnent? et quod miseri Iudæi, si non ut ab hæreticis eorum divitias mihi rapiendi fieret facultas, certe coacti fuissent maximo redimere paucorum libellorum usum. cæterum fidus sum ubi perfidia non fecerit ad farinam.

§.9. LEVS. Imo si fecerit ad famam, effluis plenus rimarum, qui Prædicator es et Monachus, nec ita tenax secreti confessionis auricularis. unde alioqui, obsecro, tam expressa notatio occultissimorum vitiorum e suggestu? Iccirco ego, cui cum vestro sodalitio magna intercedit necessitudo, tamen soleo duntaxat ea dicere, quibus palam factis non tam pudor quam probitatis opinio nascitur: huius voluntatis sunt quibuscunque vel indoles liberalior: quis enim sani capitis futili concredit quod proditum notam inureret?

§.10. HOCHSTRATVS. O nefarium hominem, quid ais? adeone ex tuo animo alienum æstimas? privato tibi parum animadvertens Erasmus scripsit paucula verba, quæ tu legenda proposuisti orbi, siquidem orbi te scribere iactitas, et istiusmodi levitatis me quoque insimulas, fidem ipsam severitate superantem,

LVPOLDVS. Græcam scilicet.

§.11. LEVS. Vocatus itaque qualibuscunque literis ad reginæ Anglorum sacra mox ad iter me accinxi, abscessi Lovanio, veni Londinum; sub noctem autem ob oculos nescio qua occasione revocavi quo studio, quanta observantia Prædicatores, et Camelitæ Lovanienses affuissent meditanti mihi insidias Erasmo: contulerunt enim in nidum meum quisque ovum suum, et ita eorum præsidio freti annotationum centonem intra biennium conportavimus, quas domesticus meus rhetor hispanus magna ex parte expolivit, operamque optimam navasset nisi *in* stultitiam, vitium oratori maximum, tam crebro incidisset: pugnant enim

---

[1] infalserant *4.* [1.2] episc.] Wolsey? [4] aperta *1.3.* apta *4.* (!) [8] archiep.] Urielis d. d. 6. Oct. 1510. in Reuchlini Augenſpiegel. p. I. sqq. Cf. *Maii* vit. Reuchl. p. 257. sqq. *H. v. d. Hardt* Hist. lit. ref. II. p. 6. sqq. . Tu *edd.* [10] libellum] Handſpiegel Ioannis Pfefferkorn. (1510.) 4°. [12] apologiam] Augenſpiegel.. [13] euerterat *3.* [18] diuicias *2.* [21] *Terent.* Eun. I. 2,25. „Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo". [23] uiciorum *2.* [26] futile *1.3. sed in Errat. 1.* lege futili. [32] Græca fides, ut Punica, est perfidia. [36] Carmelitæ *4. Immo, de industria electa est canina littera.* [38] Annotationum libri duo, in Annotationes N. T. D. Erasmi. Basil. 1520. [40] in *edd. omiss. addidi.*

Digitized by Google

plæraque, ut figmentum facile agnoscas. In eam cogitationem gratitudinis coniectus cæpi leviter ex capite laborare, qui dolor in horas contentius urgebat, ita ut postridie animum agerem; mortuum autem extemplo Mercurius, postquam Genium meum consultum habuit, quanam ratione hominis vitam transivissem, virga sua monstrifica in eum me porcum abegit, quem tum Lovanii fratres prædicatores alebant; equidem vero multis obsecrabam illum, ut me vel annum permitteret inter aulicos deos obversari corpori restitutum: negat ille ex se id esse aut factum aut unquam futurum: ego autem, qui potentem novi deum, §. 12. ut conetur saltem, etiam atque etiam insto atque urgeo, mihi enim exorsam telam pertexendam, augendum Lei nomen, attenuandum Erasmi, quod apud Anglos longe omnium honestissimum habetur: præsidia huic rei firmissima sita in Monachis, qui modo in aulis principum soli regnant: tantum enim potest argutissima hypocrisis, sed cum magno malo totius orbis id potest. Ibi me deus ille versipellis peramice intuitus, ut unice deamat mendaces, fucatos, homines fidei non admodum adamantinæ, 'Fata' inquit 'prohibent, Lee magnifice, ne unquam reviviscas; quin abactus Lovanium ante proximam lucem in porcum crassum spurcissimi cuiusdam cœnobii tuorum aut Camelitarum aut Prædicatorum commutaberis. porro quod ad me attinet, ne tota expectatione frustreris, §. 13 persuadebo Apollinem, quo idolum tui herbis et carminibus efficacibus confictum substituat, pro Leo facturum sacra reginæ, sed inania, nimirum inane ipsum et omnino expers divinæ illius auræ, καὶ τὸ ὅλον ἄπνοον: poena enim Promethei, qua huius solertiam animum indentis figmento suo severe sancivit Iupiter, cautum Phœbum deterret, quo minus tibi audeat salientem sub lævo pectore vim a Iove suffurari et cordatum reddere. itaque ego porcus Lovanii in Anglia esse arte, ut dixi, Apollinis videor; atqui frustra speravi circa simulacrum Lei sacrificuli certamen incrudescere elegantiæ et barbariei, quemadmodum circa Aeneæ statuam Græcorum et Troianorum olim incruduit. O duram sortem: nam me negligunt sophistæ ceu parum sophistam; eruditi velut inermem et arcu et sagittis nudum serio congressu dedignantur, quanquam odiose petulantiores quidam ludere in me non cessant; denique reginæ animus erga me ....

LVPOLDVS. Desine querelas, obsecro, tametsi iustas, et de ingenio porci §. 14. Angli agas.

LEVS. Quid, malum, de ingenio porci audies, quod nullum penitus habui, siquidem porcus eram, cui anima pro sale est, haud secus atque ociosæ turbæ Monachorum, quibus vita nihil est usui quam ut condiat carnem ne putrescat, qui numeri sunt et fruges consumere nati, qui telluris inutile pondus, præterea nihil, non serunt, non metunt, tantum fruuntur, et vorant demessos fructus, quos ab agricolis aut promissis preculis aut societate meritorum fa-

---

[2] contentius] intentius. [4] Geniū *1. et tamen in Erratis legitur:* Senium, lege Genium. *statim autem adiectum est* „Quædam tamen horum non in omnibus reperientur. Si quæ tamen præter hæc se obtulerint, diligens lector suo facile corriget iudicio". [14] deus] sene *1. 3. sed in Errat. 1.* lege deus. [17] Carmelitarum *4. Cf. supra* §. 11. [19] Appollinem *3.* [21] *κ. τ. ὅ. ἄπ.*] totumque sine calore, ignis expertem. Prometh.[Cf. e. gr. *Hygini* fabb. 142. 144. [23] leuo *1. 2. 3.* [25] Appollinis *3.* [27] circa Aen. st.] *Homer.* II. v. 449. sqq. [37] num.] *Horat.* epp. I. 2, 27. „Nos numerus sumus et fruges consumere nati". tellur.] *ἑτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Homer.* Il. XVIII. 104. cf. Odyss. XX. 379. [36] non ser.] Evang. sec. *Matth.* VI. 26. [39] præculis *2.* societati *1. 3.*

Digitized by Google

ctionis suæ, quæ nulla extant, aut blandiciis vanisque ceremoniis, nugis nugacissimis comparant, de quibus scriptum est 'In labore hominum non sunt et cum hominibus non cæduntur flagris, propterea tenuit eos superbia': nihil enim impatientius, nihil intolerabilius humili patrum fratrum Reverendorum fastu, et omnia arroganti eorum supercilio de omnibus detrahunt, damnant, calumniantur, et tamen nihil vel ferendum edere possunt, nihil consiliis et tantundem armis valent, nisi arma dixeris malam mentem, peiorem animum, pessimum exemplum, linguam veneno tinctam, et id genus Fraternalium virtutum: et adhuc rogas de ingenio porci apud porcos Prædicatores nutriti? fabulæ!

§. 15. LVPOLDVS. Bona verba! istud non agebam: didici pridem ex Magistris Nostris, quanto ingenio ad nocendum sis præditus: quid autem Leus porcus inter fratres tuos feceris tulerisve quæro.

LEVS. Quid? voravi furfures otiosus inter ignavos, pinguis inter ventres crassiores, stultus et bardus cum stuporibus et saxis agebam, passus vero atrox fatum, dissectus in frusta delicatulis Prædicatoribus palatum refeci; demigravit animus iubente Proserpina in hunc Canem, alioqui totus egestus in latrinam misere.

HOCHSTRATVS. Hui, Leus oletum est?

LEVS. Tu comesse potes, amica luto sus, canis modo sum, splendidam aliorum gloriam arrodere soleo, non stercus, quod inquisitorum videtur, tametsi sub porco degens te fortiter iuvi et docui.

§. 16. HOCHSTRATVS. Dic, sodes, quo ingenio sus Minervam docuisti?

LEVS. Minervam? ista Minerva paulo ante in stupro et adulterio deprehensa est. ne dissimula, ingenium tibi suillum profuit.

HOCHSTRATVS. Qua ratione, obsecro?

LEVS. Accessisti haram meam vesperi quodam a cœna comitante reverendo Magistro Nostro Ecmundensi Camelita, quem hospitem rogaras, opinor eo loci levaturus vesicam; arrectis tum auribus accepi tristem tibi nuntium venisse a patribus reverendis, Franciscum videlicet Sickingerum esse asserturum in tranquillitatem senem illum Capnionem, varie iactatum a te septem annis, porro illos quodammodo similes cessuris tempori videri, te vero necdum animo fractum in noctem proximam reiecisse consultationem, ubi cautum omnibus latebris prætentatis tutum sis initurus consilium, ne quando vel causa cadas vel

§. 17. magnum malum tuo invehas capiti inconsulta celeritate: magnanimus itaque Agamemnon vocasti in concilium istud nocturnum per fratrem Lupoldum Latomum Ulyssem tuum, qui tum altum hauriebat somnium contra Lutherum, asserentem quemlibet hominem ex præiudiciis Pauli apostoli peccatorem esse; verbis autem

---

[1] exstant aut blanditiis *3.* [3.4] impacientius *2.* [4] intollerabilius *2.* [9] fabulæ] = bummeß Geſchwätz! *Possis etiam* rabula! [13] ociosus *2. 3.* [22] Sus Min.] *Fest.* „'Sus Minervam' in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cuius ipse inscius est". *Cic.* Acad. I. 4. „..inepte quisque Minervam docet". [27] Carmelita *4.* Cf. *(Neseni)* Epistolam de Magistris Nostris Lovaniensibus, cuius particulam exhibuimus vol. I. p. 171. sq. n. LXXVIIII. [29] Franc. Sick.] Cf. supra pagg. 438. sqq. [31] cessuros *4.* [34.35] Agamemn.] Cf. *Homer*, Il. II. init. [35] Latomum] Non Bartholom. *Masson*, Arlunensem, nec Ioannem Latomum, sed seniorem Iacobum *Masson*, Camberonensem, AA. et theol. D. qui Lovanii ab a. 1500. docuit, hæreticæ pravitatis inquisitorem, Lutheri doctrinæ hostem, primatus Pontificis Rom. et monasticorum institutorum defensorem acerrimum. † a. 1544. Effigiem hominis exhibet Foppens Biblioth. Belg. ad p. 520. [37] *Paul.* ep. ad Gal. II. 17.

Digitized by Google

tuis præsentem rogasti Ecmundensem, Nestorem illum perversum senem delirum, odiosum, barbarum, æqualem tibi, cuius ex ore amarior felle fluit oratio, quem ferunt ex Invidia, deterrima dea, Cerberum sustulisse, et eum in hanc lucem exposuisse quartam Furiam ad vexandas res humanas ferali latratu. Sunt qui huius te germanum autument, eodem ab illo partu simul effusum, pestem nimirum maximam bonis studiis Christianisque moribus, quanquam ego, ne mentiar, haud parum momenti ad utramque rem dissipandam contuli, verum ad tui imitationem.

LVPOLDVS. Digrederis nimium, revoca te in viam, et ostende quomodo §. 18.
Reverendo patri fratri Iacobo Hochstraten profueris porcus.

LEVS. Eo tendebam: intellexi probe meum quoque ferrum (quod aiunt) in igne esse, rem agi communem: mea enim permultum interest victorem evadere barbariem et Fraternalem superstitionem, cui sum lacessito Erasmo patrocinatus: cœpi animum pro captu meo ferendi vobis suppetias, et grunnitu sonoro noctem conatus sum ab oculis senatorum illorum detergere, ne quid iniuriose, ne quid dormitanter aut ignave aut quod parum subsistat, inexpensa et somniculosa ratio suggeret: assidua enim et diutina cogitatio eruit abstrusa procul.

HOCHSTRATVS. Sedulitate nocuisti, frater: nam conclavi quodam intro- §. 19.
clusi quisque suo ingenio attoniti meditabamur; Latomus genibus connixus aure sinistra humi hæsit, podice versus cœlum sublato, siquidem circularis figura perfectissima nobis plurimum diligitur. superne afflatum sic expectavit, mi Eduarde, et Megæra, si recte commemini, in aurem illi tum colloquebatur nescio quid ad nostram utilitatem spectans; Ecmundensis, ut est non satis sanus, utrinque caput crebro iactavit, concussis etiam sæpenumero humeris, modo annuens, modo renuens, commutatis identidem vicibus; ego autem, quoniam vertex sum Theologorum, paulo post egressus cubiculum ascendi perticam illam, cui gallinæ insidebant, supra gallum gallinacium, quod decuit, quia sum primas facilitatis nostræ, demissis utrinque pedibus eo loci me confirmavi; sic vicinior superis arripui diviniorem influxum, nec attactu obstitit malitia terræ, quæ solet sublimia contemplantibus Theologis, si huic inhæserint, ferme crassum instillare sensum; quemadmodum vas impurum vini vim corrumpit et ad se trahit, ita §. 20.
terra eorum qui ei insistunt, aciem obtundit et semet abripit ad terrena: iccirco dictum videtur ad huiusmodi homines 'Terra es et in terram reverteris', nos vero Theologi cœlum sumus, sicut scriptum est 'Cœli enarrant gloriam dei'.

LEVS. Sed atrum sidus erexit medius Latomus, opinor.

LVPOLDVS. Utinam, Lee, cometam illum pilosum lingua tum late explorasses.

LEVS. Optarit hoc poeticus populus. Sed quid sic paratis boni in mentem venit, Erostrate?

HOCHSTRATVS. Nescio: nam totum inventum omnibus nobis excussisti, §. 21.
obstupefactis clamore tuo; silentia omnia late tenuerunt, interquievisti et tu aliquandiu, mox inopinato prorupisti in acerrimum grunnitum, ut vix nostri com-

---

10 patri fr.] P. F. *edd.* 11 ferrum i. i. esse] *Senec.* lud. de morte Claudii IX. 6. 21 cælum *2.* 23 Megera *edd.* 26 facultatis *4.* facilitatis *1. 2. 3. non per errorem, puto.* 33 semet] semel *edd.* arripit *2.* 33.34 Idcirco *4.* Terra] cf. *Psalm.* XL. 10. XLI. 13. 35 cælum *et* cæli *3.* scr. est] *Psalm.* XVIII. 1. 37 Leo *1. 3. 4.* linguatum *3.* lingua] rostro, nam Leus tunc porcus erat. 39 poet. pop.] i. e. bonarum litterarum contra theologastros defensores.

Digitized by Google

potes essemus, et quemadmodum fragor fulminis incidentis in tecta ei qui sub his dormit, omnes somnii species obliterat, ita nobis cogitationem vincendi subtilissimam tuus extinxit grunnitus, ne vestigio quidem vel tenui relicto.

LVPOLDVS. Quam nihil interest, an pecces intempestiva benevolentia an simultate!

§. 22. LEVS. Certe equidem moliebar utilem vobis operam navare, et secus cecidit; sum extra noxam, si animum spectes. ecquid igitur? num posterior cogitatio eandem vincendi rationem iterum pervestigavit?

HOCHSTRATVS. Nihil minus: necesse habui vulgatam incedere viam, agere literis commendatitiis, pecuniis niti et largitionibus immodicis, ut magnæ sunt opes nobis mendicis, atque mendacia struere contra insontem, quæ non insolens atque imperite confinxi, atque haud difficulter credita sunt Romanensibus: nam ex animo illorum conficta erant, siquidem iniquissimi sunt omnibus ingeniis Germaniæ, quod nimium anxie Christi dogmata suscipiant, explosis hominum commentis, tanquam adulterantibus synceritatem religionis, quæ res quæstum illis avertit, et ad spem reparandæ libertatis Germaniam excitat, oppres-
§. 23. sam aliquot seculis dura tyrannide pontificum Romanorum. totam hanc invidiam in unum Capnionem contuli, tanquam ad fontem et caput mali, at verisimilia omnia, nempe agmen eius ordinis erupisse, postquam ego, fortissimus Rhomanæ potestatis satelles, primum impetum in illo confregi, qui solet esse acerrimus, exeruisse literatos capita, ceu tyranno graviter imminente excusso redditam libertatem, quemlibet quidvis et dixisse et scripsisse; neque me unum tantæ moli sustinendæ idoneum, convocatis etiam auxiliis Coloniensium et Lovaniensium theologorum, fidissima quidem subsidia sunt ab illis, sed imbecillia, quæ mediocris etiam eruditio levi articulo repellit; in ducem huius tumultus, Capnionem, edenda dira exempla ad terrendos alios, Lutherum periisse perdito illo, neque verendum ne posteritas frænum abiiciat, superstitione servante excubias in utramvis aurem dormiendum Rhomanis, nihilque posse sana iudicia, quorum mira futura sit paucitas, quando ingenia rei familiari quam literis ita
§. 24. contemptis maluerint studuisse. Reverendus pater Thomas de Vio Caietanus Cardinalis, qui pontificiam potestatem plus quam omnes Augustini de Anchona, quam omnes Alvari, plus quam universa turba Canonistarum impudenter adulantium, eo libello quem 'de potestate summi pontificis' inscripsit, extulit longe super Petrum: nam in angelos imperium exercere et miseras animas catervatim ad inferos pro libidine deducere sanctissimo domino nostro impune permittit, illumque pronuntiat anathema esse qui audeat vel hiscere contra; quanquam alii constanter aiunt hinc præbitam ansam ingeniis Germanorum, quæ pastorem

---

[2] speties *3.* ſpēs *1* [20] Romanæ *3.4.* [28] *ἐπ' ἀμφότερα καθεύδειν τὰ ὦτα. Polluc.* II. 84. Cf. *Plaut.* Pseudul. I. 1,121. [30] R. P. *edd.* „Thomas de Vio, a patria, arce regni Neapolitani ad mare Tyrrhenum sita, dictus, natus a. 1469. ord. Prædicatorum in conventu Caietano, unde Caietani cognomen, a. 1491. Lector artium Patavii, post Magister Theologiæ Brixiæ, Ticini et Romæ docuit, a. 1517. Cardinalis tit. S. Sixti, varia cœtus sui negotia gessit et a. 1534. obiit". Hæc, ne plura de notissimo homine, ex *Fabricii* bibl. Lat. med. et inf. æt. VI. p. 739. [31] Ancona *4.* Augustinus Triumphus, Anconitanus, ord. Augustin., inter alia scripsit Summam de potestate ecclesiastica. † a. 1328. archiepiscopus Nazarenus Neapoli, æt. a. 85. Cf. *Fabric.* l. c. I. p. 401. sq. [32] Alvari] puto de Pelagio dici, discipulo Ioa. Scoti, ord. Minor., Ioannis PP. XXII. pœnitentiario, Summæ de planctu ecclesiæ auctore. Cf. *Fabric.* l. c. I. p. 202. sq.

Digitized by Google

populorum, non depastorem, non depopulatorem, et patrem, non perditorem atque extinctorem in summo pontifice agnoscunt: sed mihi non videtur, cum ni- §.
hil nimium dici possit ad augendam maiestatem ecclesiæ vel invito Christo, quod ab utili et honesto videre est: quid enim honestasset et locupletasset ordines mendicantium, si non maiores nostri desudassent feliciter confirmandis viribus clavium ecclesiæ, si non reges et proceres mundi coegissent in numerum servorum facientium pontificia imperata? et ne nimium prisca referam, quid Eccium auxit sacerdotio ditissimo et quingentis ducatis, quam quod fortissime adulatus est? Quid putas facient alii qui obnoxii sunt pontifici propter donatas abbatias, episcopatus, præposituras, galeros Cardinalitios, quæ solent alioqui Rhomæ venire maximo? certe inclinabunt in parietem feliciorem, et prudenter, mea quidem sententia; decet enim quemlibet remetiri gratiam, sive iure sive iniuria, nihil refert. quare et vehementer probo reverendum patrem fratrem Silvestrum, Magirum sacri palatii, qui docte insistit iisdem vestigiis, Sed ad §. 26.
rem, Thomas Caietanus Cardinalis S. Sixti viam ad aures Rhomanas mihi præstruxit, qui affirmavit maxima contentione Germanos abiecturos iugum, nisi atrocissime in autores redeuntis ad Germanos iudicii animadversum fuerit. Præterea Adrianus Cardinalis Derthusiensis, Theologus cum ingenti supercilio fucatissimus, pectus cæsareæ aulæ, in hoc literas Rhomam ex animi mei sententia nomine Imperatoris scripsit, et (ut in me nullus neque famæ neque pœnæ metus) sequestravi e patribus ordinis nostri, qui tametsi sacramento Philippo de Flerscheim Canonico et Cantori Spirensi, et editis etiam literis suorum cœnobiorum signis confirmatis sese obstrinxerant, quod essent curaturi, ut causa illa perpetuo silentio obliteraretur a summo pontifice, testati tamen sunt literis ad Romanenses, me monitore, quod pro concordia et extinctione causæ scripserant, id nihil ex animo scriptum, sed tantum avertendi periculi causa. fuerunt autem missæ literæ in hoc Rhomam a Cardinali Moguntino, a Palatino principe electore, et a concilio Prædicatorum, quod Francofordiæ tum coierat, iuxta exemplar exhibitum iis, quos illi exorarunt arbitros inter Franciscum Sickingerum et patres ordinis. Postremo interminati sumus nihil quempiam ex nostra §. 27.
factione in toto orbe adversus Lutherum pro pontifice dicturum, nisi condonata condemnatione Reuchlini. His rationibus effeci vulgatis quidem Rhomæ licet paulo impudentioribus, mi Lee, non sine magna vi pecuniarum: nam Petrus Anconitanus Cardinalis in officio tenendus fuit, ut sententia Spirensis dam-

---

[5] fœl. *3.* [7] impetrata *3.* [11] Romæ *3.4.* fœliciorem *3.* [13] R. P. F. *edd.* [14] Cf. art. Silvester Prierias. Magirum *edd.* magirus = cocus. *nolui scribere* magistrum. [18] Adrianus cardinalis Dertusiensis, postea Adrianus PP. VI. Cf. epistulam Adriani de Traiecto ex Mechlinia d. 21. April. a. 1514. ad Bernardinum (Caravajal) Cardinalem S. Crucis scriptam ap. *Friedlænder* Beiträge. p. 111. sq. Idem d. 29. Mart. a. 1520. „Compostella scribit ad s. facultatem theol. Coloniensem, laudat eius zelum, et opem promittit contra Ioa. Capnionem et Franc. de Sickingen". *Hartzheim.* prodr. hist. univ. Colon. p. 18. Drechtuſieñ *1. 3.* Drechtusiensium *4.* (!) Derthtuſieñ *2. sed in marg. 1. est* Derthuſieñ. [19] Romam *2. 3.* [21] facr̃o *2.* [22] Flersheim *3. Cf. supra adnot. ad* §. *2.* [27] Romam *3.4.* Palatino princ.] Ludovici comitis Palatini ad Leonem X. Heidelbergæ d. 20. Mai. a. 1520. datæ prædicatorias commendantes litteræ extant ap. *Friedlænder* l. c. p. 116. sq. [28] concil. Francof.] Has litteras die 10. Mai. a. 1520. scriptas supra p. 446. sq. repetivimus. [33.34] Cf. art. Accoltis, Petrus de. sent. Spir.] *Cf. supra adnot. ad* §. 3.

Digitized by Google

naretur, quam comprobarat antea Cardinalis Dominicus Grimannus. deinde editi per me ex diversis ordinibus, et item Lateranense concilium.

LEVS. Quid audio?

§. 28. LVPOLDVS. Nihil novi: solenne est Rhomanis iudicibus eandem rem ex iisdem actis iudiciorum nunc probare, nunc improbare, ut regina Pecunia iusserit, et suaserit commoditas: nam utile ab honesto longissime distat.

LEVS. Quantum intelligo, verum est illud Aristophanicum

Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γὰρ ἔσθ' ὑπήκοα.

HOCHSTRATVS. Hoc nomine mihi minus charus es, quod Græcus es.

LEVS. Non est causa, cur minus sim charus, quoniam graece parum scio, sed magnopere apud sciolos scire videri cupio; forte audivi eum versum a meo rhetore, quem memoriæ demandatum occino frequenter, cygnus inter anseres.

LVPOLDVS. Hoc est, ni fallor, 'Corvus inter picas', quia videris Theologos significare.

§. 29. LEVS. Per maiestatem Theologicam oro, Erostrate laudatissime, ne graveris causam reddere, cur in octavum annum cessaris.

HOCHSTRATVS. 'Cessarim' ais? hoc unum egi perpetuo, ut perderem ex charitate fraterna incitatus inimicissimum Capnionem. quanquam a Spirensi episcopo provocans Rhomam, conabar moras infinitas nectere, ut interim defuncto adversario impune liceret insultare, neque deterruisset, quod aiunt, cum mortuis tantum larvas luctari; nam iterum vulgo fertur, Tutum esse mortuo leoni barbam vellere. Verum securo animo Capnion hoc telum elusit impetrato in iudicem Dominico illo Grimanno: is, ut fuit sapientissimus theologus et integer, totius causæ angulos excussit, et secundum iustitiam pronuntiasset, nisi solito ingenio curassem illi mox adiungendum Petrum de Accolitis Cardinalem Anchonitanum tituli S. Eusebii, qui peritissimus est in Regulis Cancellariæ fundendis et refundendis et Registrorum foliis enumerandis, sed nudissimus lite-
§. 30. rarum sacrarum, et plane nihil ad Grimannum. Proinde novo labore tandem sum consecutus, ut adderetur tertius Bernardinus Cardinalis S. Crucis: tum res

---

[1] De Dominico Grimano card. cf. art. Marci, card. s. [2] editi per me] i. e. effeci ut ad iudicium ordinarentur. . Et item *edd.* [4] Romanis *3. 4.* [7] Aristoph. Plut. 146. (divitiis enim omnia obœdiunt.) *τῷ πλοῦτεῖν* (*omiss. γὰρ*) *2. τῷ γὰρ πλουτεῖν 1. 3. πλούτει ἔστιν 4.* [11] forte audivi] Ipse Reuchlinus eo versu usus erat in ep. ad Adrianum card., quam ad §. 30. indicavimus. [12] cygnus] „.. argutos inter strepere anser olores" *Verg.* ecl. IX. 36. [13] Luditur proverbiis ex vulgaribus fabulis desumptis. Cf. *Pers.* prol. i. f. „Quod si dolosi spes refulserit nummi, Corvos poetas et poetridas picas Cantare credas Pegaseium nectar". [20] Cum mortuis non nisi l. l." *Plin.* H. N. præf. i. f. [21] Tutum] *Martial.* epigr. X. 90. i. f. „noli Barbam vellere mortuo leoni". Cf. Græc. prov. *λέοντα ξυρεῖν, λέοντα νύσσειν.* [25] Auolitis *4. Cf. supra* §. 27. [26] Anconitanum *4.* tit.] TT. *1. 2.* T.T. *3.* [29] Cf. art. Bernardinus Caravajal. Ad rem vide Reuchlini ep. ad Adrianum card. s. Chrysogoni dat. IIII. kal. Ian. a. MDXIII. (1514.) apud *Friedländer Beitr.* p. 24. sqq. „.. papa causam meam Reverendissimo Grimano primum commiserat. Sed Bernardinus, ingenio se suo preciosus iudex sublegatus ita ingesserit, ut omnibus invitis et me ignorante Iacobum adversarium ab excommunicationis vinculo absolverit. Gloriantur denique de multis pecuniis Romam missis, quibus et urbem et urbanos empturi sint, et propterea certi de victoria ...". Ad eundem acerrimorum Reuchlini adversariorum Coloniensium theologorum et Adriani de Traiecto epistolæ vere anni 1514. scriptæ extant ibid. p. 108...112.

Digitized by Google

in vado erat propterea quod hic sit Thomista pertinacissimus, et strenuum bellatorem se exhibuerit aliquando in Germania adversus Petrum Ravennatem. Grimannus adversus duos nihil potuisset, quandoquidem sententiæ non expenduntur, sed numerantur; atqui opera doctissimorum quorundam Cardinalium Cardinalis S. Crucis revocatur; ego vicissim extorqueo, ut ederem archiepiscopum quendam, episcopos, prælatos, generales, procuratores ordinum, pœnitentiarios, copiistas quosdam: intelligis enim vim vocum.

LEVS. Utcumque. §. 31.

HOCHSTRATVS Tota res ex Actis pendebat, neque dubitatio ulla quam non excluserat annexa libello responsio; tamen meis artibus effeci, ut patribus fratribus reverendis D. theologis et utriusque iuris professoribus cognitio demandaretur, hoc est, ut urso præsente vestigia legerent.

LEVS. Quid istud?

HOCHSTRATVS. Videbam in eo cœtu multos aut mihi amicos aut iniquiores bonis studiis; nam aderat simul Thomas Caietanus, Silvester Prierates et frater quidam prædicator, rerum gestor totius ordinis, deinde pœnitentiarius quidam, omnes de divi Dominici familia, sollicitatores causæ et pro more nostro simul cognitores interfuerunt: nihilo tamen secius potentissima veritas evasit §. 32. superior: nam cœperunt de scriptis suffragia dicere in templo beatæ Mariæ de pace Georgius Benignus archiepiscopus Nazarenus, theologus antiquæ eruditio-

---

[1] 'in vado salutis res videtur'. *Plaut.* Aulul. IV. 10,73. 'omnis res est iam in vado'. *Ter.* Andr. V. 2,4. [6.7] copistas *4.* [8] Vtrūqȝ *1.* Vtrunqȝ *2.* Vtcumqȝ. *3.* Utcunque *4.* [11] D.] dominis *aut* doctoribus. [12] urso *etc.*] ἄρκτον παρούσης τὰ ἴχνη ζητεῖς. *Diogen.* II. 70. *Zenob.* II. 36. De timidis venatoribus præsentis ursi periculum effugientibus dum vestigia ipsius persequi simulant. [20] Georgius Benignus, ord. Minor., Ragusanus non solum hoc volumine sæpius inter Reuchlini fautores nobis obviam factus (e. gr. I. p. 169.) pro Reuchlino contra Hochstratum dialogum edidit. cf. supra pag. 359. Ad hæc et sequentia Hochstrati dicta explicanda facit Reuchlini liber 'Acta Iudiciorum', cuius ultimum folium sic habet: „... Visis igitur a quolibet scriptis Ioannis Reuchlin in iudicio .. receptis, Visis et auditis etiam in contrarium a fratre Iacobo allegatis tandem afferentes unusquisque sententiam suam cum rationibus et allegationibus roboratam convenerunt in publicam sessionem Anno domini MDXVI. secunda Iulii præsentibus viris innumerabilibus. Et tunc primus omnium Archiepiscopus Nazareus sacræ theologiæ Doctor clarissimus iustificavit et approbavit Oculare speculum, et condemnavit sentimentum Parisiensium et aliarum universitatum adversus illud consulentium. Secundus Episcopus Malfetanus Græcus natus pariter confirmavit, et dictavit etiam Fratrem Iacobum inquisitorem et accusatorem esse puniendum. Deinde episcopus Forliviensis pari voto, Et sic de reliquis per ordinem, Qui omnes et singuli pro Ioanne Reuchlin ac eius innocentia et intemerato libro suo tulerunt sententiam absolutoriam, Præter Magistrum palatii de ordine prædicatorum qui noviter factus fuit magister, Nam prædecessor suus ille ante eum magister palatii prius sæpe ac publice astipulatus est innocentiæ Reuchlinianæ, Et Oculare speculum tunc denuo iusserat Romæ imprimi tanquam non scandalosum sed magis ædificativum. Cæterum quando hæc vota tot et tam illustrium ac præclarorum hominum audierat Frater Iacobus prædicatorum inquisitor, mox et auxilio fautorum, et præterea more curiæ mandatum summi pontificis impetraverat de supersedendo ..." Cf. etiam Epp. O. V. II. 53. i. f.

Digitized by Google

nis, et episcopus Malfetanus, Græcus natus idemque doctissimus senex, et Petrus Gryphus episcopus Foroliviensis contra Hochstratum ad confirmandam sententiam Spirensem; quibus auditis Magister Noster Sylvester Prierates per Nicolaum de Schouenberg extorsit mandatum, ut vocant, apostolicum de Supersedendo: sic nobis interim nova molientibus productius tempus obvenit.

LEVS. Video miram sedulitatem.

§. 33. HOCHSTRATVS. Mihi crede nihil omissum quod faceret ad famam nostram tuendam et ad perdendum Capnionem: nam cum semel crebra flagitatione Capnionis iussi essent Grimannus et Anchonitanus pronuntiare, effeci ut seorsum de scripto pronuntiarent, et quo minus de successu dubitarem, apposui nova iura, nempe almæ Universitatis Coloniensis et huius sororis Lovaniensis Sentitimentum: atqui antiquatum fuit et accurate excussum et reiectum tam a patribus concilii Lateranensis quam ab aliis cognitoribus: respondebant tum quidam dicaciores sorores illas Universitates olim forte virgines modo mereri prostitutas et impudentia scorta omnia superare, quod ausint de toto libello pro-
§. 34. nuntiare, cum testentur se duntaxat vidisse consultationem, et non adiunctam sub uno titulo declarationem: sic solent, magnanime Lee, argutuli illi ludere nostratia: in summa, tempori tantisper concessi, et subornavi Anchonitanum, qui patronis Reuchlini non semel diceret Pontificem nolle contra illorum clientulum ferre sententiam, neque iure licere quidem; at pro eo pronuntiandum non esse, quod fratrum et Theologorum agmina offendisse non expediat: sumus enim columina Pontificiæ structuræ, ruit universa in nihilum collapsis nobis; iccirco et nunc quidem nos servatos valere apud populum autoritate prima volunt, quod illis videtur tibicen Ecclesiæ Rhomanæ: itaque male securum reddidi Capnionem, et nunc velut ex insidiis inopinantem adortus pro-
§. 35. stravi feliciter et confeci penitus. Hic animadverte quantis ærumnis et muneribus expugnaverim pudorem iudicum, qui sine gravi verecundia nescierunt modo condemnare quod per septem annos non potuerunt, et quod illi ipsi iudices toties testati neutiquam esse condemnandum, quanquam occasio multum adiuvit, quæ est optima rerum gerendarum administratrix: nam a Rhoma solverat Stephanus Rosinus, illic Cæsareus procurator, et Ioannes Wyck, patroni Capnionis, Grimannus extorris factus, Nazarenus, Malfetanus et Foroliviensis episcopi mortui, qui iudices huius causæ; mortuus Cardinalis Senogalliensis, exautoratus Adrianus Cardinalis S. Chrysogoni, deportatus Franciscus de Sode-

---

[1] Walfetanus *4.* [3] M. N. *edd.* [9] Anconitanus *4. ut ubiq.* [10] descripto *1.2.* pronunciarent *2.* [14] dicatiores *2.3.* [15] pronunciare *2.3.* [17] argutili *1.2.* [20.21] pronunciandum *2.3.* [23] idcirco *4. ubique.* [24] Romanæ *3.* [30] Rhoma *3.* [31] Vuyck *1.2.3.* Uvyer *4.* [32] extorris factus] Nisi h. l. Grimanus pater cum filio conmutatus est, quid sibi verba *ext. f.* velint nescio. Nazarenus Malfetanus, *edd.* [11] Senogaliensis *4.* Senog.] Marcus Vigerius Savonensis, episc. Senogalliensis, ep. card. Prænestinus, ordinis Minorum, dictus Senogalliensis. Iulius II. cardinalem eum fecerat a. 1505. † 18. Iul. a. 1516. æt. a. 70. cf. *Ciaccon.* III. p. 422. [34] cf. art. Hadrianus. Franciscus de Soderinis Florentinus, natus a. 1453. sub Iulio II. et Leone X. ob singulares virtutes in Rom. curia maximo in pretio fuit. Sub Leone X. uti conscius coniurationis in ipsum Rom. Pontificem a nonnullis Cardinalibus actæ meritas pœnas subiisset, ni ad Leonis pedes provolutus veniam publice in Consistorio petiisset ... Leo Cardinalium precibus Franciscum numeratis prius XXV millibus aureorum venia donavit, qui ab Urbe recessit versus Præneste, deinde

Digitized by Google

rinis, viri optimi et integerrimi atque amici præcipui adversario propter summam illius eruditionem. ad hæc infesti sunt nunc Rhomani Germanorum literaturæ et libero eorum iudicio liberiorique calamo.

LEVS. Es accusator, ut video, fortissimus, non secus atque fortissimus §. 36.
disputator est Magister Noster dominus Ioannes Eccius Maioris, theologiæ doctor et ordinarius et procancellarius almæ Universitatis Auripolitanæ, Canonicus Eustettensis et pastor S. Mauritii Ingolstadii.

LVPOLDVS. Quousque titulum?

LEVS. Hactenus, nisi velim de spe aliarum dignitatum tantum non præsente loqui, nam ei in manu fuisset galerum non solum protonotarii, sed etiam Cardinalitium nancisci, sicut audio eum ipsum a Rhoma scripsisse avunculis.

LVPOLDVS. Vereor ne vana scripserit; neque illi facile tribuerim disputandi primatum; quin hic meis princeps in diatribis regnum obtinet.

LEVS. Quem mihi principem narras?

HOCHSTRATVS. Ego princeps sum Magistrorum Hæreticorum, habeo sub §. 37.
meo districtu tres archiepiscopatus, Coloniensem, Trevirensem et Moguntinensem, qui omnes Erostrati imperata faciunt, quanquam mihi iudici et actori contra Reuchlinum sedenti Moguntiæ et iamiam condemnaturo libellum huius parum officiose respondit Moguntinus: egit enim semper pro pace, ubi ego moliebar omnibus nervis auferre peccatorem a facie terræ et purgare per ignem: iccirco postquam perire videt anxium reum, commonitus a Laurentio Thrusses de Bomborsfelden, decano Moguntino, viro in rebus gerendis dexterrimi ingenii, mox iubet imperiosis literis, ut ipsi ceu ordinario permittam simul de causa cognoscere; ego fugienti similis in itinere inquam 'O Moguntiam, quis cogitasset in te tali nido tales fuisse aves!'

LEVS. Pugnaces sunt, mediusfidius, qui præsentem prædam tibi vulturi ex ungulis avulserint.

HOCHSTRATVS. Rem tenes: nam interea per literas Pontificias iudicis par- §. 38.
tes cedere et unius actoris tueri apud Spirensem episcopum coactus sum: nihil habui quod opponerem, neque familiaritas aut necessitudo aliqua cum Spirensibus adversario intercesserat, qui melioris etiam famæ, quam ut verisimiliter licuisset fingere suspicionem largitionis, præsertim cum episcopus per se edidisset cognitores causæ. Præterea superior sum viribus disputandi, sicut frater Lupoldus affirmavit, Ioanne Eccio, cuius argumentum extat in Petro Ravennate meorum argumentorum telis fuso. quicquid ego vel somnians loquor, oraculum est, autoritate inquisitoria corroboratum, murus tutissimus contra antagonistæ missilia, ignis est, flammis enim trado qui mihi in aciem egresso non continuo trepidus herbam præbet, nisi manus nostræ paternitatis Reverendæ evaserit: testis est medicus Hollandus, charus principibus, quem combussi §. 39.
in Haga Comitis; frustra proceres eius provinciæ intercesserant, frustra flens

---

habuit licentiam a Papa manendi extra urbem, ubi ei placeret *etc.* † a. 1524. æt. 70. Episcopus Ostiensis et sacri collegii decanus. *Ciaccon. l. c.* p. 203. sq.

[5] Ioannis *1. 2.* Eccius, maioris Th. *1. 2. 3.* Euius, majoris th. *4. Inepte:* Mayer von Eck *significatur.* [7] Enstettensis *1. 2.* Eistettensis *3. 4. Eichstädt* s. *Aichstett.* Mauricii *2. 3.* [11] Cardinalicium *3.* [13] quin] quem *4.* meis *1. 2.* meus *3. 4.* [15] Hæretic. *1. 2.* Hæretico. *2.* [21] *De* Truchsess a Pommersfelden *cf. supra ad* §. *3.* [32] suspitionem *3.* [34] Petrum Ravennatem Hochstrati præcipue insidiæ e Colonia expulerant. cf. art. Ravennas. [39] medicus] Non libet in hoc facinus Hochstraticum diligentius inquirere.

Digitized by Google

et eiulans recantavit, inevitabilem enim sententiam tuli, et novo inquisitori sic erat paranda autoritas, quæ neque paritur neque custoditur sine maximo metu, ad quem incutiendum leviora sunt exempla quæ edidi in miseras et fatuas mulierculas. quantam nominis accessionem faceret, si liceret Capnionem igni iniicere, qui obstitit quo minus libri Iudæorum iniicerentur, quando de victo per sententiam, tot vigiliis, tot sudoribus et nummis emptam, formido fio cunctis ingeniis?

§. 10. LEVS. Maximam. sed vehemens me capit admiratio, quidnam sit, quamobrem consilium tuum de comburendis libris Iudæorum tanquam hæreticis conceperis animo, et qui potueris persuadere id tibi licitum ceu hæreticum condemnare id quod neque legeris, et ut istud unquam legere discas, neque ingenium neque ætas suppetit.

HOCHSTRATVS. Ridiculum, quasi hominum iustitia non maxima causa sit, cur optima quæque reprobentur: sic receptum est, et a maioribus nostræ sectæ didicimus, quod omnium maxime sit ab inquisitoribus hæreticæ impro-
§. 11. bandum id quod omnium minime intelligunt. quid enim aliud illum Reverendum patrem Vratislaviæ, quod est oppidum Slesiæ, ut Eucliden mathematicis lineis varie dissectum solenni pompa in medio templo combureret, quid aliud, inquam, illum induxit, quam quod captum eius tot impediti circuli exuperarent? Sententia tutissima est, quod dubitas, an sit bonum, e medio tollas, ne ignorata eius malitia noceat imprudenti. quemadmodum igitur pius pater figuras matheseos diiudicabat ex zelo dei, characteres esse magicos, idque propter imperitiam et ingenii tenuitatem, ita ego libros Thalmudicos pronuntiavi nova industria hæreticos esse, quos tamen vel in latinum versos ob ignaviam vix dignarer perspicere, nedum, ut eos intelligerem, sustinerem Thalmudice discere. damnare autem quod nescis, atrum an album sit, honestam habet causam, quia natura suspectum est quod nostram notitiam effugit.

§. 12. LEVS. Rem tenes, Reuchlinus istam persuasionem exclusit suo consilio, quem quidem expositis rationibus superasti: facis igitur operæ pretium, quod celerem victor triumphum adornas; applaudent satis sodales et amici, dolebunt miseri adversarii, trepidabuntque ne relictis frugibus eis redeundum sit ad glandes, ne pristina resorbenda barbaries: o nos felices!

HOCHSTRATVS. Epinicia celebremus crastino Coloniæ, iccirco communiter idoneas ad hæc rationes subinde cogitemus, quas modo omnes haberemus meditatas, nisi longo dialogismo per te fuissemus avocati; quanquam apprime splendorem laborum et periculorum commemoratio, et quos casus dubios pertuleris, conciliat iuxta Paulum, qui ait 'Nemo coronabitur nisi qui legitime certaverit'. principio igitur consilium videtur ut sententiam, quoniam honorifice nostri commeminit et nostram constantiam subindicat, pro templis affigendam curemus.

LEVS. Necesse videtur, nam facinus insigne in obscuro iacere non debet.

§. 13. HOCHSTRATVS. Deinde quia fullones lanarii, cerdones et mulierculæ etiam, ut non omnes consuescunt Magistris Nostris et Reverendis patribus, non omnes latine sciunt, propterea voluntatem cepi nullitatem prætensæ Spirensis sententiæ his verbis Germanicis exponere '*Hie nach stet der sententz etc. zu dem ersten*

---

[5] de victo *1. 2. 3.* devicto *4.* [6] numinis *2.* [15] hæretic. *1. 3.* hæretc. *2.* hæreticis *4.* [17] Vratissauiæ *2.* oppidulum *3.* [18] solemni *2.* comburerat *4.* [23] pronunciavi *2. 3.* [27] noticiam *2.* [28] teneo *3.* [32] fœlices. *3.* [37] Paul. II. ep. ad Tim. II. 5. [44] coepi *edd.* [45] Hie nach ... geben. *omisit 4.*

Digitized by Google

verwerffen und vernichtent den unrechtlichen sententz zu Speir vur Iohansen Reuchlin unbillich und unredlichen geben'.

LEVS. Interpreteris quid sonent ista: sum Anglus, Germanice nescio, tametsi intelligo nonnihil Hollandice et idiomatis tui, quod cur non mavis quam aliud ita peregrinum edere non intelligo.

HOCHSTRATVS. Conducit hoc, opinor: nam res acta in Germania superiore conscio etiam vulgo, apud quem diminuenda etiam nunc est opinio celebris Reuchlini; cæterum latine sic verti possunt 'Sequitur sententia &c. primo reprobans et annullans iniustam et nullam sententiam in Spira pro Ioanne Reuchlin inique et calumniose traditam'. quamvis igitur sententiam prætensam tantum nominant iudices mei Rhomani, libuit tamen vocabulum 'prætensæ' dividere, ut sententiam vulgo intelligant iniustam, et ut iudices contra officium et probitatem pronuntiasse credant. §. 44.

LEVS. Animose.

LVPOLDVS. Male metuo, ne noster Triumphus calamitatem ferat. vide, mi senex, ne iuvenilis ista tua audacia negotium faciat toti nostræ factioni et urbi etiam Coloniensi. §. 45.

HOCHSTRATVS. Pusilli es animi, Lupolde, nemo timidus eximium trophæum statuit, et tamen episcopo Spirensi, qui puer est, et tantum episcopus, postulanti nos ad Palinodiam facile respondebo personam non notatam, sed rem, ne quid mali ab eo timeas.

LVPOLDVS. Non subsistit, bimembris est oratio, prior pars sententiam, altera illius autores respicit: sententia enim nulla est, ais, et inique ac calumniose tradita.

HOCHSTRATVS. Aio.

LVPOLDVS. Ne tam fastidiose stomacheris. §. 46.

HOCHSTRATVS. Quid tua interest?

LVPOLDVS. Multum, ne videar huius tragœdiæ tecum fuisse autor, ne omnes vocemur in discrimen, ne vetera renovent nostrorum patrum flagitia, quemadmodum videlicet Henrichum Lutzeburgensem comitem Imperatorem consecrata hostia veneno illita extinximus, quemadmodum pontificem excludere regno per Hieronymum Savonorolam tentavimus, quemadmodum Bernensi facinore, in quod totum concilium Patrum nostrorum Wimpinense et tua auctoritas, nec non Reverendus pater frater Paulus, et quis non consenserat, conati sumus toti orbi imponere, illudere, involvere superstitioni pernitiosæ omnibus, utili solis Prædicatoribus, et fingere Franciscum, sicut olim illius populus, sed meliori successu finxit, et præbere morionem hominem pro deo adorandum, et id genus infinita, quæ seduli facimus. nonne ad me, ut sapienter prospiciam, ne quando vulnera hæc a te perfricta recrudescant? tot stylo valent libera ingenia adulescentium etiamnum fervida, ut fit, propter imprudentiam rerum; ea

---

[1] fentenz *3.* fur *3.* [4] tui] Hochstratus e cognomine vico Hollandico oriundus fuit. [5] perigrinum *1. 3.* [17] Polonienſii. *2.* [29.30] flagicia *2.* Cf. ad sqq. vol. I. p. 139. vers. 40. sqq. Henricum *2. 3.* Henricus VII. † d. 24. Aug. a. 1313. [32] Savonor.] combust. a. 1498. Bern. fac.] cf. vol. I. p. 139. p. 166. §. 12. p. 237. et comm. ad Ep. O. V. I. 47. sive Appendicis 6. [33] Vuimpinense *1. 3.* [34] Paulus] Langius? cf. ep. O. V. II. 63. [35] perniciosæ *4.* [36] Franc.] Assisiatem. populus] Franciscani. Cf. Alcoranum Franciscanorum. [37] morionem] Ietzerum sartorem.

Digitized by Google

in nos agminatim incurrent, suffulti potentia principum, quos petulantia ista nobis infestos reddis. quid tum facies?

§. 47. HOCHSTRATVS. Credis, ineptissime, mihi unum superesse perfugii locum? promptum est dicere, vocabulum '*unredlich*' significare 'iniuste'.

LVPOLDVS. In eodem hæres luto: iniuste enim ferre sententiam etiam æquissimam, flagitium est, quando modum tradendi in crimen vocas, ut superioribus verbis 'sententiam traditam'; sed et naturam verbi *unredlich*, ut non temere latine universam expones, ita ea nunquam est nisi odiosissima, neque convenit nisi in flagitiosissimos.

HOCHSTRATVS. Ne verbum ultra! Principis est audita paucis opinione senatorum ex sua libidine rem gerere; certum est, sic scribam.

LVPOLDVS. Proinde bene vertat! Quam spirat cucullio fastum, et quam somniat principem!

§. 48. LEVS. Suntne tam perditi viri iudices Spirenses?

HOCHSTRATVS. Nequaquam: sunt enim viri melioris famæ quam optarim, quanquam eorum claritudo multum lucis addat meis institutis; alioqui nescio quis uspiam ex humili hoste magnificum reportarit triumphum: quamobrem eos notabo ceu calumniose iudicassent, atque testabor verbis sententiæ Rhomanæ id ita contineri, cuius ne vestigium quidem in ea videre est. neque periculum est, ne in ius vocent, siquidem formidabilis sum, si nescis, magnis principibus. et tamen sunt qui nolint videri pluris fecisse nostram contumeliam quam

§. 49. convitia levissimi histrionis aut ridiculi cuiusdam scurræ. quodsi quis maxime urgeat, reliqui tamen fenestram qua secure effugiam: ecquid obstat quo minus dicam me autore nihil adiectum verbis Germanicis, id operæ autem nobis imprudentibus collocasse aut bibliopolam aut scholasticum aut, ut in mentem tum venerit, quemlibet alium, adversus quem nulla iuris actio propter sordes eius cadere possit; impressum autem ubi viderim, ut expers videri volo eius idiomatis, neque probasse neque improbasse? nunc vehementer dolere quod id sibi in contumeliam factum interpretentur. præterea quod ei malo remedium paratum cogitarim, et præceperim eidem animo novis schedulis aliquanto moderatius scriptis veteres has ardentiores excludere. hoc commentum, quamvis parum verisimile, nihil gravabor vel sacramento confirmare, si necesse erit; eiurare quidvis

§. 50. cur dubitem, modo ne succumbam? neque omittere animus est quod mihi adhuc integrum, quoniam istud aperte declarabit quam nihil patiar humanæ imbecillitatis, quemadmodum Eberardus de Clivis provincialis passus est, sicut ei me autore sanctissimus dominus noster vitio vertit per Breve, quod in meam laudem scribendum curavi, nam ille maluit iacturam gloriæ meæ, quam cruentum bellum. aut certe quam damnum rei familiaris, et cui consultius videbatur tueri publicam pacem quam multorum malo meæ unius libidini satisfacere. O meticulosum hominem! quasi ulla res egregia constet sine magno periculo. Atqui per idem Breve Apostolicum

LVPOLDVS. At non Christi Apostoli

§. 51. HOCHSTRATVS. testificatur summus Pontifex me virum strenuum, et quod susceptam contra Capnionem causam nunquam prosequi destiterim, tametsi verum

---

[5] In eod.] *Ter.* Phorm. V. 2,15. in eodem luto hæsitas. [12] cuculio *3.4.* [18] Romanæ *3.4.* [35] Eber. de Clivis] ordinis prædicatorum, theol. prof., provinciæ Teuton. provincialis, præses synodi provincialis Francofurti a. 1520. habiti, de cuius litteris ad Leonem X. de indicendo silentio Iacobitis Reuchlinistisque vide supra ad §. 26. adnotationem.

Digitized by Google

non est: etenim procrastinabam persecutionem appellationis, ratus interim aut senio aut ea calamitate aut morbo forte periturum Reuchlinum, sicque sine pulvere et sanguine, quod aiunt, triumpharem; sed adversarius hanc rationem avertit inchoata contra me lite apud Dominicum Grimannum Cardinalem, sapientissimum Theologum.

LEVS. Ne sit molestum, Erostrate, exponere quinam sint iudices Spirenses.

HOCHSTRATVS. Cupide faciam, quia eorum celsitudo sublimiorem reddit meam gloriam.

LVPOLDVS. Vide ne funestiorem.

HOCHSTRATVS. Georgius dux Palatinus, frater germanus principi electori, vir mediocris ætatis, ingenio et corpore florens, hoc tamen minor annis apparet, quod sibi plus de voluptatibus abstinuit, qui ultra constantiam summam et ultra fidem, qua tota familia Palatinorum facile cum mercatoribus certat, quæ rara atque eximia virtus est principibus, etiam liberalitate et humanitate excellit, præsertim erga literatos, quo nomine mihi suspectus fuit, sed id neutiquam præ me tuli, ne quis propalam possit reprehendere, quod ita oderim ingenia potius quam rem accusatam. Commisit cognitionem Thomæ Thruxses de Weczhusen, tum scholastico, modo decano, et Georgio de Schvalbach, custodi ecclesiæ Spirensis. uterque integer et inculpatæ famæ, uterque benignus et hospitalis, uterque inter doctos annumerandus et sciendi studiosus: nam hic magnam iuris peritiam se præceptore hausit, ille ab Italia rediens auctus elegantia dicendi et sapientia iuris nemine præeunte Græce etiamnum discit, tot undis negotiorum obrutus. Hi duo præfecti cognitioni, quanquam Georgius de Schvalbach onus mox a se reiecit, metuens a nobis sycophantias, ne ipsi ut novo canonico qui lites indiceret subornaretur, sicut facile cuivis et quavis de causa indici possunt; verum ut splendidior Triumphus esset, abusus sum nomine illius ac si interfuisset universæ cognitioni, deinde et sententiæ. Adiunctus est Philippus de Flersheim, cantor et canonicus, ut semel dicam, simillimus subdelegatis, de quibus modo audivisti: est præterea mansuetissimæ gravitatis, autoritatis inter proceres egregiæ, et transigendis litibus optimus arbiter, ita ut a patribus ordinis vix tandem exoratus assumpto Ioanne Vigilio et *Symone Rybisen iuris utriusque doctore ac sancti Guidonis Spirensis decano* concordiam æquam sancierit inter illos et Franciscum Sickingerum, quam stipulatam, confirmatam iuramento, literis et signis monasteriorum publicatam rescidimus prudentissime, quoniam Erostrati gloriæ nonnihil decesserat per eam. Interfuit et Iodocus Gallus, theologus doctus et eloquens, qui nescio

§. 52. §. 53. §. 54. §. 55. §. 56.

---

[3] Cf. Græca Ἄδακρυς νίκη, Ἄδακρυς πόλεμος, Ἀναίμακτον ἔστησε τροπαῖον. *Zenob.* I. 28. *etc.* [4] Cf. Reuchlini ad Grimanum ep. d. kal. Quintilib. a. 1515. apud *Friedlænder* l. c. p. 56...58. [17.18] Truchses de Vuesthusem *4.* Schualbach *edd.* [21] se præc.] αὐτοδίδακτος. [28] Phil. de Flersheim Heidelbergæ, Lovanii Parisiisque litteris studuit, a. 1504. Heidelb. rectoratum gessit, a. 1529. ipse Spirensis antistes electus est. † a. 1552. Cf. *Schwab* syllab. rector. Heidelb. I. p. 83. [29] præterea *omis. 2.* [30] egregie *2.* [31] Ioannes Vigilius *(Wacker)* de Sunsheim, AA. M. Iur. utr. lic. et D. 1480. studiorum causa Heidelbergam venit, ubi a. 1492. 1500. rectoratum gessit. cf. *Schwab* l. c. p. 77. sq. [31.32] Symon Rybisen *(Reibeisen)* I. V. D. a. 1503. rector Heildelb. cf. *Schwab* l. c. p. 83. *Pro* et Symone ... decano *in 1.2.4. est* et alio quopiam. [33] Syckingerum *2.* stipulatam] *passive, pro* ab utraque parte claris verbis expressam et acceptam. [36] Iodocus Gallus *(Hahn)* Rubeacensis, nat. 1459. Wimphelingi discipulus, Pellicani avunculus, an-

Digitized by Google

quid dum viveret contra Fraternalia studia meditabatur, poetis vehementer familiaris. porro Wolfgangus Fabritius Capito, cuius probitatem nolo vellicare, est enim vir honestæ et integræ existimationis, quem audio consuluisse, ne pronuntiaretur adversus me in contumaciam, sicut futurum certissime putaram; sed persuasit ille, ut bene perpensa causa decernerent quod res est, nihil offendiculi, nihil hæreseos, nihil impietatis eo libello Capnionis quem impugnassem, cui titulus 'Speculum Oculare', insertum, coniuncta consultationi declaratione, quam ille eodem libello connexuit: sic elusus sum lupus hians: facile fuisset mederi contumaciæ, negassem licere, ut fides Christiana sumeret detrimentum mei causa; etenim ego sic egi semper, ac si eo libello salvo, quem tamen vix pauci adhuc norunt, interitura esset universa religio Christi: oportet
§.57. nimirum, ut publicam utilitatem privato odio prætexamus. Verum de Capitone scias, quod nebulo cautissimus sic rem attemperat, quod eum et humanitatis periti iuxtaque sophistices antesignani patienter ferant, summus tamen Pontifex, quo minus forte cum cæteris latret, ei offam obiecit, imo autoramento in suas partes conduxit, nam Præposituram donavit sancti Thomæ Argentinensis ecclesiæ; magis itaque mutus erit quam piscis, subducet se ex eruditorum causa et fortissimum hostem illis aget, siquidem 'ibi fas, ubi maxima merces'.

§.58. LEVS. Novi hominem, Capitosior est quem equidem infeliciter captavi: nam pro molli laude quam ipsi affinxi, constantissime ingessit mihi mea crimina. Viderint Rhomani, ne stet pro parte Christi, et non pro nostris coniecturis.

HOCHSTRATVS. Curatur sedulo, si fallit, præpositus erit Iacobus Abel, unus omnium ad venanda sacerdotia peritissimus, non Capito earum rerum rudis, neque hic facile possessionem consequetur, cum ille ei pridem negotium fecerit, affectando viam, ad subvertendum ius huius: quia de animo eius nescitur, de Præ-
§.59. positura dubitet operæ pretium et. Sed Eccius semel emersit et confirmatus est in captato sacerdotio, de cuius pro Rhomanis studio, ardore pugnandi, et furore quis nescit? Quid igitur in eo desiderabis, quando adiunctissimam habet sociam pervicaciam, quæ eum cum Luthero commisit, et spem victoriæ ostendit, impulitque ut Rhomam iret adiecturus pondus pontificii calculi suis assertiunculis, quod probe adiecit? dii boni, quam cursitabat quoquo versum, quoties animose inter doctiores et optimates clamavit, viribus utendum et immedicabile vulnus ense rescindendum, ne pars syncera trahatur? quasi sua factio

---

tequam Spiræ contionator fieret, Heidelbergæ bursam novam rexerat ibique a. 1492. rectoratum gessit. auctorem libelli *Nosce te ipsum* facit Iöcherus, quem libellum Ioannes Carthusiensis conposuit, sed cui Gallus tetrastichon adscripsit. De concordia Pfortzhemii inter plebanum et fratres prædicatores ac minores a Iod. Gallo conciliata vide Adamum in vita Pellicani. (Vitt. theologor. Ff. 1653. 8°. p. 277.) Scripta viri enumerat *Schwab* l. c. p. 79. [2] Fabricius *3*. [8] lup. hians] Cf. vol. II. p. 487. ad vol. I. p. 106. [9] contumatiæ *2. 3*. contumaciæque *4*. [16] Secundum Gerbellium (Adam. vitt. Theologor. p. 90.) et (Herzog) Athen. Rauric. p. 11. Capito a. 1523. templo d. Thomæ Argentor. præpositus est. Ceterum hic dialogus totus ita conpositus est ut a. 1520. exeunte sive 1521. ineunte, certe ante Reuchlini obitum (d. 30. Iun. a. 1522.) scriptus videri debeat. [17] mut. q. pisc.] ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων. Lucian. ἀφωνότερος κίχλης. Macar. V. 45. subducit *1. 2. 4*. [19] *Cic.* Verr. II. 3. 62,144. „semper habuit venalia fidem, ius iurandum, veritatem, officium, religionem". [25.26] assectando? [30] c. Luthero] in disputatione Lipsiensi. [31] adiecturum *edd.*

Digitized by Google

syncera sit, quæ iam olim infecta est corruptissimis hominum coniecturis. quo- §. 60.
ties, obsecro, fortiter assentatus est? quoties sine fronte et nemine petente definivit Christi esse quod aliqui etiam cardinales Antichristi putarunt?

LEVS. Verene putarunt?

HOCHSTRATVS. Verissime, sed parum honorifice et utiliter pontificibus et monachis mendicantibus putarunt: quare noster Eccius officiose fecit, quod persuaserit edita bulla, multos articulos condemnandos Martini Lutheri, quorum plærique pendent ab evangelio.

LVPOLDVS. Res agitur periculi plena, quæ in acerbissimam tragœdiam desinet.

HOCHSTRATVS. Quid periculi ais?

LVPOLDVS. Aio inquam, siquidem exempla sunt tyrannidis Pontificiæ con- §. 61.
demnare potestate quod nulla ratione improbare queant, quod communis hominum consensus affirmat: hinc terror anathematis et fulminis et dirarum Rhomanensium ridebitur; nullus amor, sed Vatinianum odium ad tàm perversum patrem, qui oves non pascit sed perdit: quid enim est si perdere non est in istum modum cœlum terræ miscere, ne quid pereat nostræ malestatis? Subtilissima ratio est deturbandi pontificem, eum usque ad invidiam extollere. Rhomani olim rerum domini fuerunt, sed provinciales nominarunt socios, sed imperii potentia fuit tum omnibus tutum præsidium; postquam vero se dominos gesserunt et expilatores, subversi sunt, et sua modo etiam civitate carent qui orbe tum potiebantur. Quid expectandum si regulam fidei feceris a fide alie- §. 62.
nam, si potestatem dederis pro arbitrio interpretandi evangelium *ei* quem dubitas an legerit evangelium, imo an credat, qui scripturis apertissime ad suam libidinem abutitur, qui pietatem quæstum putat?

LEVS. Num feres pontificem iudicem de rebus fidei controversis, an cuilibet mulierculæ permittes de dogmatibus statuere?

LVPOLDVS. Nicænum concilium symbolum dedit abunde complectens quæ §. 63.
necessario credenda Christianis; Evangelia vitæ innocentiam et amorem mutuum præscribunt: quid curioso ingenio τὸ ὅλον πολυπραγμονεῖν permittis? quid ambis tua placita facere Christi decreta? an non quæstio quæstionem semper parit? an non res omnes humana sedulitate non tam explicantur quam involvuntur? Quælibet res a nobis dependens habet suum senium. vis Christum esse perpetuum, cur eum convertis in nostras opiniones tantæ varietati obnoxias? Vos facitis hac tempestate alium Christum quam olim fuit Apostolis. ab initio mundi non longe ad Christum usque indies magis ac magis innotuit veritas, filius dei in assumpto homine docuit omnia, et mox huius spiritus quicquid saluti accommodum suggessit, cur neglectis fontibus lacunas effoditis? quis indidit præposterum istud studium condendi nova dogmata Christi decretis in universum antiquatis? quotus enim quisque vestrum apostolicas literas familiariter novit?

HOCHSTRATVS. Negasne concilia quædam novasse? §. 64.

LVPOLDVS. Novarunt, fateor, sed quæ potius, si pauca eximis, hominum convictum inter ipsos quam religionem puram proprie respiciunt.

LEVS. Erostrate, Lupoldus hæresim loquitur.

LVPOLDVS. Subodoro quid velis: nempe accessionem factam sacramentis, quæ præstaret Apostolice quam Aristotelice esset tractata.

HOCHSTRATVS. Nisi frater esses, uterer adversus te meis partibus et co- §. 65.

---

[6] Cf. vol. V. p. 335. sqq. [15] Vatidianum *1. 2. 3.* [22.23] alienum *2.* ei *adiect.* [30] πολυπρ.] ut universum ad suam curam pertinere opinetur. [46] esse *1.*

Digitized by Google

gerem ut responderes per verbum Credo et Non credo, addito dilemmate Aut crede aut in ignem ibis: abstinebo tamen vim meam a te, quia es ex numero, ut dixi, fratrum, quibus solis licet hæresim impune affirmare, modo suaviter per eam blandiantur. qua de causa, quod omnibus exploratum est, parcendum censui Thomæ Caietano hæreticissima confirmanti in eo libello cui titulum fecit 'De potestate summi Pontificis', et item reverendo patri fratri Sylvestro Prierati, non solum hæretica sed etiam communem sensum fugientia defendenti; quanquam illi fructuose errant, nimirum in rem Ordinis nostri, tu autem perniciose, ut parum deinceps propitium Pontificem simus habituri, et frugaliorem quæstum ex pietate, quem uberrimum reddit larga superstitio, si ita pergamus: quis autem sani capitis suo sibi iumento malum advehit?

§. 66. LEVS. Ego, quantum intelligo, plus studendum favori nobis parando quam utilitati publicæ, plus ventri quam menti bonæ.

HOCHSTRATVS. Scilicet, quando ordinatam charitatem a se quisque nostrum incipere debeat, iuxta sanctiones sanctorum doctorum, hoc est per emphasim sancti Thomæ opinionem: neque iniuria, quia tunica pallio propior. Sed miror quis dæmon te subito dementavit: iuvisti me hactenus, modo videris adversari?

LVPOLDVS. Tempus et lectio meliorem mentem indidere et potentissima veritas, quæ (videbis) multo tempore suppressa modo caput exeret vel omnibus nobis invitis.

§. 67. HOCHSTRATVS. Id ne fiat, si nemo alius, facile cavebit unus Hieronymus Aleander, quem Eccius ille, secundum me Roscius, disputatorum vir fidelissimus

LVPOLDVS. ad evertendam fidem

HOCHSTRATVS. ut summus Pontifex mitteret ad Germaniam, effecit, tanquam eximium patronum labentis superstitionis et barbariei, qui instructus elegantioribus studiis eadem ipsa suis armis opinor facile fundet. Conciliavit autem Aleandro Eccium morum similitudo, quæ vinculum est firmissimum ad conglutinandos animos, etiamsi hæc est pugnacissima similitudo et quæ alioqui solet dirimere amicos, et diremisset quidem, nisi post primam velitationem Ecciana modestia, nemini hactenus cedere solita, illi sese præsertim coram submisisset. quod lubens fecit vir magnanimus: nam plus styli in eo vidit; an vero plus animi, incertum, quoniam uterque verbosior est, neque magnopere sollicitus de

§. 68. iudicio, sed de multiloquio. Præ gaudio cor salit atque tremit, dum cogito tantum virum in nostra castra defecisse ab adversariis, qui quondam Lutetiæ, ubi profitebatur Græcas literas, et deinde apud Leodiensem episcopum, quamdiu ille erat iniquior Pontifici Romano, ut nuper fuit iniquissimus, semper de-

---

[1] dilemate 2. [6] R. P. F. *edd.* [7] fugiēti defendētia. 2. fugientia defendendi. 4. [8] pernitiose 2. [9] propicium 2. [11] *Plaut.* Amph. I. 1,171. [12] Ergo 2. 4. [16] *Plaut.* Trin. V. 2,30. Germanice Das Hemd iſt mir näher als der Rock. [22.23] Hieron. 1. Roscius, in suo artificio ita excellens, ut nomen eius pro cuiuscumque artis capite poneretur. Cf. e. gr. *Cic.* de orat. I. 29,132. [27] instr.] Cf. vol. II. p. 16. §. 32. [29] 'plus in amicitia valere similitudinem morum quam adfinitatem'. *Nep.* in Attico. 5,3. [31] Ecciana modestia per proprios etiam libellos traducta in proverbium abierat ad summam impudentiam significandam. cf. vol. IV. p. 522. [36] Lutetiæ] a Ludovico XII. a. 1508. IO aureorum stipendio constituto vocatus. [37] Leod. episc.] Erardum de Marca, a quo Aleander a. 1514. secretarius et cancellarius factus canonicatuque et præpositura donatus est.

Digitized by Google

clamabat non solum adversus Rhomanos, sed etiam, o nefarium facinus, in nos monachos declamabat et Patres Fratres Reverendos Magistros Nostros, Magistros et Regulatores fidei atque Formatores conscientiarum.

LVPOLDVS. quibus nullam esse conscientiam vulgo autumant.

HOCHSTRATVS. Verum ex tanto hoste præsidia nobis sunt: nam instructus §. 69.
plurimis literis pontificum ad synagogas universitatum, ad regem, ad principes Germaniæ his diebus advenit, haud dubium, ut est impotentis iræ, Luthero per Bullam et excommunicationem conculcata insultabit contumeliose, veteris illius opinionis reliquias profligabit, omnia librorum Lutherianorum exemplaria igne abolebit.

LVPOLDVS. Io, erit in rem Impressorum, nova iterum excudent, quibus hinc promptiores invenient emptores, cum ferme cupiamus quæ vetita sunt pernoscere.

LEVS. Claudendæ igitur videntur officinæ excusoriæ, ne in nostram per- §. 70.
niciem codices pleni iudicio multiplicentur, quibus debemus renatam eruditionem, a qua nobis tanta incommoda.

HOCHSTRATVS. Non omnino claudendæ, nam Dormisecure, Mammotrecti, Capreoli et huius generis Christiani autores parum multi sunt, horum numerum indies augendum curabimus; quamobrem nunc operam dant Rhomanenses, ut nos autoritate etiam Cæsarea præficiant iudices libris ubique excudendis, ita ut sine nostro suffragio nihil prælis admittatur; hoc ingenio forte supprimemus, immo extinguemus literas et posteritatem similem nobis reddemus, siquidem ad autorum naturam lectores propemodum demutantur.

LEVS. Vereor ne equites Germani in suis arcibus, quas habent munitis- §. 71.
simas, faciant excudi, tum bonas literas, tum nostræ tyrannidis criminationes; emptorem, si id fieret, saltem occultum nihil desiderabunt, et maiori tum odio nos gravabimur qui sic videmur nostra vitia magis ut lateant quam ut corrigantur laborasse.

HOCHSTRATVS. Idem ego formido, nihilo tamen secius pertentandum est, quoniam huius consilii si non autor, certe dux erit nobiscum Hieronymus ille Aleander, qui multis, ut scis, videtur in utraque lingua non omnino pessime doctus, sibi autem uni longe omnium doctissimus, adeo ut inter academicos Romæ quoties indulgetur genio, toties solus per integra sæpenumero convivia loquatur, non solum Latine, sed, quod paucorum est, multa Homerica subinde modulatur voce sonora, gesticulanti vultu sibique impotenter blandienti, quamquam ad propositum argumentum raro quæ profert quadrent. huic est ab omnibus consentiendum, huic ego quoque lampada trado, non tamen a curriculo nisi mortuus discessurus; hunc orabo, post me in arenam ingressus mea gesta confirmet. Subsidio mittam proximis diebus Ortvinum Graculum, §. 72.
præconem Theologorum, theologum ipsum, cui nunc tantum otii non est ut

---

[2] & P. F. Reuerendos M. N. *1. 2.* [11] Io] Hoc *2.* [17] Dormisecuræ *2. 3.* i. e. exemplaria libelli 'Dormi secure', quem adhuc frustra quæsivi. De Mammotrecto vide h. art. Epp. O. V. tom. II. [18] Capreolus, Ioannes, Gallus, ord. præd. † 1444. cuius Commentaria in IV libb. Sententiarum Thomæ Aquinatis indicat *Hain Repertor.* n. 4410. Sed fortasse Hochstratus vult Angeli Capreoli, ord. Carmel. libellum Stella nuncupatum. cf. *Hain* n. 4407. [23] denutant. *1.* [24] arcibus] Ebernburgum et Steckelbergam vult, ubi Schœfferianis litteris impressi libelli prodiise ferebantur. Cf. Indic. bibliogr. Hutt. n. XXIIII. [27] lamp. tr.] i. e. partes meas Aleandro relinquam. cf. *Lucr.* de R. N. II. 79. *Pers.* sat. VI. 61. c. intpp.

Digitized by Google

adsit, nam ei accumbendum sine intervallo teneræ uxorculæ, ferenti denuo ute-
§. 73. rum mox parturitioni maturum. Adhærebit individuus sodalis Eccius noster, quem quidam Lipsiensis sophista nominavit ob animi robur Keccium, qui ab urbe reversus modo in Misnia suos triumphos ebuccinat, cuius modestia, fortissime Lee, quantum momenti attulerit ad prohibendam veritatem nemo nescit. Quid vultum ducis?

LEVS. Quod modestiam Eccii toties crepas, qui confidentia, audacia, temeritate Leum et Erostratum si non superat, certe feliciter æquat; 'impudentiam Eccii' dicendum puto.

HOCHSTRATVS. Non repugno, sed eadem est modestia, siquidem in scholis est summa modestia nullum tenere modum, qua dote abundet Eccius secundum Erostratum, idque beneficio deæ Pervicaciæ, quæ, relicto fratre suo Marte, nostro se agmini commiscuit, præcipue mihi et pugnacissimo Eccio, cuius beneficio ille evasit disputatione Pannonica, Italica et Saxonica superior.

§. 74. LVPOLDVS. Superior, ais, qui fuit Italiæ ludibrio, Pannonibus fastiditus, e gradu depulsus Saxonibus?

HOCHSTRATVS. Hebetes habes aures, qui me nihildum intelligis: etenim revera superior fuit Eccius contentione, clamore, impudentia; adeo illi atque mihi vincendi spem exacuit Pervicacia nostra, qua fervidus aliud atque aliud
§. 75. certamen continuo deposcit. Et quamvis mea gloria victo Capnione satis floreat, tamen eum me postea in expugnando Hutteno profiteor, ut non ita mihi multum sit ex huius victoriæ laude repetendum.

LVPOLDVS. Quid, obsecro, commeruit?

HOCHSTRATVS. Ut in eum pessima exempla edantur.

LVPOLDVS. Quam ob rem?

HOCHSTRATVS. Quæris? In pontificem et, quod magis doleo, in me scripsit odiosissime, nihil veritus utriusque maiestatem multis ambos criminibus palam orbi reos agit; defendit ab Hermanno comite Nuenario Erostratum iamiam
§. 76. imminentem. et pridem egresso Lovanium factus obviam, equo insidens, comitatus duobus ministris sic me terruit, ut parum abesset quin conciderem metu. 'Erostrate' inquit ore et vultu truci et voce aspera, 'nunc pœnam lues, nunc periisti, flagitium!' admota interim manu gladio quo accinctus erat, ceu iamiam percussurus, me vero exanimato et nescio quid parante deprecari et forte fugam meditante, neque enim spem vidi salutis, subdit iterum 'Persiste, furcifer, non reddam ego quod commeritus es: meus enim ensis non debet imbui tam vili sanguine; sed scias multorum gladios iamiam intentos in iugulum tuum. periisti, certum est.' et his dictis discessit, me multa excusante et
§. 77. orante. Impune factum esse tantum facinus? nequaquam: malo vita carere quam vivere inultus. quin ei mox dicam scribam collectis centum articulis ex illius dialogis, et recusantem se ad diem sistere diris devovebo, autoritate Christi, et confodiam telo excommunicationis.

LVPOLDVS. Profecto, ut nunc sunt mores, istis telis non vulnerantur, sed irritantur, et vires triplices recipiunt adversarii ab ipsis petiti, quemadmodum Diomedes post Pandari spicula in se contorta triplici robore donatus est,

---

[1] uxorculæ] Ioannis Pfefferkorn, de quo adulterio non uno loco in Epp. O. V. [2] Lipſenſis *3.* Keccium] Kecc. [4] modestia] Cf. supra §§. 36. 67. [5] monumēti *3.* [7] Quod] Quid *2.* Qđ *1.* audatia *1.* [8] fœliciter *3.* [15] Pannon. *etc.*] Vindobonensi, Bononiensi, Lipsiensi. Cf. Ecc. dedol. [28] Hermano *2.* [31] aſperſa *1.3.* [37] periſti *1.2.3.* [44] Iliad. V. 170. sqq.

Digitized by Google

ita hac tempestate quos obtuso fulmine vos Ioves furfuracii petitis, non tam conficitis quam lacessitis ad pugnam.

HOCHSTRATVS. Odiosus es nimium: quo autore audes meis decretis relu- §. 78.
ctari? nescis quod etiam in publicis scholis, ubi ex professo pugnatur, neque Magistri Nostri contra æquales habeant repugnandi facultatem? Invertis ordinem hierarchicum: nos sumus lux mundi, vos tenebræ.

LVPOLDVS. Lucem funditis sic ut frigidi carbones.

HOCHSTRATVS. Opertus igitur peccatis es totus, qui me doces, Magistrum Nostrum, adde et Inquisitorem hæreticorum. Si Coloniam ventum fuerit, senties quam grave mihi bilem movisse.

LEVS. Omissis iurgiis, Erostrate clarissime, de instituendo Triumpho pergas.

HOCHSTRATVS. Bene mones: Breve apostolicum adnectam sententiæ, qua §. 79.
me expetente Pontifex narrat Franciscum de Sickingen Ordini Prædicatorio indixisse bellum, gravissimaque bella intulisse; quod non est, sed multa interminatus est, nisi pacem ageremus, et indicia interim multa passim data, quam non cedam malis, sed contra audentior eam: longe a me est veterum Monachorum et Christianorum ignavia, qui maluerunt pati quam facere iniuriam. Præterea §. 80.
submittam Fratres qui pro concione Ovantes in consortium gaudiorum populum invitent, qui novem dies supplicationum mihi victori impetrent, ut olim Cæsari sunt decreti Gallis subactis, qui excantent meas virtutes, qui clament magno boatu a me victum hæreticum pestilentissimum Reuchlinum, etiamsi sententia mea personam hæreseos non notet, adeoque ne rem quidem: reiecit enim libellum ceu scandalosum, offensivum piarum aurium, ac non parum ipsis Iudæis favorabilem, et, quod pene excidit, Germanice testabor in sententia haberi quod libellus sit Iudaicus, id verbi enim singularem habet invidiam.

LEVS. Feret hoc æquo animo Franciscus de Sickingen? §. 81.

HOCHSTRATVS. Ut ferat, nihil ad me, etiamsi persequetur nostram factionem, etiamsi implicabuntur cives Colonienses eodem periculo: cuique enim antiquior sit gloria sua quam publica salus; et existimas tu me commoveri discrimine Fraterculorum et unius civitatulæ? Illuxit modo, Lee audacissime; reliqua Triumphi ne adornem, tempus prohibet. convocanda est tota Barbaries et Superstitio et huius comes Hypocrisis; deinde fidissimis auxiliis honor haben dus videtur Arrogantiæ, Invidiæ, Sycophantiæ, Calumniæ, Impudentiæ, Perfidiæ, Largitioni pravæ, quibus confisus tantam rem sedulo confeci: hodie Coloniam Ovans ingrediar; tempus erit quando magna nec opinata gloria Erostratum elatum videbis.

LVPOLDVS. Utinam olim elatus fuisses, et nunc otio frueremur. §. 82.

HOCHSTRATVS. Ad Triumphum, Eduarde Lee, convocaberis. interim vale.

LEVS. Et tu, Erostrate optime, in perniciem et malum bonis omnibus.

LVPOLDVS. Hui! caudam trahit.

LEVS. Erostrate!

---

[1] Iovem pistorem (*Ovid.* Fast. VI. 350. 394.) novi, furfuraceum non novi: *Ioves* h. l. nominantur prædicatores quasi plebecula divi, *furfuracei* a saccis suis panariis, ut alias sæpius a caseis casearii. nos *3.* [2] quam *2.* [6] Cf. evang. sec. *Ioann.* VIII. 12. et passim. [9] hæretic. *1. 2. 3.* [10] adnectũ *2.* aduectũ *3.* aduectum *1. 4.* [16] 'Tu ne cede malis, sed contra audentior ito' *Verg.* Aen. VI. 95. [20] Cf. *Suet.* Iul. 24. i. f. *Cæs.* B. G. II. 35. IV. 38. [23] personam h. non n.] sed librum tantum, i. e. Speculum oculare, ut Parisienses notarant. [25] excidit] accidit *1.*

Digitized by Google

HOCHSTRATVS. Canis est Anglus; si nescis. quin abimus.
LVPOLDVS. I præ, sequar.

---

§. 83. Sed heus tu, Hogostrate, vereor nimium ne Triumphum ante victoriam adornes.

HOCHSTRATVS. Quid hic mihi terrorem novum prædicas, vel quodnam monstrum alis? num nova paranda victoria? nondum prostratus Reuchlinus?

LVPOLDVS. Haud quaquam, Hogostrate.

HOCHSTRATVS. Quid obstat autem?

LVPOLDVS. Has huc usque literas nolui ostendere tibi, quibus ad me perscriptum a diffinitiva sententia provocasse Reuchlinum ad summum Pontificem et sedem Apostolicam, causamque quam tot annis egisti tam belle, aliis duobus commissam, solenne interpositum ad hæc interdictum, ne tu quicquam per literas innoves, multo minus ne triumphes. cave igitur, Hogostrate, ne gaudium tuum præproperum in luctum extremum vertatur.

HOCHSTRATVS. Inania sunt hæc; tu vale et abi, ne lætitiam meam subito aliquo mœrore interturbes.

IN LEONEM X.
SIMONIS SVCCESSOREM
MOMVS.

Cui fidas causæ post hac, vilissima fratrum
Fęx ubi corrupta cuncta Leone potest?
Ecce modo oppressa Capnion damnatur aperte
Iusticia. heu, fidei sic, Leo, pascis oves?
Hoc quis sperasset, cum Romæ calculus omnis
Candidus et fœlix pro Capnione fuit,
Cum sua iurati pariter suffragia patres
Octo bisque decem continuata dabant,
Summissaque ferox crista adversarius ipse
Semianimis trepida solvit ab urbe fuga?
A fama atque omni penitus deiectus honore
In Claustrum rediens, corde stupente, suum
Tunc puduit damnare Reum, Speculumque per urbem
Concessum excudi tunc Oculare fuit;
Tunc et Spirensis sententia præsulis æqua
Inque vicem Hochstrati lis reprobata fuit.
At postquam hæc hominum, Leo, mendicabula iam vis
Pro te, pro vitiis ipse latrare tuis,
Omnia versa, nefas nunc fas, iniuria ius est,
Integer atque insons cogitur esse nocens.

---

[1] HOCHSTRATVS. *omis. 1. 3.* [2] Hic finit dialogus addito verbo FINIS. in *1. 3. 4.* nisi quod in *1.* sequuntur 7 versus ERRATA et in *3.* epilogus Velami Alani paullo post repetendus. Sequentem §. 81. cum carmine adiecto non nisi *2.* habet. Quæ sequuntur omnia omisit *4.* [3] ne Tr.] cf. vol. II. p. 318. v. 16. [5] prædica? uel *2.* [10] preuocaſſe *2.* [17] Hæc carmina (IN LEONEM et AD LECTOREM) non nisi in *2.* extant. [22] REVM, *2. ut oculis quasi* REVCHLINVM *adpareret.*

Digitized by Google

Octo et viginti nunc sacramenta Leoni
Patrum pro nullo pondere spreta tibi;
Pontifici Spiræ nec parcitur, inclytus ille
Sit quamvis genere, et relligionis honor:
Scilicet ut vulgus Bernensi obnoxius igni
Quosque sua rabie sævitiaque premat,
Nec posthac tutum sit voce capessere Christum,
Seu fidei ingenue de ratione loqui:
Ut pereant iterum linguæ paulo ante renatæ,
Nec merces studiis æqua sit ulla bonis,
Et perdat reducem mœrens ecclesiæ solem
Denuo, et æterno nox tegat astra situ,
Et veri omnino restincta luce ferantur
Omnia cum cæco cæca Leone suo,
Et tantum Hochstratos cruce dignos sæcula nostra
Et Pepericornos, perdita monstra, gemant,
Inque tuo Ortwinos genitos, Daventria, monte
A Monachis quos, scis, alba cuculla tegit:
Condemnas prave (videt id Leo Talpa) libellum
Hoc facto furiis gratificando tuis,
Quarum opera adversus doctos utare, piosque,
Quorum libertas est odiosa tibi.
Haccine tu Christi vis fronte Vicarius esse,
Haccine successor consimilisque Petri?
Hoc, precor, est animam commisso impendere ovili?
Hoc, rogo, Pastorem est an magis esse Lupum?
Pascere non hoc est, hoc est depascere Christi,
Sic vexare, Leo Relligiose, gregem.
Sed taceant omnes, tua consummata potestas
Hæc est ut nullo more modoque ruas,
Nec superos metuens ullos nec Tartara solus
Blandiris nimium hic, ah Leo, tute tibi.
Supprimere iniuste, summi hæc est nulla potestas
Pontificis, verum hæc vis furiosa, Leo, est.

VIVE CAPNION.

INTERLOCVTORES AD LECTOREM.

Ambitiosa rudis dominatur gloria vulgi,
Imperat ipsa simul nobis avaritia,
Pectora livor agit, Veneri procumbimus ultro;
Nil nostræ nisi sunt verba neglecta preces.
Insuper ecce frequens buccas gula nutrit obesas,
Et procul a nostra est relligione fides.
Ingeniis tandem cum desit gratia nostris,
Miscemus claris iurgia crebra viris.

[37] Ortuinos 2. Cf. Ep. O. V. II. 62. (quæ ultima est in principe alterius voluminis editione.) [39] Talpa] oculis captus, cæcus, iudicii non sani. ceterum Leonem X. ipsis oculis laborasse constat. cf. vol. V. pag. 169. §. 4.

Digitized by Google

Cætera nec retulisse opus est, diverbia cernis,
Vita quibus nostra est effigiata levis.
Hæc lege, comperies, Christo, nos, chare, ministros,
Contempto, lector, Veiovis esse. Vale.

NOVARVM RERVM STVDIOSIS,

Velamus Alanus S. D.

Nova quæ nunc sunt, ut omnium interest ea maxime nota esse, lubens exponam. Venit his diebus Hieronymus Aleander, vir sua opinione longe maximus, non solum propter linguas, quas eximie callet, Si quidem hebræa illi vernacula est, græca a puero illi coaluit, latine autem didicit, diutina professione, sed etiam admirabilis sibi videtur ob antiquitatem generis, Nam Iudæus natus est, quæ gens immodice gloriatur de Abraham, vetustissimo se originem ducere. An autem baptisatus sit, nescitur, Certum est eum non esse phariseum, quia non credit resurrectionem mortuorum, quoniam vivit perinde atque cum corpore sit totus semel periturus, adeo nullum a se pravum affectum abstinet, usque ad insaniam iracundus est, quavis occasione furens, impotentis arrogantiæ, avaritiæ inexplebilis, nephandæ libidinis et immodicæ summum gloriæ mancipium, quamquam mollior est quam qui possit elaborato stylo parare gloriam, et peior, quam qui vel conetur in argumento honesto. At illi, ne nescias, cessit fœlicissime simulata defectio ad Christianos. Nactus enim hic est ansam adoptatam illustrandi Mosi sui et obscurandi Christi gloriam, quæ hoc seculo cepit reflorescere, flaccescente superstitione et pestiferis hominum traditiunculis. Itaque instructus literis pontificiis nuper venit perditurus, quantum potest, optima quæque. Id vos candidi lectores scire volui. Valete.

Hæc affixa fuerunt Coloniæ, Dominica post
omnium sanctorum, M. D. XX.

---

[21] Veiovis] *vult* Plutonis *s.* Zabuli, falsi dei.

[5] Hic epilogus non nisi in *3.* legitur, superiori §. 82. post v. FINIS subiectus.

[25] Dom. post. omn. s.] i. e. die 4. Nov.

Digitized by Google

TRACTATVLVS QVIDAM SOLENNIS

de Arte & Modo inquirendi quoſcunq; Hæreti-
cos, ſecundum conſuetudinem Romanæ
Curiæ, oñibus Fidelib⁹, præſertim hæ-
reticæ prauitatis Inquiſitoribus
ſcitu vtiliſſim⁹, cõpoſit⁹ a q̊-
dam Legali Magiſtro
Noſtro Fratre Or-
dinis Prædica
torū di-
cto.

Caue Lector, ne tibi os nimio
riſu fathiſcat.

Digitized by Google

Hunc libellum ex Epistolarum O. V. auctorum officina emissum, quarum conparem saturam adpellare licet, ut fere ipsi Croto, quod aliis quoque visum est, maxime cum propter argumentorum scite detorquendorum stilique cavillabundi artem lepidissimis salibus conditam, tum propter ea quæ de Reuchlini causa prædicatoribusque proferuntur epistolæ Wendelini Pannitonsoris (Epp. O. V. I. 47.) fere similia, adscribendum suspiceris (quod tamen ne festinantius adfirmes tibi caveas), ad exemplum (*1.*) octo quadratorum foliorum, quorum ultima pagina vacat, nullo verbo omisso repetivimus. Quo anno locoque prodierit, neque in ipso libro indicatum est, neque ego dixerim, nisi quod antiquius esse videatur quam aliud exemplum (*2.*), quo Schelhornius usus esse videtur (Amœnitt. literariarum tom. IX. p. 771...777.) ut ex eo novissimam regulam exhiberet, cui sic præfatus est:

„Tandem quædam ad oblectandos meos lectores addere iuvat e ludicro et ob„scurorum virorum stylo scripto, Annoque 1519. in 4. edito libello hunc titulum „gerente: *Modus inquirendi hæreticos ad usum Romanæ curiæ lectu dignissimus, duo„decim regulis conclusus.* Ut ex ungue agnosci leo possit, integram duodecimam „regulam, in qua tam de hæreticis, quam ipsorum libris comburendis disseritur, „cum corollario et quæstione brocardica ei annexa, apponere haud piget".

Tum post hunc libelli finem 'Valete bene, in veritate, quam quæritis et diligitis Amen, 1519.' adiecit quæ sequuntur:

„Hæc licet ironice scripta esse facile pateat, haud tamen multum ab eius „sæculi moribus abludere omnes rerum illo tempore gestarum gnari agnoscent. „Istum vero libellum recusum postmodum Ambergæ Anno 1611. in 8. dedit per„sonatus Ioachimus Ursinus in *Hispanicæ Inquisitionis et carnificinæ secretioribus*, „ubi, præter illius originem, processus tyrannicus in fidelium religionis refor„matæ confessorum comprehensione, bonorum sequestratione, audientiis varii „generis, testium publicatione et confusione, artibus inquirendi aliis, etiam „secretioribus, captivorum victu, et reliquis vitæ subsidiis, carcerum visitatione, „sententiarum denique publicatione et interpretatione describitur: exemplis illu„striorum tum Martyrum, tum articulorum et regularum inquisitoriarum in fine „adiectis, et præfatione de Iesuitis, inquisitionem Hispanicam in Germaniam et „Bohemiam vicinam introducere molientibus præmissa. Qui liber Philippo Lim„borchio, cum suam Inquisitionis historiam concinnaret, præsto non fuit".

Digitized by Google

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIbus, Sylueſtro Prierati, Sacræ Theologiæ Magiſtro celeberrimo, ſacriq3 Apoſtolici Pallatii Magiſtro Sacriq3 ordinis Prædicatorū Profeſſori, & per Italiam hæreticę prauitatis, & Iacobo Hogoſtrat, eiuſdem Sacræ Theologiæ Magiſtro Celeberrīo, eiuſq3 Sacri Ordinis Profeſſori & p Germaniā eiuſdē hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus, Patribus ſuis multum metuendis, Frater dictus latine, λεκτος græce, eiuſdē Ordinis & Facultatis humilis Profeſſor Salutem. (Aiᵇ)

Quoniam nunc nostro tempore, quo refrigescit charitas multorum, Reverendıssimi Patres, et abundat iniquitas, multa pullulant hæreticę pravitatis seminaria, Quę licet Eximia Vestra Paternitas magno favore satagunt et zelant extirpare, ne zizania cum tritico simul crescat, tamen mundus est ita malus, quod vos in sancto opere isto contemnunt, atque quasi irrident, et dicunt, Inquisitores hæreticæ pravitatis nec scientiam, nec modum nosse inquirendi, quod est abominabile audiri. Ideo ego accensus zelo veritatis, coactus sum scribere artem et modum inquirendi. Non quod volo vos docere, cum sciatis omnia melius quam ego, sed ut videant illi indocti Asini, quam multo meliora possint Magistri nostri alii, Præsertim vos duo Luminaria magna in Ordine nostro, cum videant me humilem et minimum inter Sacræ Theologiæ Professores, hanc artem tam bene nosse, ut etiam eam describere potuerim. Quia secundum Aristotelem signum scientis est posse docere. Ideo hanc artem a me compilatam, vestris pedibus offero, et rogo, si quo loco erravi, emendetis, et in omnem terram per impressuram mittatis, ut videant et sciant, quoniam sunt apud nos multi, qui possunt mirabilia scribere, sed causa humilitatis volunt potius latere. Bene valete optimi Patres, et me commendatum habeatis.

INCIPIT TRACTATVS QVIDAM solennis, de arte et modo inquirendi et damnandi Hæreticos, secundum consuetudinem Romanæ Curiæ, comportatus per quendam eximium Sacrę Theologiæ dictum Professorem. ¶ Quoniam omne multiplex indistinctum necessario parit confusionem, et erroris mater est æquivocatio semper, Idcirco ut istam Artem distinctius et subtilius et facilius possim enucleare, volo ipsam per Regulas (Aij)

---

[9] Quid hoc λεκτὸς sibi velit, non video, nisi forte vocabulum di*lectus* hic Magister noster ex *di* et Græco *lectos* compositum esse significat, ut e. gr. Io. de Ianua in Catholico 'Lentos grece plenus vel plenitudo latine. Et hinc componuntur desinentia in lentus: ut vinolentus, somnolentus. Est enim regula Omnia nomina composita apud latinos in lentus desinentia sunt composita ex precedentibus dictionibus, et lentos grece, ut somnolentus a somno et lentos grece' *etc.*

[13] Exi. Veſt. Pat. *1.* [22] deſcribrre *1.* Arist.] Peripatet. l. 7.

Digitized by Google

quasdam determinare faciles et faciliter memorabiles, propter vitandum studendi laborem.

PRIMA.

¶ ANTE omnia invocandus est Spiritus sanctus, et orandum devote pro gratia Dei, ut Actus ille inquirendi incipiat, proficiat et perficiatur (secundum quod scribitur in Collectis quotidianis) non ex vana gloria, nec propter vanam gloriam, nec propter pecuniam, sed ex amore Dei et zelo veritatis, propter gloriam Dei, maxime autem propter honorem sanctæ Sedis Apostolicæ et pacem ecclesiæ Catholicæ, ad supprimendos errores, et ad sedanda scandala, et turbationes fidelium Christi cavendas.

SECVNDA.

¶ ISTA intentione bona formata, quam impossibile est non placere Deo, cum sit sanctissima et syncerissima, etiam merito condigni meritoria æternæ vitæ oportet firmiter credere, et tanquam certissimum ac primum huius artis principium præsupponere, de quo nullatenus liceat dubitare, Quod Papam errare est impossibile, sed quicquid dixerit, voluerit, fecerit, hoc tanquam vocem et factum Petri, seu potius ipsius Christi met oportet acceptare. ¶ Quod si quis vellet in hoc dubitare, aut rationem quærere, Ille iam de facto non inquisitor esset, sed inquirendus tanquam certissime hæreticus, quia dubitare et non credere pro eodem accipiuntur, secundum Aristotelem .III. phisicorum, Quod parum distat &c. ut notum est. Et quia sicut ianua in cardine volvitur, ita tota ista ars in hac secunda regula iacet, sicut rusticus in sole, Ideo ne-
Aij[b] cessum et bonum puto (licet extraordinarie) || ipsam inoppugnabiliter fortificare. Et primo sic. Nisi esset vera et certa ista regula, nullus posset inquiri aut iudicari, aut condemnari in sancta Romana ecclesia, quod est absurdissimum, consequentia nota. Sed antecedens probatur duabus rationibus invictissimis. Primo, quia Papa est lex animata et viva in terris (Nam in hoc bene licet conformari Principem ecclesiæ huic seculo, in quo princeps est imperator lex viva, nec obstat quod Imperator in temporalibus, et Papa in spiritualibus præest, quia sunt invicem figura et figuratum) sed ablata aut dubitata lege, iam nihil certum posset secundum eam iudicari aut fieri, ideo oportet esse certissimum, Papam non errare. Secunda ratio est, quia Hæretici solent se per sacram scripturam defendere, sed illa est lex mortua, et litera occidens, et potest in multas falsas sententias trahi. Sicut patet in multis Magistris nostris, præsertim Hugone nostri Ordinis Cardinale, et sic hæreticus fieret anguilla. Confirmatur ista ratio, Quia hinc Iuristæ recte dicunt, quod Papa sit ecclesia, iuxta illud Matthei .xv. Si te non audierit, dic ecclesię, id est Prælato. Si ecclesiam, id est Prælatum non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Modo Papa est prælatus prælatorum, et per consequens Ecclesia ecclesiarum, tenet consequentia ab eodem ad idem, per diffinitionem univocorum. ¶ Secundo probatur ista regula irrefragabiliter. Quod si Papa posset errare, tunc etiam Ecclesia posset errare, cum sit primum et summum ecclesiæ membrum. Si autem ecclesia posset errare, tunc etiam Christus posset errare, cum sit una caro et unum corpus cum ecclesia, Iuxta Paulum, Erunt duo in carne una. Si autem Christus posset errare, etiam Deus posset errare, quod est impossibile, cum Christus sit deus. Et sic patet regula verissima.

Sed hic sunt aliqua argumenta videnda.

¶ Primum dicunt, quod Ecclesia non possit significare Prælatum ex natura

Digitized by Google

vocabuli, Quia 'ecclesia' græca dictio est, et significat idem quod convocatio vel congregatio, sed Præ||latus non est congregatio. Respondetur, Hoc est Aiij unum grammaticum argumentum et multum suspectum et hoc duobus modis. Primo quia ex greca grammatica arguitur. Sed Greci sunt hæretici et scismatici, ideo non est eis credendum in suam grammaticam. Secundo quod videtur synagogam ex ecclesia facere, Nam synagogam dicunt etiam significare conventum et congregationem. Ergo probabile est quod ecclesia non congregationem, sicut synagoga, sed Prelatum significet. ¶ Sed dicunt contra Si accipitur a grecis vocabulum Synagoga, cur repudiantur in vocabulo ecclesia et similibus? Item quod in nullo passu Novi Testamenti ecclesia pro Prælato potest accipi, ut 'Credo ecclesiam sanctam catholicam', Item illud 'Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam'. Respondetur, Non credo Synagogam esse grecum nomen, quia Synagoga fuit apud Hebræos tantum, et non apud græcos, ideo hebraicum potius nomen est. Nec nocet quod ecclesia aliquando accipitur pro Prælato, aliquando pro populo cuius est Prælatus, et secundum hoc oportet scripturas distincte intelligere, et magistraliter. ¶ Secundo arguitur, Quomodo Papa non potest errare, cum tamen S. Petrus erravit, ut in Evangelio quando Dominus eum Satanam vocavit. Respondetur, Hoc est una frasca et Brocardicum argumentum. Nam tunc temporis nondum acceperat Spiritum sanctum, licet fuisset in gratia, quia potest aliquis bene esse in gratia, non habendo Spiritum sanctum, ut alias habet videri per Magistros nostros. ¶ Si autem replicatur, tamen Paulus reprehendit eum post Spiritus sancti missionem. Gala .II. Respondetur, Hoc fuit veniale peccatum, et quædam simulatio ac dispensatio piæ fraudis. ¶ Si iterum dicit, Non videtur sanctus Paulus pro veniali peccato et tam levi re tantum festum fecisse, nisi fuisset periculum animarum ibi. Nam ipse dicit evangelii veritatem ibi fuisse omissam, hoc autem est Christum negare et infidelitate peccare. Respondetur, Sancti primitivæ ecclesiæ fuerunt ferventes, ideo parva peccata tanquam maxima reprehendebant. Et quod nos hodie hæreticos comburimus et occidimus, ipsi homicidium reputassent, sed excessive locuti fuissent, cum tamen nostro tempore (si recta sit intentio) non solum sine peccato sit, || sed etiam cum magno merito fiat. Sic Aiij[b] reddere debitum matrimonii, non sine peccato fieri illi dixissent excessive loquentes cum Psal. quinquagesimo, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Sed nostro tempore cum merito fieri potest, et est opus iusticiæ. ¶ Tertio arguitur, Cur ergo sancti Patres suo tempore Hæreticos per scripturas et verbum Dei expugnaverunt, et exemplum nobis sic faciendi reliquerunt? Respondetur, Hic alia est ratio temporis. Nam tunc ecclesia nondum fuit firmata nec fides satis roborata, ideo necesse fuit per scripturas cum eis pugnare. Nunc autem oportet de firmata fide eos examinare. Ideo multo facilior est modus inquirendi nunc quam tunc fuit, quia illorum modus describi et in artem redigi non potuit, nisi totam scripturam aliquis intellexisset. Sed hodie periculosum est cum Hæreticis in Biblia pugnare, quia quando fecerunt Bibliam suspectam, quod a multis vocatur liber hæreticorum, ideo aliis libris et modis agendum est.

TERTIA.

¶ NECESSE est summe, ut inquisitor ipse quoque certus sit, se non posse errare in hoc actu. Nec debet inquirere, quod velit aliquid discere vel audire,

[18] Matth. VI. 23. Marc. VIII. 33.

Digitized by Google

sed tantum docere et audiri, alioquin non esset Inquisitor, sed discipulus Hęreticorum, nec certus esset quid agere vellet cum hæreticis. Ideo oportet præconcipere conclusionem quam intendat. Potest autem certus fieri ex tribus. Primo ex intentione formata iuxta regulam primam. Secundo ex mente Papæ inerrabili, a qua suscepit officium, et causam inquisitionis, iuxta regulam secundam. Tertio ex doctrina sancti Thomæ, quæ sola est igne spiritus sancti examinata et purgata, et summi Philosophorum principis Aristotelis sententiis decorata. Nam impossibile est, quod intentio illa erret, multominus possibile, quod doctrina .S. Thomæ erret, in qua si non esset bene fundatus Inquisitor, non esset dignus officio isto pulcherrimo et titulo gloriosissimo. Quia si so-
(A4) lam Bibliam sciret, cito hæ||reticus eum posset illudere per multiplicitatem expositionis. Ideo certam oportet, et quæ est sine quæstionibus, sine opinionibus, sine distinctionibus multiplicatis, habere Theologiam. Hæc est doctrina sancti Thomæ, mens Papæ, et bona intentio Inquisitoris.

QVARTA.

QVANDO pro tribunali sedet, tunc debet protestari, quod solum deum ante oculos habeat, Sic tamen ut aliquis spissus paries vel murus ferreus inter oculos et Deum sit, ne offendantur oculi eius, iuxta illud, 'Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria', ut sic possit anima sponsi dicere, Ecce ipse stat post parietem. Hunc autem parietem intelligo, quod sit aliqua pia intentio in corde Inquisitoris, quæ est, ut sit solicitus, pro confusione Ordinis tolleuda, et gloria exaltanda, et non intendat ab Actu desistere, donec hæreticus confusibiliter sit combustus, ut sic in domino gloriari possit, quod ecclesiam defenderit.

QVINTA REGVLA.

¶ SIT itaque armatus armatura dei, invadat diabolicos homines cum Psalmo dicens 'Tabescere me fecit zelus meus', Et iterum 'Perfecto odio oderam illos'. Et nil noceret, si vocem aliqualiter exasperaret, sicut solent invidi facere, aut melius pro cavendo speciem invidiæ, caput cum risu amariusculo (velut canes dentes nudando) fiducialiter moveret, ut sic diabolus terreretur, et hæreticus ipse primo aspectu perditum esse secum putaret. Nam oportet Inquisitorem secundum Apostolum in omni patientia et modestia omnia experiri, si possit animam lucrari Deo. Post hoc prolatis digitis denumeret sibi de digito in digitum articulos quos hæreticus iuxta mentem Papæ debet acceptare, simul aliquid terribile insonans de igne, et dicat, 'Credis hoc vel non? si credis, omnia tua revocabis; si non, combureris'. Et in fine horum verborum debet os torquere, et faciem ad circumstantes vertere, et labia porrigere, et manum utramque sparsis digitis iactare. Non obliviscatur etiam nasum rugare, et omnino
(A4b) se disponere in facie, sicut esset terribilis Larva in Carnisprivio, in || confusionem hæretici, ut circumstantes dicere possint 'O quam male stat iste hæreticus, et quam solenniter et legaliter se expedit iste Inquisitor', Si autem hæreticus voluerit respondere, et allegare sacram scripturam vel Doctorem sanctum, pro hoc tene hanc regulam subtilem, immediate sequentem.

SEXTA REGVLA.

¶ TVNC dicendum est ei, cum levi quodam cachinno, 'Ah dilecte Domine, non hic tempus est litigandi et disputandi, sed simpliciter respondendi, an credas in sanctam Ecclesiam Catholicam. Dimitte doctores doctores esse, ecclesiam

[18] Proverbior. XXV. 27. [19] Cantic. II. 9. [21] Psalm. CXVIII. 139. [22] Psalm. XIII. 22. [32] Paul. ad Col. I. 11.

Digitized by Google

audire necesse est, illi possunt errare, Ecclesia non potest errare, ut supra ostensum est. Et sic fortiter est molestandus per regulam secundam, et semper aliquis risus fiducialis intermiscendus, et facies vertenda ad circumstantes, ut ipsi corrideant Inquisitori, et irrideant hæreticum, sicut Herodis familia Christum, sic tamen ut non fiat indecens cachinnus. Nam oportet hanc rem cum maturitate multa, cum gravitate summa, et suavitate in Spiritu sancto tractare. Nec leviter debet ridere Inquisitor, nisi dum hæreticus scripturam sanctam allegat, nam tunc oportet hæretici intelligentiam magis ridendo despicere, quam respondendo solvere, ne forte trahatur Inquisitor in expositionem sacræ scripturæ, ex qua non possit redire sine confusione, propter astutiam hæreticę pravitatis, quę valde prompta est in Biblia. ¶ Si autem ceperit hæreticus alte clamare et Doctores cum scripturis iactare, sese paratum rationem reddere suæ sententiæ, petere doceri, et solvi suas rationes et auctoritates, Tunc oportet cum maxima diligentia videre, ne circumstantes ista diutius audiant, ne ad misericordiam moveantur, et hæreticum habere iustam causam credant, quare hic ne tumultus fiat in populo, summe necessaria est una bona cautela, quæ traditur hac regula

SEPTIMA.

¶ SED ut multo magis clametur, ac tumultus aliquis vel pedum strepitus excitetur, sicut Iudæi fecerunt, quando .S. Stephanum voluerunt opprimere, ne audiretur. Nam etiam furor pro eccle||sia dei meritorius est, maxime si ex B prædicta intentione procedat, simul quoque iuxta Aristotelem in Elenchis multis quæstionibus vexetur, ut in diversa distractus, et in diversos intentus aliquid dicat, quo capiatur, Quia oportet diabolum suis aliquando artibus fallere, ut canitur in hymno Crux fidelis, Ars ut artem falleret. Nec est necesse semper in digito Dei eiicere dæmonia, sed malum malo pellere, per dispensativam evangelii interpretationem, quia Inquisitor debet sperare quod hæreticus comburetur, ne cum confusione cesset ab officio. ¶ Bonum quoque esset si ista non iuvarent, quod mandaret silentium sub pœna excommunicationis, ut sic cum bona modestia Inquisitor possit omnibus audientibus dicere, et se resolvere, Quod non intendat nisi salutem miseri hæretici, et bene esset contentus, quod suos doctores allegaret, si primo responderet an in Ecclesiam crederet, sive per fenestram, sive per ianuam crederet, modo in ecclesiam crederet, Quia quid prosunt Doctores, qui sunt pars ecclesiæ, si in totam ecclesiam non credat (quæ est mens Papæ et intentio hæreticorum Magistrorum) ut sic populus notet, illum vere esse hæreticum, quia ecclesiam non vult audire, et Inquisitores esse iustos in suo proposito, quia honorem ecclesiæ et fidei synceritatem tam legaliter et zelose quærant.

OCTAVA.

¶ SOLLICITISSIME providendum est, ut Inquisitores sint de Ordine Sanctissimo Prędicatorum, quia illi habent magnam gratiam apud populum, et antiquam famam, quod sint docti et Seellos, dicere volui zelosi pro ecclesia sancta, et Apostolica sede. Ideo facilius possunt suspicionem populo facere contra hæreticum quam alii quicunque. ¶ Etiam ideo, quia postquam ipsi multas et magnas pertulerunt propter zelum et scientiam suam confusiones, eo fidelius et diligentius laborant, ut alii magis confundantur, ut ipsi hoc modo suam ignominiam alienæ ignominiæ consortio solentur, Iuxta illud, Gaudium est miseris

---

4 SOLLICISSIME *1.* 20 Act. apost. VII. 56. 26 Cf. Luc. XI. 20. 47 *Senec.* Troad. 1014. sq. „Gaudet in multos sua fata mitti, Seque non solum placuisse pœnæ".

Digitized by Google

socios habere pœnarum, Et illud Petri, Scitote easdem passiones et fraternitati vestræ quæ in mundo est fieri.

NONA.

B[b] SOLLICITANDVM est omnibus modis, ut ante ini||tum et post Actum istum mittantur diversi Fratres discreti in diversas partes, maxime ad principes et seniores plębis, qui (sine detractionibus et mendaciis) persuadeant, hunc hæreticum nolle audire ecclesiam Catholicam, et hanc culpam dilatent, magnificent et multiplicent, ac pertinaciam hæretici summis studiis accusent, detestentur. Etiam spuant in terram dicentes Pfuck, Pfa, Pfui, quod ista scandala permittuntur in Ecclesia regnari, in blasphemiam divinæ maiestatis, et in diminutionem potestatis Ecclesiæ et fidei catholicæ, ac iniuriam sacræ Theologiæ, præsertim doctrinæ sancti Thomæ, et opinionum suarum. ¶ Iurent etiam, ac manibus et pedibus loquantur, sicut sapientes solent Ecclesiast .III. ut sic Principes provocent ad indignationem. Pro Inquisitoribus vero dicant, quomodo omnia legaliter et zelose faciant, quanta modestia et charitate hæreticum orent, fleant, agant, omniaque tentent, sed frustra. Expediret etiam multum, si in prædicationibus in ecclesiis hinc inde populus similiter irritetur, et magnis miserationibus super hæreticum pro sancta ecclesia et favore Inquisitorum concitaretur, Ne postea murmur in populo relinqueretur, sicut sæpius factum est, non fuisse hæreticum, sed iniuriam ei factam. ¶ Quia hinc venit, quod ista regula neglecta fuit, quod usque hodie multi aperte dicunt et scribant Ioannem Huß et Hieronymum de Praga fuisse nec convictos nec iuste combustos, Et probant tali argumento, ut nuper a quodam hæretico audivi in boemia, quod postquam illi sunt combusti, ignis velut iniuriæ disponente Deo in neminem atrocius sævit quam in Ordinem Prædicatorum. Ex ipso enim fuerunt illi Inquisitores qui eos combusserunt, et allegavit illud Sapiẽ. 'Per quæ quis peccat, per hęc et punitur'. Nec est verisimile eos fuisse hęreticos, quia novo supplicii genere, quod hæreticis nunquam, sed sæpius Catholicis, Deo volente, illatum est, occisi sunt. Verum stulti sunt illi, non intelligunt quod illis facta est iusticia, quia noluerunt audire Ecclesiam. Nostris autem Fratribus facta est iniuria, quia voluerunt audire et audierunt ecclesiam, ut superius accepta est, et non fuerunt admissi, ideo in cœlo sine dubio coruscant inclyto || martyrio, Et combustores eorum, quia contra ecclesiam egerunt, ardebunt in inferno. De quo latius unum librum dabo, quo obstruam os loquentium iniqua, quem pro honore sanctæ ecclesiæ et zelo fidei iam compilo.

Bij

DECIMA REGVLA

EST una singularis et specialis, quam adhuc nullus tetigit, qui de hac arte scripsit, quantum ego legere potui, quam ego multo labore et experientia inveni, et est multum subtilis, scilicet ista, Quod quia nunc multi surgunt qui antiquiores doctores legunt, et S. Thomam contemnunt, et invenire se dicunt, quod nos vocabulum Ecclesiæ sanctæ nostris opinionibus et affectibus non aliter prætexímus, quam olim Pseudoprophetæ nomen Domini suis mendaciis prætexuerunt, multosque prophetarum occiderunt, ac populum seduxerunt, Sic et nos sub nomine Ecclesiæ dicunt nostra mendacia quærere, et non hæreticorum exustores, sed sanctorum Dei persecutores criminantur, nihil de ecclesia

---

[1] I. Petr. V. 9. [13] Eccl. III.] XII. 19.? „caput suum movebit *etc.* [26] Sap. XI. 17. [30] Ad Bernense scelus adluditur. cf. infra Regul. XII. [34] Cf. Psalm. LXII. 12.

Digitized by Google

sancta nisi titulum nos habere et speciem, ut Apostolus ait, pietatis, virtutem eius abnegantes. Nec hoc satis, Dicunt nos vere esse Magistros hæreticorum, quia hæretici simus, et hæreticos faciamus, Etiam vere Inquisitores hæreticæ pravitatis, quia inquiramus aut inveniamus eam, simul Inquisitores et inventores hæreseon, pro Inquisitoribus veritatis nos culpantes. Et heu insanissimi homines, hanc sententiam quasi cunctis principibus et laicis (quia incipiunt valde docti fieri) persuaserunt, ut nos pro seductoribus populi, homicidis fidelium Christi passim iactitent, et plane pro Antichristi apostolis habeant. Et dicunt se hoc colligere ex eo fundamento, quod non sacram scripturam, nec sanctos patres, sed Aristotelem et opiniones nostras solum doceamus, quibus Antichristus utitur, ut putant. O secula, O mores, bone Deus, quid hic dicam? etiam in sanctam Romanam ecclesiam blasphemi sunt, quæ Aristotelis studium et sanctum Thomam in suis opinionibus approbavit, et multum commendavit, ut nota sunt Urbani papæ verba.

¶ Idcirco in isto non similis punctus est sicut iste, quare pro exequenda Nona regula mittendi sunt doctissimi prudentissimi Fratres, qui sciant persuadere hominibus, || quod Inquisitores non solum nomen Ecclesiæ, sed vere Ec-Bij[b]
clesiæ rem ipsam quærant, Et non esse Inquisitores hæreticæ pravitatis, ut eam inveniant, sed ut opprimant et perdant. Et utile est ubi non sufficiunt FRATRES qui sic mittantur, quod literæ scribantur in omnem terram, et persuadeant sicut dixi. Verum quomodo persuadeant, alio tempore scribam, iam non occurrit aliud nisi ut iurent ad omnes sanctos, et in conscientiam suam pectus devote percutiendo, se vero Ecclesiam sanctam intendere, et non nudum nomen nequitiis suis prætendere.

VNDECIMA REGVLA,
multum artificialis ac Magistralis.

QVICQVID fiat aut non fiat, Hoc nimis præ omnibus curandum est, ne Hæreticus permittatur aliquid respondere, neque examinetur in ullo puncto, nisi prius promittat Ecclesiam sanctam sequi. Et in hoc habeatur respectus ad consuetudinem Romanæ Curiæ, quæ est mater et magistra ecclesiarum, etiam domina terrarum, Iuxta illud Christi, 'Gentes dominantur eorum, vos autem non sic' etc., Quia ipsa semper ita solet facere. Nam comburit aut in Tyberim proiicit, aut alias occidit quicunque non vult sequi sanctam Ecclesiam Dei et Apostolicam sedem, non attento quod voluit stare iudicio, aut rationem reddere. Non tamen in hoc est homicida et cruentus tyrannus, nisi secundum opinionem quorundam fatuorum qui scripturas sanctas per caput proprium intelligendo per decisionem Romanæ Curiæ negligunt exponere. Oportet enim sanctam Ecclesiam authoritative procedere, et non cuilibet rationem sui facti reddere, quia satis est, quod ipsa habet rationes eam moventes, cum Spiritus sanctus deserat eam. Et iuste quidem ac recte, quia si sic admitterentur, citius convincerent Papam et sanctam ecclesiam errare, quam ipsi convincerentur; non propter veritatem, quam non habent, Sed propter multiloquium et astuciam suam, cui non potest ita resistere Spiritus sanctus hodie sicut fecit tempore .S. Stephani. Nam alia est nunc ratio temporis, ut sæpe dixi, ideo utilissimum est ut occidantur antequam audiantur. Non enim dignus est audiri qui non vult audire, Quia oportet esse || discipulum antequam magistrum, et prius audire quam au- Biij
diri, Sicut Aristoteles docuit.

---

[1] II. Tim. III. 5. [19] perdunt *1*. [31] Matth. XX. 25. Luc. XXII. 25. [33] vnlt *1*.

Digitized by Google

DVODECIMA.

¶ SI autem per gratiam Dei audierit hæreticus, et ecclesiam sanctam sequi promiserit, tunc mox imponatur ei revocatio, nec est tunc necesse ad sua dicta respondere, aut rationes solvere, ne forte cogatur Inquisitor ad sanctam scripturam venire, in qua timendum est uter succumberet, sed sufficit simpliciter dicere, 'Sancta ecclesia sic determinavit, et sedes Apostolica sic vult', et sic victus est hæreticus, et anima lucrata deo et benedicatur Deus, et laudetur sanctus Ordo Prædicatorum, qui tam Legales Inquisitores enutrivit. Tunc imponendum est hæretico ut suos ipse libros comburat, et ignem foveat, sicut Isaac ligna pro se ipso portavit, non in confusionem quidem hæretici sed ut Inquisitor iuxta cum gloria sedere possit, et in conspectu circumstantium hæreticum omnibus ostendere victum, Quia iam victo debet aliqualem compassionem facere, et non nimis insultare et irridere miserum, nisi ubi discretioni suæ visum est. ¶ Si autem noluerit, et omnino pertinaciter perseveravit, tunc iuxta Apostolum, Auferte malum de medio vestri (in quo Apostolus licet non comburere iussit, tamen occidere præcepit per dispensationem præcepti Dei) tradatur foro seculari et comburatur, sicut est moris atque stili Romani, nec pro eo oretur, nec mors eius commendetur, Sed sit nomen eius maledictum, et omnia quæ dixit et scripsit, et fecit. Tunc Inquisitores habebunt intentum finem suum, scilicet magnam gloriam apud Deum et homines, et gaudere possunt in corde suo. ¶ Ex omnibus prædictis sequitur unum notabile Corollarium. ¶ Hoc est hoc, Quod isti quatuor FRATRES Prædicatores in Berna sunt inique combusti, quia fuerunt examinati de puncto ad punctum, et sic defecerunt. Si autem primo fuissent interrogati (sicut debuerunt) et solum hoc quæsiti, an crederent in sanctam Ecclesiam, bene fuissent liberati, Quia etiam sanctissimus Dominus Papa iam decreverat (non accepta pecunia, ut multi loquuntur) eos liberare, quia Ecclesiam sanctam confitebantur, ergo nihil contra
Biij[b] Ecclesiam egerunt, quare non fuerunt || hæretici. Sed Helvecii isti Schvicerii, quia bellare tantum sciunt, artem autem inquirendi nunquam studuerunt, ideo non mirum, quod omnia perverterunt, et iniuriam eis fecerunt, et meo iudicio hæresim commiserunt, quod combusserunt eos qui Ecclesiam sanctam confitebantur. At illi Boemi Ioannes Huß et Hieronymus de Praga recte et artificialiter fuerunt examinati, quia non per sacram scripturam fuerunt convicti, Sed per determinationem Romanæ Ecclesiæ damnati. Quia ut supra dixi, Romana Ecclesia est regula fidei, magistra ecclesiarum, domina terrarum. Ideo quidquid dixerit, articulus fidei est, non obstante quod aliquando erravit, Nam regula fidei potest bene errare venialiter, sicut S. Petrus ad Gal. II. ¶ Sed et Ioannes Reuchlin si permisissent Principes inquiri de articulo fidei in Ecclesiam sanctam, non tantum libri sui, sed ipse quoque fuisset combustus, In quo maximam gloriam Inquisitores fuissent consecuti, quod talem virum tam doctum combussissent, Quia semper combustores sunt doctiores combustis, ut patet in Coquo et lignis quæ ipse comburit. ¶ Nunc autem quia de articulo in articulum per scripturas et rationes fuit examinatus, non est mirum quod cum gloria fuit liberatus, Quia ars inquirendi non fuit cum eo servata. Est enim impossibile, quod hodie aliquis convincatur hæreticus, si articuli eius examinentur ad sacram scripturam, Sed si examinentur ad sanctam Ecclesiam, hic non

---

[8] eis *2*. [5] uter] iterum *2*. [15] I. Cor. V. 13. [16] iussit] inserit *2*. præc.] Exod. XX. 13. [20] scilicet] sed *2*. [21.22] correlarium *2*. Cf. supra Regul. IX. i. f. [28] Heluetii *2*. [32] Hieronimus *2*. [35.36] quicquid *2*.

Digitized by Google

est possibile quod evadat. Tales sunt hodie quidam novi Hæretici, qui ex græca lingua (quæ semper fuit hæretica et schismatica) novam et hæreticam Theologiam adducunt, contra sanctum Thomam, quos spero examinandos esse secundum practicam huius artis. Et erit per hæc gloria Inquisitoris et totius Ordinis maior, quod tot et tantos combusserunt, quam fuit unquam confusio, quod ipsi sunt combusti, det Deus cum salute et cito. Amen. ¶ In fine est una Brocardica quæstio, quæ hinc inde a multis ventilatur et est ista. Quomodo sancta Ecclesia iam plus quam mille trecentis annis optime recta est, ut nullos occiderit aut combusserit, usque ad Concilium Constantiense, Et nunc regi non potest nisi comburendo hæreticos, cum tamen illo tempore innumerabiles || fuerunt in Ecclesia hæretici, Nunc autem nulli exceptis forte Boemis, aut Ma- (B4)
gistris quibusdam hæreticorum, quos ita vocant, Maxime cum propheta Isaias .v. et .LXVIII. dicat de ecclesia Christi, 'Non nocebunt neque occident in universo monte sancto meo'. Respondetur, Miror tam indoctos esse homines qui ista quærunt. satis patet, quod nihil in sancto Thoma studuerunt, dico ergo quod solutio brevis est ista, Quod tunc non fuerunt Inquisitores hæreticæ pravitatis, Si enim tunc fuissent, tunc Ecclesia bene purgata fuisset ab Hæreticis per ignis ardorem. Sicut enim veritas crescit pro tempore, et plus revelatur, sic et purgatio Ecclesiæ crescit. Nam tunc temporis quando in sacra scriptura studebant, non fiebant tam subtilia ingenia, quia non habebant curam de Aristotele, qui facit valde subtilia ingenia. Quare ego credo, si sanctus Hieronymus et Augustinus hodie viverent, aut etiam ipse Apostolus Paulus, vix evaderent ignem, tam excellentes sunt Inquisitores in ingeniis. Quod ego intelligo ex uno facto novissimo. Quia si potuerunt invenire quod Iohannes Reuchlin esset hæreticus, quia dixit humanitatem Christi comparari posse habitu laicali et meretricio, Quomodo effugere potuisset Apostolus Paulus, qui non humanitatem Christi, sed ipsum Christum filium Dei dicit, non modo velatum maledicto et peccato, sed maledictum et peccatum factum ab ipso Deo met. Bene tibi, Paule, quod vixisti illo tempore, quando non erant subtilia ista ingenia. Quare quisque consyderet temporis rationem et subtilitatem ingeniorum, et cito solvent omnes quæstiones.

¶ HANC igitur Artem a me comportatam secundum paupertatem doctrinę, et infecunditatem stili, bono et lęto animo suscipite, quam possitis pro honore sanctæ Romanę Ecclesiæ et veritatis Curialis, ad laudem et gloriam ordinis nostri, omnes hæreticos funditus extirpare, et fœliciter triumphare. Et hoc ad introducendum consuetudinem pro sancta Romana Curia, qua ei liceat quos volet impune occidere et damnare, per dispensationem et reprobationem omnium legum Dei. Valete bene in veritate quam quæritis et diligitis. Datum Coloniæ ex bursa Kneck.

FINIS.

---

12 Iesaias 2. 15 ergo *omis.* 2. 30 consideret 2. soluet 2. 34 et Zelo veritatis 2. 36 introducendam 2. 38 *Pro* Datum ... FIMIS. *in* 2. *est* Amen 1519.

Digitized by Google

[Ne ad perpetuum otium hæc pagina damnetur, eam duo de monachis carmina in se suscipere decretum est ex 'Querela fidei desumpta, quæ legitur in Pasquillorum tomis [Ind. bibl. Hutt. n. 55, t.] p. 103...105. Valentinus Curio p. 99. [94. per err.] præmonuit "Ad lectorem. Libuit hic subiicere Querelam de fide, pii et spiritualis cuiuspiam Parochi, ut videtur, ante hoc nostrum seculum nuper in Germania repertam, ut videas, optime Lector, etiam ante nos fuisse semper in Ecclesia aliquot pios et sanctos viros, qui cum publice non auderent suum spiritum et sensum profiteri, tamen in angulis suis ... suum dolorem extillaverunt, et visitationis diem expectaverunt". Præter interpunctionem nihil emendavi, nisi quod 'perorare' scripsi pro falso 'pro orare'.]

DE MONACHIS.

Item qui in claustris degunt,
Iuxta normam se non regunt,
Quam patres instituerunt,
Sed quæ vetita sunt quærunt,
Vestes deferunt claustrales,
Sed in mente non sunt tales:
Namque sub religiosa
Veste latet mens dolosa;
Rixas, lites et rancores
Habent inter se maiores
Monachi et Moniales
Quam personæ mundiales.
Qui vult Satanæ servire,
Claustrum debet introire:
Mali cogunt ibi bonos,
Ut cantent eorum tonos.

DE MONACHIS MENDICANTIBVS.

Item fratres mendicantes
Omnes fere sunt truffantes:
Parent nam quod sint devoti,
Cum sint tamen nequam toti:
Quicquid prædicant sermone,
Raro complent actione;
Metunt, ubi nusquam serunt,
Semper plus quam sua quærunt;
Oves alienas tondunt,
Et parrochias confundunt,
Dantibus applaudunt care,
Sed qui nihil possunt dare
Vel replere eis manum,
Illos mittunt ad Plebanum.
Pulchre perorare sciunt,
His qui credunt capti fiunt:
Per verborum apparatum
Aures penetrant magnatum.
Valde diligenter notant
Ubi divites ægrotant:
Ibi currunt, nec cessabunt
Donec ipsos tumulabunt;
Sed ad casas miserorum
Nullus ire vult eorum.
Puto vero quod prodesset,
Si in mundo nullus esset
Monachus vel Monialis,
Sive secta Begynnalis:
Postquam enim sic creverunt,
Lex et fides perierunt,
Et totius mundi status
Est in malum commutatus.
Utrum culpa sit eorum,
Noscit conditor cunctorum.

Digitized by Google

PASQVILLVS MARRANVS EXVL,

LECTORI SALVTEM.

¶ Vidiſti ſæpiuſcule lector labores noſtros
quib. hactenus cõtra corruptos noſtri
æui mores ſudauimus. Nunc co
gnoſce quid in nouos illos
Theologiſtas adulato
res, auſi fuimus.
Quidue
Marforio noſtro auſpice
obtinuerimus a Pontifice Ro.
verſa pagella quæ ſunt
oſtendet.
‘,‘

LEGE, ET PRO-
BABIS.

[*Exemplum 1. ex quo hunc Pasquillum, quamvis priori multo inferiorem, et inficetiorem et multo minus Latinum, tomo IIII. Opp. Hutt. a nobis edito, exhibuimus,* 10 *foliis 8°. s. l. et a. editum est, habetque inscriptionem hanc* PASQVILLVS | Marranus exul, Lectori Salutem *et reliqua ut supra repetitum est. 2. In* Paſquillorum Tom. II. (Ind. bibliogr. n. 55, 1.) p. 191...201. *Schnarregalli ep. non recepta est; quam non omisit 3.* Hutt. Münch. (Ind. bibl. n. 78.) tom. II. p. 449...460. *ubi totum hoc (puto Vitebergensis alicuius clericuli) mediocre opus quasi Hutteni esset repetitum est. — De* tractatu metrico, *quem addidi, Erfurtensis alicuius Augustiniani opere, apud ipsos lectores iudicium esto, utrum Alveldium an eum qui versus fecit, miseriori ludibrio habeat.*]

Digitized by Google

CONTENTA.

Epiſtola Paſquilli Romani, ad Marforium Romanum.
Reſponſio Marforij Romani, ad Paſq.
Supplicatio nō minus lepida q̃ neceſsaria, eiuſdem Paſquilli ad S. D. N. papam.
Decretum Papæ ſuper ſupplicatione Paſq.
Epiſtola Publij Maironis ad Alueldianum Franciſcanum Romaniſtam.

Digitized by Google

EPISTOLA PASQVILLI ROMANI AD MARFORIVM ROMANVM.

Pasquillus Marranus
exul Romanus
Marforio Romano
quondam collegæ suo
.S.

Satis te credo, Marfori, ex Ciro communi amico nostro intellexisse, quare dulce patriæ nostræ solum relinquens, exul factus, in Hispaniam primum, deinde in varias nationes oberraverim; verum ubi non bene audieris caussas mei discessus, breviter repeto: quod scilicet duodenarius Cardinalium numerus minima etiam sacerdotia deglubentium in immensum excreverit crescitque in dies; et quod pro ædificio templi divi Petri totus fere Christianus orbis indulgentiarum mulso exhaustus est; tertio quod dulcissima illa et gratissima Pontifici triginta Cardinalium creatio, ex qua quingenta ducatorum milia conflata sunt, Franciscum Urbinatem e sede ducali propulerit; et demum annatarum frequentia, contra Turcas primum excogitata, iam vero in proprium lucrum versa me item exulem coegit, prout de singulis latius Ciro nostro exposui. Verum non minus video te severissimum huiusmodi Romanensium traditiuncularum censorem, quod vel epistola tua ad Germaniæ principes nuper in Augustensi conventu collectos edita facile probat. O quam fidus es, Marfori, Germanicæ nationis persuasor. edidit in lucem et Cirus noster eiusdem gentis gravamina, opusculum scitu dignum; sed omnium quæ huc pertinent unicum scopum strenuissimus ille Febrium satyricus exporrecta fronte attingit, ita ut pene nihil sit ab eo non salubriter taxatum. Spero subinde his nostris exhortationibus omnia in pristinum statum successura. accedit quod et nuper Carolus rex omnium potentissimus, totius

---

[2] Marra Latine et Romanice est Karſt, Hacke, *Marranus* itaque idem significat quod Germanice Karſthans. nam nihil ad hoc nomen pertinere puto quod Itali Hispanique proditorem, execrabilem, bannitum, Iudæum sine conversione baptisma suscipientem, *marrano* vocant. [3] Marforii cum Pasquillo frequentissimo litterarum commercio coniuncti socii nomen, a Martis foro deductum, notum est. [7] Cyro *2. 3.* (*ut ubique* y). [10] duoden.] Tot scilicet Christi discipuli fuerunt. sed XIIII cardinales iam sæc. VIII. fuerunt; concilium Basiliense non plus quam XXIIII esse voluit; Sixti V. constitutio numerum LXX statuit. [11] deglubantium *1.* [13] *immo* unius et triginta. [16] excog.] *immo, longe ante.* [19] epist.] Exhortatio ad principes ne in decimæ præstationem consentiant, a. 1518. evulgata et a nobis repetita Hutt. opp. V. p. 168. sqq. cuius auctorem Fridericum Fischerum fuisse opinor. [21] gravamina] *Puto h. l. non Wimpfelingiana indicari, sed sub Ciri nomine Crotum Rubianum intellegi.* [22.23] satyricus] Huttenus.

Digitized by Google

huius summæ severissimus vindex, ex Hispaniis in Germaniam concesserit, cum quo et ego transfretavi. Is una cum fortissimis etiam principibus (ni fallor) has in Christiano agro pestes eradicabit omniaque subvertet aut in melius reformabit: nam curiosus alioquin ego multa ex aulicis demulceo, compertumque habeo omnes id votis expetere, ut Christianus floreat amor catholicaque, non Romana tantum, crescat ecclesia. Sic facile, Marfori, communi dolori nostro ac reipublicæ Christianæ consuletur. Verum, o cœlum, o terra, quantum theologastri nostri, ne id fiat, resistunt, inexplebili et excæcatæ eorum avaritiæ metuentes. Hoc palam est omnibus, quot tragœdias moverint Tacellanæ pravitatis inquinatores, quot tandem et Magistri nostri, eiusdem farinæ professores; insurgunt nunc Minoristæ, omnium minimi, ovili tegmine apparentes, ac maximi primique triumphatores fieri cupientes: valde his condoleo, quum ipsi sibi non vocati cornua erigant: æstimo tamen non communi eorum voto Ainfeldiensem ita ainfeldialiter, vel secundum doctorem subtilem, quo melius capias, *also einfältig*, rem attigisse, sic nec cæteros qui evangelicis tubis mare minantur magnum et nescio quot execrationes: o Christe, quot ex tuis oviculis tuo precioso sanguine redemptis in hoc pelago suffocatæ sunt! quas etsi bis octuaginta ducatorum milia subdola mendicitate conflarent, non possent recuperare; duos galeros vel etiam secundum fori competentiam comparare possent. His iterum venenis, Marfori, succurrere volens supplicationem ad sanctissimum dominum nostrum Papam edidi, qui horum caput est, quantum ipsi volunt (in reliquis etiam hunc in mare magnum proiiciunt) ut dignetur sua sanctitas huic theologistarum et maxime garrulis sophistis (qui ea quæ evangelii sunt, pro eorum libidine torquere penitusque evertere nituntur) errori mederi, quam tibi his nostris literis introclusam transmitto. hanc quo citius poteris signandam, ut moris est, præsentare velis ac desuper Pontificis sententiam petere; quam vel ex hoc uno (me iudice) facile obtinebis, quod Florentini fere omnes Gallicas iam caussas, et quidem magno concilio tractent, maxime ubi utrisque periculum imminere prospiciant, de sacris literis alias minimum quid cogitantes. Fac ergo diligens sis sollicitator, item et procurator, in re tam seria, et quid effeceris quantocius rescribe: nam Tacellani rubei ac grisei Alfeldiani eorumque pallidi suggillatores ægre finem expectant. Vale. Cirum et Vadiscum, viros ut integros, sic mihi amicissimos, verbis meis salvos exopta. Antverpiæ penultima mensis Iunii, Anno M.D.XX.

---

[9] nisi de Tezelio (cf. p. 508. v. 13.) hæc accipienda sunt, Tacellanum 'rubeum' (cf. v. 31.) puto Longipolitanum esse, eiusque pravitatis inquinatores esse Petri Schade Mosellani adversarios, Ioannem Cellarium, Lipsiæ Hebraicarum litterarum professorem eiusque conlegas. De hoc iurgio ex disputatione Lipsiensi enato cf. Seidemann Die Reformationszeit in Sachſen von 1517 bis 1539. Dresd. 1846. 8°. S. 28. f. [10] Mag. n.] Lovanienses et Colonienses. [11] Minoristæ] Lipsienses, Alveldiani, commilitones Augustini Alveldi Franciscani, qui 'super apostolica sede' contra Lutherum 'ainfeldialiter' scripserat. Cf. Seckendorf de Lutheranismo. 1692. fol. p. 106. sq. [13] . Estimo *1.* [15] einfaltig *edd.* [16] millia *2. 3.* [18.19] gal.] cardinalatus. sec. f. comp.] vel si tantam pecuniam dare deberent quantam sibi competere diceret curia. [20] S. D. N. *edd.* [24] nitunrur) *1.* [27] caussas *2. 3.* [30] quantotius *1.* quantocyus 2. [31] rubei] Pungitur puto Ioannes Rubeus Longipolitanus Franco, Cellarii adversarius, Eckii laudator. Cf. Seidemann *supra cit.* et Luthers Briefe von de Wette I. p. 336.

Digitized by Google

Marforius Romanus
Pasquillo Romano
classico suo salutem.

Perlegi tuas literas, iucundissime Pasquille, quibus breviter multa perstringis: placet ergo ut breviter respondeam. Quum a condita usque urbe (quod pauci norunt) nedum eiusdem, verum et totius orbis morum censores dati simus, unde et pedibus et manibus pestiferæ huic tyrannidi, qua iam, ut video, Christiana scatet religio, resistamus inprimis curavi. nam mox visis (ut aiunt) literis tuis supplicationem tuam cuidam Teutonico Pontificis camerario secreto extra muros tradidi. Is pollicitus est (ut multi etiam ardua promittit) sua authoritate eodem momento manu Pontificis subsignatam restituere. At Silvester palatii magister et nescio quis olim a littore legatus in medium prosiluere. supervenit et ex Germanis egregius quidam dissipator (disputator dicere volui): hunc magistri nostri Itali Orlandum, Alemani Rholandum ob stentoream eius vocem appellant. hic librum de primatu Petri, alter suarum Confutationum (vel potius confusionum) Epitomen manu portabat. hi una Lutheri caussam coram Pontifice et Cardinalibus tractarunt, ut nedum signaturæ supplicationum, verum et Bullarum expeditiones aliquot diebus suspensæ sint, quousque genuina industria usus mox aliud remedium inveni: nam magistrum Vives, Pontificis medicum, hominem alias liberalissimum et perfacetum, adivi, quia Hispanus est, et ut operam suam ob veterem nostram familiaritatem porrigeret petii. qui mox rei favens supplicationis signaturam obtinuit; obtinuit autem per FIAT VT PETITVR, quod solius, ut nosti, Pontificis est. extorsit et decretum, vel si dici possit sententiam diffinitivam, qua Pontifex sole clarius Theologos a theolecticis et barbaros illos perditores (heu, prædicatores) longe a veris evangelicæ veritatis adsertoribus discernit: quam et tibi submitto. Sic ars deluditur arte. Videat nunc bonus ille pharmacopola quid malagma suum parturierit. Vale, mi Pasquille, et Affenfeldum a tergo saluta. Romæ ex monte Aventino, xxviij. Iulij. Anno M.D.XX.

Tenor Supplicationis Pasquillianæ.

Beatissime pater, ut animarum saluti, Christianæ religioni ac communi omnium commodo rectius succurri valeat, dignetur sanctitas vestra providere, ne ii qui persuasione non minus insulsa quam falsa doctrinæ sibi nomen induerunt theologicoque nomine gloriari solent, diutius simplicem seducant populum, neve tam spurce ac corrupte sanctissimæ Theologiæ maiestatem dehinc prophanare ac illi notas inurere audeant, cum non solum moribus vivant per-

---

[7] quo *edd.* [9] cuidam] Coricio. Cf. infra Schnarregalli ep. [10] multi etiam, ard. *1. 3.* [11] Silv.] Prierias. [12] a littore] *facetus esse voluit scriptor cum hoc pro* a latere *poneret.* [14] hunc] Eckium. [15] Enchiridium contra Lutheranos. [19] mag. V.] *non novi hunc Vivetem.* [27] Alveldus ediderat 'Malagma optimum contra infirmitatem duorum virorum Loniceri et Lutheri'. *Cf. Appendic, ad hunc Pasq. Marr. vers.* 43. sq. [28] a tergo sal.] *fac eum vapulare.*

[32] succurri (*pro* succurrere) *ut infra* resisti (*pro* resistere) *omnes.* [Latini sermonis venustatem non nimis bene ipse auctor didicerat.] [33] doctrinæ] i. e. doctorum virorum [34] theologico] i. e. theologorum.

Digitized by Google

versis, sed et omnium disciplinarum penitus sint expertes. In primis itaque ad summam aspiraturi Theologiam Grammaticam discant, ne cum artificibus manualibus inepte ac corrupte loqui, uti faciunt, assuescant. Inde summopere necesse videtur Rhetoricæ amplectantur præcepta, ut divinum declamaturi verbum non tam confuse, turbide ac illepide deblacterent, sed pro suis frigidis nugis et dialecticis involucris populo Christiano verba veritatis aperire discant. Deinde si lubet, quamvis necessum non sit, Logicam discant ac Dialecticen, verum sincere et non depravate. modus tamen ac tempus his statuatur, ne inepta capita totius vitæ tempus inutilibus consumant strophis. Super omnia vero Latini sermonis discant venustatem, ut et veteres theologos legendo intelligere, et propriam barbariem scribendo et loquendo explodere valeant. His demum adminiculis Theologiæ limen humiliter salutare et reverenter ingredi audeant, ne omnes pariter cæco errantes tramite ita ignorantiæ involvantur caligine, ut nullus alio plus sapere seu rectius quid intelligere valeant. Provideatur vero enixe ne dialectica, logica et gentilium sophistarum ineptiæ cum sacris confundantur literis vel cœlestia dei instituta ad Aristotelis humana redigantur præcepta, quoniam nullum consortium Christi et Belial. Abnegent igitur Theologiæ candidati confestim sub initium contentiosum hoc studiorum genus, ne, uti fieri consuevit, hac rixandi consuetudine seipsos bene in cunctis sentire convincant, quum tamen omnia ignorent, et totius vitæ tempore nil aliud etiam summis laboribus quam nihil scire didicere. Et quoniam videmus stultos, insanos, garrulos illos theologastros oristica cavillatione litigandique consuetudine adeo a sacris ac bonis excidisse moribus, ut omnium hominum sint sceleratissimi ac facinorosissimi, ad cuncta tam publica quam privata munia inepti, primo moralium moralibus gentilium imbuantur studiis, deinde Christianæ religionis vera et pia amplectantur præcepta: ita enim pro superbis et contentiosis humiles, pro voluptuariis continentes, pro avaris liberales, pro invidis humani et demum pro viciosis viri optimi evadent. Quodsi omnino quis Dialecticam in Theologia confundendam esse dignum ducit, ut eo pacto hæreticorum resisti valeat decipulis, Christianus vero orbis a reliquis depuratus sit erroribus, ad Boemos ille delegetur hæreticos, ut vel illos ad viam veritatis convertat, vel quum id (ut credere licet) minus præstare queat, saltem præsumptionis, garrulitatis et stultitiæ suæ pœnas capite proprio luat. Proinde quum nulla alia sit caussa, cur qui falso theologicum usurpent nomen, dialectice, hoc est simulatorie et hypocritice vivant, aliud dicant, aliud faciant, quam quia omnem ætatem et operam in verborum inanium spiritu ac dialecticis consumant deceptionibus, illa vero explosa vel saltem salubrioribus institutis refrænata ad veram vel legitimam theologiam denuo redire incipient, Christi dei nostri præcepta absolutius observabunt, diligentius antiquorum Theologorum libros evolvent et quod in illis legendo reperient, operibus quoque complere et proximis impertiri nitentur. Cæterum quum nisi sublata caussa effectus minime tolli queat, et philosophastri illi seu depravati sophistæ omnium viciorum scateant illuvie, maximeque ideo viciose vivant, quoniam viciose philosophentur, et quæ in cœlo sunt se specu-

---

[7] Logicen *2. 3.* [14] valeant *sic edd.* [28] euadant. *edd.* in (*pro* cum) *omnes.* [28.29] confudendam *2.* resisti *omnes. Cf. supra.* [30] Bohemos *2.* Bœmos *3.* [31] quum] *i. e.* si. [33] cur] nimis Germanice loquitur Romanus Pasquillus. [37] refrenata *2.* [40] impertire *2.* [43] quoniam v. philosophentur *etc.*] *Sic scripsit auctor, quoniam* propriam barbariem scribendo explo*di* (cf. v. 32. p. 506. et prox. v. 29.) non valere*t*.

Digitized by Google

lari existiment, quum propter torporem et ingenii tarditatem nec quæ ante pedes sunt videre queant, illis inprimis Thomæ ac Scoti adimantur codices, quod longe utilius et conducibilius quam si Iudæis Thalmudici auferantur libri.

„Fiat ut petitur".

Decretum S. D. N. Papæ

super supplicatione Pasquilli lecta et publicata
per D. Eꝑm. Sutrien*sem.*

Sanctitas D. N. Papæ, maturo habito concilio, ad universum Christianum orbem legatos viros scilicet doctissimos mittere decrevit, qui diligenti indagine perquirant et examinent eos qui se theologico[4] nomine dignos esse censeant, quos si tam verbis quam operibus legitime philosophari, Evangelicæ veritati sedulo inhærere, Paulinæ ac priscorum theologorum doctrinæ operam impendere invenerint, eos præconiis et laudibus extollant muneribusque honorent, ac ut feliciter quoque pergant et successoribus per manus recte vivendi et docendi normam tradant exhortentur; quos vero non re, sed verbis tantum inanibus digladiari, Evangelicam autem et priscam theologiam sophistica garrulitate et corrupta dialectica corrumpere, moribus vero contra ac ipsi præcipiant pessime vivere, linguam denique Latinam penitus ignorare reperient, eos comminationibus deterreant competentibus, quo minus improbis et flagitiosis moribus cum crassa et supina sua ignorantia sacratissimum theologiæ nomen deinceps inquinare audeant, perpetuum garrulitatis ac vanitatis suæ imponant silentium. quodsi in pertinacia sua solita iustar perfidorum Iudęorum perseverare dignum duxerint, et temerario nisu monita ac mandata tam iusta ac pia negligere ausi fuerint, post debitarum pœnarum exactionem simulatum illis et hypocriticum detrahant ornamentum, ut palam liqueat sub leonina pelle minime theologum, sed plane tam diu asinum delituisse.

Flete igitur, Theologastri, nam ignorantia vestra ac perversi mores palam fient ac manifestabuntur.

Publius Schnarregallus

Maironis Imperatoris, summi Pontificis Cancellarius,
reverendo fratri
P. Augustino Alveldiano Franciscano,
regularis observantiæ S. Crucis,
sacri Bibliorum canonis miseratione divina et authoritate apostolica Lectori,
et in summis festivitatibus Viceguardiano,
habitus Cardinalatus S. Hieronymi defensori imperterrito,
et in Cæna domini Oratori de Synaxi,
Romanistæ romanissimo,
bonam mentem et duodecim Chiliades talentorum hellebori
exoptat.

Miraberis fortasse, alveldialissime Alveldi, cur syngrapha tibi Imperator summus pontifex non rescripserit, qua iam pridem S. Michaelis literas esse

---

[4] *Hoc pontifici tribuitur.*

[6] LECTVM ET PVBLICATVM *scribi debebat.* [22] Iudæorum *2.* [26] *Sequentia non habet* 2.

[30] Maironis] *an pro* Marronis = Marani, *exsecrati, deceptoris?* Nam vix cre-

Digitized by Google

scriptas tuæ farinæ fraterculis persuasissimum est, quas denique pro amuleto collo suspensas contra Martinianistas non admodum efficax habuisti præsidium: desines tamen mirari, si caussam cur factum sit penitus cognoris, primum itaque scias, post quam Imperator summus pontifex humi prostrati latriam et tractatum accepisset, decretum erat tuæ Alveldialitati aureis esse scribendum literis: nihil enim apud nostros nisi aureis cuiquam rescribitur literis. Id ubi nescio quis Coryçeus ad divum Franciscum detulisset, subito edicto cavit atque imperatori summo pontifici, tum omnibus interminatus est Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Vicariis et Monasteriis, et universis et singulis Notariis, sive Rotæ sive totius currus, ne cuiquam esset integrum tibi aureis rescribere literis: aiebat enim nefas esse Franciscano, sive patri sive fratri, noviciano vel lollardo, aurum attrectare, nil obstante bulla, quam Tezellius Prædicatorum semideus nuper Romæ omnibus Mendicantibus impetravit, qua in posterum licet non aurum tantum, verum etiam omne fœmininum genus, sive primæ sive secundæ, tertiæ, quartæ vel quintæ declinationis, quoquo modo habuerit, etiam in scamno neutrius generis, attrectare. Quo audito Imperator summus pontifex provinciam rescribendi tuæ Alveldialitati mihi delegavit, atque plenariam potestatem tanquam Legato a latere vel etiam a capite commisit. Ego autem quum in cœlis atramentum non haberem, nec auro tibi rescribere fas esset, in Paradisum devolo, ubi forte fortuna Enoch dormientem reperi, cui atramentum suffuratus tandem hæc tuæ Alveldialitati rescripsimus. Recordare, Alveldi, quid tibi et omnibus Romanistis acciderit, et respice opprobrium tuum; vide quomodo sponsam Christi, ecclesiam sanctorum, omnibus abominationibus et confusione induistis, sedem apoſtolicam in omnium turpitudinum effrontissimis adulationibus, plane Pythagorica transanimatione transfiguratis, perinde ut ille ex Homero Alcen meretricem, sic vos ex Christi sponsa scortum apocalypticum fecistis. Vę vobis qui in simplicissimum sacri evangelii præscriptum hominum traditiones, decreta, distinctiones, Aristotelicas chimęras, Thomisticas cucurbitas, Scotisticas tenebras, Occisticas cistas, quadrangularis et eius massæ mille alia portenta introducitis, et veluti proci Penelopes et nebulones turpissimi Christianam veritatem, summi regis sponsam polluitis; vę vobis falsariis perfidis, qui divinas sacræ scripturæ literas constitutionibus iuristarum et somniis monachorum adulteratis, facientes monstra inusitata ad extremas Alveldianorum insulas deportanda; vę vobis, qui nuper nescio ex quo angulo atque Belial conciliabulo mirabilem antichristianismum per exempla reverendi fratris Dormisecure, doctoris Ioannis Diudormirii, domini Augu-

---

diderim auctorem de Parisiensi doctore Francisco de Maironis sive Maironio de Digna, Ioannis Scoti discipulo, actus Sorbonici institutore, cui Doctoris illuminati et acuti atque Magistri abstractionum appellationes honoris causa tribuerunt, cogitasse. Cf. Bulæi hist. univ. Paris. IV. p. 197.

[2] Martian.] Lutherianos. [7] De Iano Coricio Lucilimburgensi, pontifici a libellis, cf. Ind. bibliogr. p. 36* γ. Viri vitam vid. ap. Bælium h. v. [13] Tezelltus *1.* [21] cf. Ecclesiastici XLIV. 16. [25] metempsychosi. [26] Homer.] immo, Isæo. [27] Væ *3. et sic infra.* [36] Dormisec.] *Libellum 8 foliorum in 8°. s. l. et a. publicatum sic inscriptum:*

Oratio hæc eſt funebris.
In laudem IOANNIS CERDONIS
Quã nominauimus VADE MECVM
Quia cũ emeris tũc portas tecum

Digitized by Google

stini Queretrunckerii vulgo inculcatis, O domine Alveldi, respice quo pacto vestro auxilio Romani obscuraverunt aurum in Germania, et istac ubi prius vix uni *homini* per Alpes via patuit, integros Germaniæ montes Romam transtulerunt, pro quibus omnibus callidissimi mercatores reliquerunt nobis quinquaginta milia plaustra indulgentiarum, bullas, brevia, indulta, instrumenta et multa similia. vide quam dispersi erant per universam Europam ad emungendos pauperum sudores Romanensium Curtisani, stabularii, muliones, agasones, Silvestrenses, Eccienses, Caietaniani, Capricornii atque id genus crabronum, quorum caussam tu egregie tueris. mihi tamen nolim talem patronum, si vel de lana caprina res ageretur. O nunc felicia tempora, quibus veritas Domini eluxit, etiamsi quasi ursus in cathena vinctus ringeres: sapiunt iam vobis omnibus renitentibus rustici, cives, milites, comites, duces, principes et reges, agnoscunt et deprehendunt vestras imposturas et offutias. agnosce tuam infelicitatem in virga indignationis tuæ; vide quam infeliciter cum pediculis domi certaveris, et quam mari malo filius tenebrarum in lucem prodieris: vivit enim veritas, tu autem permanebis per omnia sæcula sæculorum alveldialissimus Alveldius, et vestra Sedes apostolica nunc et semper ficulnea materies. Quare nisi in perpetuum tui oblitus es, iam agnitæ veritati cede, nec in longitudine dierum insani; erubesce simul cum tuo evangelio ex cloaca Monachorum ascito, abiice frontem meretricis; et ut tibi tuam dementiam Christus ignoscat, hanc cantilenam post octo versus S. Bernardi pro Collecta vel ad ravim usque cane 'Miserere mei, deus, quia conculcavit me homo, et factus sum sicut asinus et mulus, in quibus non est intellectus; erravi sicut bos qui periit, et frons meretricis facta est mihi, quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt cucullum meum, et sicut onus grave gravatæ sunt super me. putruerunt et corruptæ sunt Romanitates meæ a facie veritatis'. Hæc habui, mi Alveldi, quæ in rem tuam visa sunt attinere. si aliquid aliud in mandatis ab Imperatore summo Pontifice habuero, quod tuam Alvelditatem attigerit, nihil te celabo. Sed illud pene excidisset: miramur multa in tuis tractatibus inveniri Græca, Hebraica, Noveniatica, Apuleianica, Vulcanica, Kelberfartiatica, plura Romanica, multa item tua, id est Alveldica, nihil tamen Christianum: quare in posterum prudentius rem tuam age cum tuis latriis et tractatibus, atque tuum illum correctorem magisterculum Novenianiscum et asinarium Apulei præmone, ne tam absurde Græcolatina et Hebraicograeca tuis illis tractatibus immisceant. tu enim tanquam simplex frater ex instituto ordinis tui Latina non admodum calles, taceo Græce et Hebraice; unde omnia quæ tuis latriis et tractatibus intrudunt, pro te esse cre-

---

Cum duabus epiſtolis clarorũ viroꝝ
Quas nequaq̃ dices imperitoꝝ

vide supra p. 451. *sqq.* Ibi altera epistola (p. 453) est Ioannis Dormisecure Petro Tardesurgerio scripta. domini] d. *edd. Ipse Alveldius h. l. Augustini Queretrunckerii nomine peti videtur.*

[2] isthac *3.* [5] millia *3.* [6] Cajetani *3.* Capricorni *edd.* [11] etiam *3.* catena *3.* [14] virga indign.] Thren. III. 1. [16] alveldianissimus *3.* [21.22] Psalm. LV. 2. [23] periit] *an* petiit? frons] Ierem. III. 3. [28] Alveldialitatem *3.* [29] Phil. Novenianus Hafsfurtensis Franco Lucubratiunculas ... contra auctorem obscurorum viror. Lips. 1516. et scholia ad Buschii Lipsica edidit. [30] Apuleius hic Lipsiensis quis sit, nunc ignoro: *Apel?* Vulcanica] Vulcanus s. Claudus Lipsius dicebatur Wolfg. Polich de Mellerstadt. Cf. ad Epp. O. V. II. 70. Kelberf.] Hieron. Tungersheim Ochsenfurtensis Franco Kelberfurtius frigido convitio dicebatur.

Digitized by Google

dis, quum omnibus modis in Martini partes abeant. quorsum enim attinet sacratissimum nomen IESVS tuis Romanitatibus præscribere, quum Franciscani, Romanenses et Ecciani sitis, non Christiani? Sed de his latius paulo post. Vale interim Alveldialiter, ex Paradiso, secundo anno postquam tu ex insano factus es stultissimus.

[Ad hunc Pasquillum Marranum, cum Lipsienses imprimis et Alveldium, parum quidem ingeniose et facete, exagitet, appendicem ex Kappii libro (Kleine Nachlese II. p. 520. sqq.) exhibemus quæ sequitur.]

Ein Satyriſcher Tractat in Reimen auf Alvelds zu Weymar gehaltene Diſputation. Aus einer coäven Copey.

M. D. XXII.

Tractatus metricus de Wimariensi disputatione, in laudem prȩsertim Elatissimi ac divinissimi Fratris, Patris Augustini Alveldii, Lipsiensis magistri, Ordinisque Minorum professi sinistri decantatus et magno labore comportatus.

Carmen Iambicum liricum monocolon, acatalecticum etc. et Archelochium, mira suavitate compositum.

O regina Musarum, delicatissima Alecto,
Adsis cum pulchris crinibus tuo metristæ dilecto,
Meos quandoquidem oculos ad te suppliciter flecto,
Ut describam disputationis actum
Nuper in conventu Wimariensi factum,
Cum fratrum minorum ignominia peractum;
Huius, inquam, solennis disputationis
Grandisque cucullatorum contentionis,
Qui cito redacti sunt ad metum redargucionis,
Ubi aderat Henricus Marquardi, generalis sinister,
Et prȩsidebat Alveldius, Lipsiensis magister,
Responditque quidam Minorum ordinis professus sinister.
Hic, inquam, Henricus Marquardus,
In quo non est amor fraternus,
Est purus sophista et logicus modernus,
Attamen est gloriosus in utraque milicia,
Vir strenuus de modica pericia,
Qui facit omnes actus sine tristitia.
Ille reprehendit nuper Philippum Melanchthonem,
Qui si sciret, redderet ei bonam talionem,
Ut fieret notus per omnem regionem:
Appellavit ipsum passionatum grammatistam,
Parvumque socium et blȩsum Iudaistam,

---

[4] sec. a.] a. 1522. [11] Copey] Spalatini. Kappius prænotavit „In denen Epistolis obscurorum virorum ſind viel dergleichen Reime, obwohl von andern Materien, zu finden." [19] Archelochium, *sic K.* [1] Alecto] Furiarum una. [9] metam?

Digitized by Google

Imo mendacem poetam vanumque Grecistam.
Credo tamen, quod Philippus scit plus in theologia
Quam Marquardus de sua Scotistria
Atque de tota sua merdosa sophistria.
Dicit Philippi studium pulverulentum,
In quo ipse non intelligit unicum elementum,
Dignus ut comedat rusticum pulmentum;
Et de literis Grecis Marquardo nulla est contencio,
Quia in Scoto de illis nulla fit mentio;
Ideo dicit quod inutilis est ipsarum inventio.
Alveldius autem est egregius disputator
Grandisque et horrisonus clamator,
Et in Parvis logicalibus gloriosus triumphator:
O summe deus, quam egregie scit clamare
Brachiaque, nasum et oculos hinc inde levare,
Et veritatem pro falsitate negare,
Et adducta per eum nihil faciunt ad propositum,
Sed potius intendunt in contrarium et oppositum;
Et hunc dicunt ipsum habere morem solitum.
Contra Martinum Lutherum scripsit pulchrum commentum,
Revera aridum Malagma et inutile prędicamentum,
In quo ponit suę theologię fundamentum;
Disputat in eo de congruo et condigno,
Et an liberum arbitrium sit in arido ligno,
An noverca conveniat cum privigno;
Atque de Antichristi Romani monarchia,
Quam probat ex arte vetita sive nicromantia,
Quia nihil de hoc reperitur in vera theologia;
In quo ostendit suum altum ingenium,
Ut videatur superare Erasmum et Frobenium,
Et ut ipse putat Augustinum Aurelium.
Quod tamen Martinus non permisit inultum,
Quia vexavit ipsum tanquam fatuum et stultum,
Cum nihil scripserat quod esset rectum et cultum,
In disputatione scit allegare multas scripturas,
Quas per impossibile trahit et figuras,
Sed mox cum sonitu perituras.
Quando aliquis non credit suis allegationibus
Suisque ineptis et insulsis racionibus,
Imo suis criminosis probationibus,
Rogat poni biblia ad certamen,
Ut suę ignorancię quęrat relevamen;
Sed in ea ad suum propositum non invenit unum gramen.
Extraxit ex cappa valde novum librum,
Quem multis ossis nondum fecit integrum,
Quod ostendit ipsum in theologia valde pigrum.
Ipse scivit per orationem disputationis per diapente cantare

---

[34] Alveldt *supra v.* 34. *hab. K.* [58] Frobenius, celebris Basiliensis bibliopola qui Erasmum apud se receperat. [51] S. Augustinum. [66] offis *K.* [70] diap.] Quinte.

Digitized by Google

Et more asinorum dulciter resonare;
Sed in theologia solet valde frigide philosophare.
At ne obliviscar fratris respondentis
Ob honorem domini prȩsidentis,
Nam ambo non erant sanȩ mentis,
Et antequam irent ad disputationem,
Fecerunt unam bonam compotacionem,
Ut possent audacter ad omnia reddere racionem:
Quod quidam puer astans bene notavit,
Qui illos 'potos asinos' vocavit,
Nec in hoc, credo, multum peccavit.
Et monachi de respondente non bene cogitaverunt,
Quod ipsum auritum asinum in convento sede posuerunt,
Quo circumstantes ad risum commoverunt.
Attamen dico quod est monachus superbus
Et in omni genere scibili valde protervus,
Sed in theologia vix beanitus servus;
Scit allegare multa et infinita loca,
Quȩ non reperiuntur in biblia tota,
Nec in aliqua omnium scripturarum quota.
Et licet aliquando bene dixit aliqualiter,
Attamen (Marquardi iudicio) non totaliter,
Sed pocius grossiter et ruraliter;
Ideo Marquardus dixit ipsum hȩreticare,
Volens eum inter Picardos numerare,
Ita voluit suum socium infamare;
Sed hoc fecit tantum iocose,
Imo, ut verius dicam, multum dolose,
Attamen nec valde artificiose:
Quia circumstantes hoc bene intellexerunt,
Et ipsos mox suspectos habuerunt,
Atque eorum versuciam cito odoraverunt.
Sed hi disputantes commiserunt ambitionis crimen,
Et disputando non intraverunt rectum limen:
Ideo propter suam superbiam sentient malum finem;
Quia quȩ ab ipsis sic fiebant,
A malicia initium sumebant,
Ideo huic negocio vigiles intendebant,
Et noluerunt diu ante publicare disputationem,
Ne forte innotesceret per aliquam regionem,
Et ipsis vergeret in scandalum et confusionem.
Sic volebant inter se solum disputare,
Ut nemo posset eorum conclusiones negare
Aut ipsos in aliquo oppugnare.
Sed celaverunt disputationis acta
Suaque mirabilia dicta et facta,
Ut a viris doctis manerent intacta.
Et Alveldius in peroratione sibi disputationis conclusiones reservavit,

---

[95] Picardos et Bohemos promiscuo hæreticos tum appellabant.

Digitized by Google

Et multa alia inutiliter boavit:
Et tamen parvum honorem inde portavit.
Putabat se posuisse nos in cęlos,
Sed mox audivit triste melos,
Cum videret contra ipsum insurgere fortes camelos,
Quia Deus evertit ipsius intentionem,
Per doctorem Langium, meum commilitonem,
Qui ipsum facile coegit ad redargutionem.
Langius cum insperato ecclesiam intraret
Seque ad disputandum pararet
Et nonnullos Erphordenses secum portaret,
Mox posuit ipsi gloriosum Cantate,
Ut canerent Requiem sine Laudate.
Hoc vos, reliqui Pharisęi, notate.
Quando Alveldius cum suis volebat multa dicere,
Tunc nihil poterant contra Langium proficere,
Quia scivit eorum deliramenta per scripturam sacram reiicere.
Et cum Langius reprobavit cucullorum abusum,
Reddidit Alveldium totum confusum,
Quia non putabat hunc puerilem lusum,
Ego quasi acquisivi stranguriam,
Quando vidi monachorum ruditatem et incuriam
Ostendencium se in scienciis habere penuriam.
Et ceteri assidentes monachi Minores
Erant beani et avari caseatores
Ac *apud simplices* pessimi adulatores.
Qui etiam valde dulciter riserunt
Et inter se ridendo conversaverunt,
Quum Alveldius dixit quę pro suo ordine fecerunt.
Sed erant valde simplices socii,
Quemadmodum sunt illi lusci et luridi Ochsenfurdii,
Istique parvi et grisei Ratzenkuvii.
Sed ut redeam unde sum digressus,
Dicam adhuc modicum, antequam sim fessus;
Postea faciam breves dictaminis recessus.
In disputatione Alveldius clamabat usque ad cęlum,
Sed in sua pharetra nullum habuit bonum telum,
Et omnibus suis dictis obduxit nigrum velum;
Atque adduxit valde frigida argumenta,
Fantasias vetularumque figmenta,
Quę a multis reputantur deliramenta.
Sed nihil per clamores suos promovit:
Nam qui nescivit ipsum, fatuum cognovit,
Omnesque assistentes ad risum commovit.
Dico tamen quod est homo ingeniosus,
Et contra bonos mores multum malitiosus,
Imo in omnibus suis dictis criminosus.

---

[125] Ioannes Langius, Augustinianus, theol. dr. Erfurtensis contra Alveldium disputanti Aegidio Mechlerio præsidebat. [158] Fant.] nugas.

Digitized by Google

Sed scit se tam amicabilem ostendere,
Quod neminem videatur offendere,
Et de sua probitate verbis et factis contendere.
Scripsit ad doctorem Langium Epistolium,
Quod in se habet venenum et infelix lolium,
Et in eo mirabiliter tribulavit folium.
Sed Langius ei bonam vicem
Expedivit ipsum tanquam vilem meretricem
Et sicut formosam balneatricem.
Vult ire disputatum ad Erphordiam,
Sed ibi nihil impetrabit per misericordiam,
Neque inveniet in iunioribus theologis socordiam:
Erphurdenses non curant suas frastas scolasticas,
Quas appellant opiniones fantasticas;
Expetunt veras doctrinas theologicas.
Mihi placeret ut iret Venecias vel Vicenciam,
Ne acquireret super caput suum pestilenciam,
Quia nullam mendaciorum habet impudenciam.
Sed Alveldius non gustabit ullam mortem,
Neque cum hominibus senciet communem sortem,
Quia inter nigram computatur angelorum cohortem.
Et iam ad finem laboris pergo,
Quia nimium Alveldii laudibus me immergo,
Quod est contra suum rostrum, quem portat in tergo.
Det deus Alveldio suam pacem,
Qui cum cycada habet linguam loquacem
Et contra bonos mores multum mendacem.

Ad Augustinum Alveldianum Hexastichon.

Delicatissime Alveldi, his te metris honoravi,
Teque ęternę memorię consecravi,
Quia nomen tuum eleganter commendavi,
Multaque tua laudabilia facta laudavi,
Et tuam disputationem ad astra levavi:
Nec in hoc, credo, multum peccavi.

Ad lectorem.

O socii, nolite sic ridere,
Sed discite risum continere:
Mox debetis pulchriora videre:
Post responsionem Langii acceptam
Maioremque occasionem adeptam
Dabo huic morbo sanam receptam.

* * *

O lappa Cappa, ein Kleydt du biſt,
Und der mondy, der in der Cappen iſt,
Der iſt alſo voller arger liſt,
Als meniger faden in der Cappen iſt.

---

173 Expedibit *K*. 175 Erphurdiam *K*. 176 frastas = frascas, *frasques*, importune dicta. 159 sic.

Digitized by Google

EPISTOLARVM

OBSCVRORVM VIRORVM

a diverſis ad diverſos ſcriptarum,
& nil præter luſum iocumque continentium,
in arrogantes ſciolos,
plerumque famæ bonorum Virorum obtrectatores,
& ſanioris doctrinæ contaminatores.

VOLVMEN TERTIVM.

AD LECTOREM.

Riſum Heraclitæ eſt, vaſti ridere parati
Arida mutarunt pectora Stoicidæ.
Da mihi triſtem animum, ferales obiice luctus:
Diſpeream niſi mox omnia riſus erunt.

Exerce pulmonem.

Digitized by Google

EDITOR LECTORI S.

Antiquius tertii huius q. v. Epistolarum obscurorum virorum voluminis exemplum quam quod prioribus, supra paginis 1...79. et 185...300. exhibitis, in tribus Pseudolondinensibus editionibus, et ea quæ sine anni indicatione et duabus quæ expresso anni 1689. numero prodierunt, sordidis omnibus sed vulgatissimis, paginis 503...550. accessit, neque vidi neque ab aliis memoratum legi: omnium autem editionum, quotquot factas esse adhuc probari potest, mihi exempla ad manus sunt. itaque persuasum habeo hoc tertium volumen ante a. 1689. operis publicatum non esse, quamvis Pseudolondinensis iste editor aperte nihil præstitit nisi quod indocte et temerarie ex priori, quod forte ad manus ei fuit, exemplo novum transcribi non tam curavit quam operariis permisit: veri enim simillimum mihi videtur, in eo exemplari, ad quod Pseudolondinense repetitum est, aliquem, sive aliquos malis, manu sua epistolas sive alia dictamina (ut cum Obscuris loquar) adscripsisse, quæ ad idem cum epistulis O. V. ludicrum scribendi genus pertinere sibi viderentur, quibus accessionibus tum primum typis expressis Pseudolondinensis editor tertii epistolarum O. V. voluminis nomen dedit, ceterum ea videlicet inscriptione usus, quæ inde ab a. 1556. [cf. Indic. bibliogr. Epp. O. V. num. 7. sqq.] in usum venerat. Ita facile explicatu videtur qui factum sit ut his adversariis litterariis, quæ peculiare alicuius auctoris opusculum dici nequeunt, ab argumento verarum epistolarum O. V., si cap. 13. ed. n. excipias, omnino alienis, et locus et honor, quibus hodie inmerito gaudent, quodam quasi iure dari potuerit. nam varia sunt hæc collectanea et inæqualia interque se non cohærentia, diversis quoque temporibus conposita, partim ex antiquioribus quodlibetis (ut 11. 12.) et ex ipsis genuinis O. V. epistolis (ut 13.) transcripta aut consarcinata, partim (ut 4.) ex veterum poetarum, Ovidii Tibullique maxime, versuum partibus consuta elegiæ sine sensu umbra, partim arida sunt alicuius tetrici magistri (ut 7. 10.) inficetæque puerilis ingenii imitatoris lucubrationes, dicendi genere ad nauseam usque fatuo inconditoque ab illo vere scholastico priorum voluminum dicendi genere longe diversæ et, ut mihi quidem videtur, toto certe sæculo recentiores. Attamen Weislingerus (Hutten. delarv. p. 14. sqq.) ex hoc tertio volumine Huttenum inlusorem levissimum, impiissimum, infaustissimum fuisse demonstrare voluit; neque multo sanius Münchii (Epp. O. V. 1827. 8°. p. 63.) iudicium est hoc: „*Hinsichtlich des ... dritten Buches bleibt nicht viel zu sagen übrig. Sie* [vult *die Briefe*] *sind offenbar ein Erzeugniss späterer Jahre, und wenn auch noch des sechzehnten Jahrhunderts und von Freunden und Geistesverwandten der Verfasser der zwei ersten Theile, so erreichen sie dennoch bei weitem nicht dieselbe[n], weder in Erfindung des Witzes, noch in Ton und Haltung*". Sed et ipse Pseudolondinensis exemplaris editor quid sibi voluerint genuinarum partium auctores parum odoratus est: nam postquam de duobus prioribus voluminibus, quorum auctorem Reuchlinum fuisse sibi persuaderi passus est, ea divendita esse præfatus est, pergit hoc modo: „*Placuit proinde novam hanc Editionem tertio volumine auctam procurare, eum in finem, ut et doctus Orbis denuo cognoscat, quantis sordibus olim stabulum Latini repletum fuerit, quantoque constiterit labore, illud purgare; Iuventus vero exinde in Latino sermone discat vitare solœcismos et Germanismos minus decentes. Utrique demum Deo gratias agant, quod linguam hanc tam nobilem olim in Barbariem pene versam, pristino nitori restituerit: Vale!*"

Digitized by Google

1.

Vullupius Timanoetus
trium optimarum artium Magister
Theologisticus et conscientiosissimus
Domino Marceno Anoretino
Baccalaureo felicissimo
æternissimam valetudinem et benevecturam optat.

Scripsit ad me nuper unus bonus amicus, quem nos ambo bene novimus, et qui sicut Pastor perditum ovum et misera meretrix amissum ducatum quærit cum toto studio, quod nos etiam debeamus magni viri fieri, quod affinis eius vellet de novo in pressuram dare epistolas Obscurorum, vel quod idumque est, clarorum virorum, et vellet optare, quod illi, qui voluptatem habent aliquid scribere, etiam tales epistolas ad unum scribant. Et fateor, quod non sit minimam laudem, quando postmundus etiam manum nostram et nostrum studium in pressura videt. Nam quando morituus, tunc omnia altera cum nobis sunt ex, modo illa, quæ scripsimus in chartam, manent in æternissimam æternitionem. Et quando homines nonnunquam tergudem suam vertunt erga parietem, et accipiunt scriptum nostrum ad videre, tunc bene solent dicere, eheu O! quam bonus vir fuit iste, qui nobis hoc eius scripto fuit prosibilis. Ergo putavi consiliosum quod tibi hæc significem, ne maneas ad domum, sed etiam aliquid scribas, et concopules cum Epistolis his. Non poteris tibi persuadere, quomodo tu tam magnam laudem accipies, quando hunc meum consilium imitabis. vale benissime.

Præfationis locus ei capiti cui numerum 10. adscripsimus, si quis has partes digerere velit, deberi videtur. [2] Vullupius] *An pro* Philippo, ut adsonet ad-Vulpem et Lupum? Timanoetus] *Τιμανόητος?* honoris inscius? *Sed ep. 2. habet* Timanereto, *quod* ad *τιμὴν ἐρέττων* (honorem versus remigans s. adpetens) adsonat. [5] Marceno] *Μαργαίνων est* insaniens, *quod vide an frigidus nominum inventor voluerit; ex verbis μάρη* (manus) *et κενός* (vacuus, inanis) *deductum esse hunc* Marcenum *non crediderim.* Aneretimus *est in inscr. ep. 2. quod nomen ἀνὴρ ἔτνμος* sive *ἕτοιμος* (vir verus s. promptus) *esse possit, et* Anoretimus *ἀνορέας τιμῆς* (virilis honoris). *Sed hæc fortasse ἄνωρα ipsa sunt, intempestiva ac scrupulosa.* [11] idumque] *idem.*

Digitized by Google

2.

Dominus Marcenus Aneretimus
ante decem annos
Baccalaureatus in quieta possessione
vel quasi ad hoc tempus
Domino Vullupio Timanereto
Magistro Theologistico
optat omne bene ire et vehere.

Postquam radiis oculorum meorum epistolas tuas perlegi, valde me gavisus sum, quia vidi, quod noster amicus bonus velit de novo in lucem dare literas illorum clarorum, vel ut rectius dicam, minime non obscurorum virorum. Tantus enim in illis thesaurus eruditionis et humanæ sapientiæ latet, quod quando quis vellet illam capere et exhaurire vase intellectus sui, omnino plane similis esset illius, qui totum mare Adriaticum, quod post mediam noctem iacet, volebat omnino parvo cochleare exhaurire. Et ego summopere totis viribus meis et ex toto serio æstimo, ut hunc librum dignus sit, quod omnes illam cum ambabus manibus habeant, et semper super illum cubant. Meus præceptor antehac solebat dicere, quod non immerito sit, quod hic liber suspendatur in patibulo ianuæ in schola, ut omnes scholaristici vident, quando exient, vel intrent in illam, et discunt taliter scribere et taliter loquere: Et meus præceptor ita semper loquebat, et dicebat, quod melius est, his viris, qui non fuerunt stulti, licet voluerunt magis in umbra manere, quam a Sole clarificari, sequi, quam Ciceronium aut Virgilium. Verba enim sua non sunt tam gravia quam Cicero et Virgilius, et tamen etiam melius clangunt. Ergo non potui intermisi, ut ipso bono nostro amico gratulationem faciam, quam iam imitatur:

Amice bone, qui non es nebulone,
Facis pergratum, quod puerorum natum
Iam habes curam, et ad horum usuram
Nunc Obscurorum in lucem das virorum
Venusta scripta, quæ docent ex Baralipta,
Ut est scribendum iam ad laudem merendum.
Heu quantas grates illorum tibi nates
Semper debebunt, quando chartas implebunt
Succo atrato aut rubro condensato,
Te magnum virum convincere Perlirum
Quis dubitabit? iuventus te amabit,
Et venerentur quicunque te sequentur,
Nam non est grave sed amodum persuave
Tuum Latinum, quod loquitur Ortvinum
Et non invito intelligitur cito.
Tu es Atlantem basimina fundantem
Linguæ Latinæ, et scis loquendum fine.
Tu portas fundum Doctorum in hunc mundum,

---

[2] Marc. Aner.] *cf. adnot. ad ep. 1.* [14] quod p. m. n. iacet] *lusus quodlibetarius.* [15] summo opere *ed. s. a.* [27] natum] natium. [30] Baral.] cf. art. Syllogismi. [35] Perlirum] cf. Ep. II. 58. [42] fine] *fein.*

Digitized by Google

Et quod cecidit et pessimus elidit,
Tu iterum fers et non es Doctor iners.
Te ergo laudo et manibus applaudo
Et semper grator, ut sis bonus amator
Horum librorum, qui non sunt Dominorum,
Qui se persuadent, scientia quod madent,
Sed qui puellis inserviunt tenellis,
Et qui detergent quæ sordida inhærent;
Sic tuum nomen sortitur bonum omen,
Et eris clarus, obscurus et perrarus,
Et lux per totum: hic finit meum votum.

Ego etiam volebam aliquod doctissimum scriptum addere, sed multo magnum est, ut intret in hunc librum, et etiam valde timeo, quod homines illi me exrideant, quando aliquid omitto. Nuper enim scripsit ad me affinis meus, quod sint tales homines Philosophistici qui omnia per pectinem linei trahunt et ad scamnum cædunt quæ aliquis interdum omittit, licet non hoc facit libenter, quia non incidunt uni semper omnia, et unus se non potest semper recordare omnia. Et liber meus, quem ego volo edare, magnus est, et scribitur in eo de omnibus artibus, quomodo puer illas legere debet. Inter his dico tibi gratiam, te volueris in me meminere, et nomen meum clarificare, ego vicissim in te meminar, et semper nomen tuum clarifaciam, non aliter quam Sol in medio die clarifacit obscurum meum locum, in quem eo, quando volo solus esse. Vale iterum optissime.

3.

Iohannes Cochlearius
alias Lœffeler natus
proximo actu Baccalauriaturus et Baccalareandus
postea etiam Magistrandus et sic ad altiora
Dominum Casparum
vel ut vulgus dicit
Casparum Stomabus,
germanice Rindmaul,
in profundissimum omnium salutum barathrum
et abyssum æternaliter devovet.

Longum tempus est, cum ad me scribebatis, quid faceret Durandus Muscerda, quem diu diligivistis tam vehementer, uti equa, mula, duæ et ambæ esurientia diligunt versicolorem straminis vel fœni; Et ego etiam cito vobis omnia bona de illo distribuissem, secundum illud, quod scriptum est, Communicet vero qui instruitur in sermone cum eo qui instituit, omnia bona; et iterum dicitur proverbialiter, 'Amicorum omnia sunt communia', sed non potui ci-

---

[4] gratuor *edd.* [15] per pect. trah. et ad sc. cædere] *durch den Kamm ziehen und an die Bank schlagen.* textoriæ artis vocabula Germanica. [17] incidunt omn.] *alles einfällt,* in memoriam veniunt omnia. [35.36] Muscerda] stercus murium. [39] Communicet] cf. *Paul.* ep. ad Galat. VI. 6.

Digitized by Google

tius perfectionare hanc litteram, quia tam multa sunt, quod de illo scribere oporteo. Et certe nescio, a quo incipere debeo, uti dicitur 'Nescio ubi faciam dici primordia luctus': Homo est ille Durandus, non ut alii homines, sed homo singularisticus. Quando illum iam videbas, gravareris, quod illum non sit antiquus ille Durandus, secundum illud, Eheu quantum mutatus ab illo Hectore. Cum enim erat adhuc iuvenis socius de trigindi octo vel novendecim annis, fuit vehementer subtilis et humilis, et avia mea dicebat, quod non fuit stultilior iuvencus in toto urbe, quam Durandus est, sed iam crassus et densus est, et non magis habet primam formam, os habet sicut porcus, et labia sua dant bona farcimina iecorum; foramina nasorum suorum sunt tam rotundiformia, ut ianua domus, sicut iterum dicitur, 'per ianuam venimus in atrium'; nam tam parva sunt, ut vix currus plenus frumento vel fœno, licet quatuor equi illum trahunt, potest invehere. Oculi tam rubicundi sunt, quam oculi columbarum, secundum illud, Oculi tui oculi columbarum. Se ipse etiam non novit, et imaginat sibi, quod sit Magister super omnes, et omnes scientificas devoravit, cum tamen vix est Magis duo, vel etiam Magis unus; cum enim nuper una ancilla paupera illum rogavit, Domine Magistre, quid facere debeo, ut etiam aliquid pro me fero? non potuit bonus socius respondere, secundum illud, 'Obstupere omnes intentique ora tenebant'. Et iterum adagialiter loquitur 'Fessus languor occupat artus'. Nam semper unum malum comitat alterum. Et cum postea interrogavit illum, dicere, ubi optimus sarcinator calceorum habitaret, iterum non potuit respondere. Nihilominus se miscet semper inter alios, qui longe plus sunt quam Magister, quam ille est, secundum illud, 'Velut inter ignes luna minores', et sicut stercus muris inter piper, sed omnes illum habent pro stulto. Cum inter illos venit, tunc dicunt, Venite huc, mi Dominus Durandus, et sedete super nos, et cum ipse facit, tunc rident in corde, quod tam simplex est, et non intelligit verba honoris. Nuper voluit disputare inter compagniam, quomodo primus homo in initio factus est, et dixit, quod factus est ex glutine et terra, et quod hoc audiverit in una nuptia a viro illustro; Et cum alter respondebat, quod non, homo factus est non ex glutine, unde enim venerat illum gluten? quia nondum mactatus erat vitulus, ex quo gluten facitur, sed ex terra et limo, ipse dicebat: vos estis stultus, quod hoc creditis; nam si homo tantum factus est ex limo et terra, et non ex glutine, ego me iam super sententiam vestram totum in frusta et in duo risissem, secundum illud, 'Auditum admissi risum teneatis amici': quomodo enim limus potest simul tenere terram? gluten vero tenet terram ad invicem, ne potest de invicem cadere: super qua acuta quidem responsione omnes admiraverunt; sed tamen putaverunt, quod non crevit in horto suo, aut in fimo suo. Fuit etiam nuper in compagnia rusticorum, et cum illis disputare voluit, quomodo stilus in axe prius fuit, quam axis ipsa, sed rusticus vinctus est, quod stilus in axe omnino penitus non prius fuit, quam axis ipsa; sed per axem primum ab arbore abscinsus est, et si se non dedisset victum, axem dedissent ipsi ad gustandum;

---

[2] Nescio ubi dicatur. [5] Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore. *Verg.* Aen. II. 274. sq. [6] iuvencus] *pro* iuvenis. [9] labia *etc.*] *ex quodlibetis.* [13] illud] Cantic. I. 14. [15] Magister] cf. Ep. II. 23. [18] pro me fero] *vor mich bringe*, proficiam. Obstup.] cf. Ep. I. 92. [19] Fessus] „Conticuere, sopor fessos conplectitur artus". *Verg.* Aen. II. 253. [22] illud] *Hor.* Od. I. 12, 47. sq. [24] sterc. mur. int. pip.] Germanice *Mœusedreck und Coriander.* [31] lutem *s.* luten *edd.* [35] illud] *Hor.* art. poet. 5. [41] ipse *ed. s. a.*

Digitized by Google

sed quia se relinquit vinceri, iam omnes dicunt, quod Dominum Durandum est bona Politista, et egregie studuit. Ideo etiam ad omnes compagnias vocatur. Et spero iam quod poterit aspectum suum foras ducere. Est enim homo sapidissimus in prudentia, et scit se invenire in omnes homines; et quando quis aliter de eo loquit, et hoc non vult credere, tunc reprehendit illum pro stulto, et non vult cum illo circumire. Multo magis de illo scribere possem, sed hæc tantum vobis in aurem scribo, et peto, ne felem aut gallinam relinquatis ex ea eradere. Non enim multa sumerem, quod hæc experiat. In futuro plura vobis scribam. Interea et vos mihi scribite, quid faciatis, et quando vos in itinerem dare vultis, sicut dicitur, Tota hominis vita nil nisi peregrinatio est. Valete et semper magis valete.

4.

Lambonius Forestus,

poeta carminativus bene constitutus et mox emeritus

Salutem Poeticanam dicit

Domino Citrino Schnabelio

Poetistriæ artis et quæ illi adhærent

Candidato meritissimo.

Citrine, qui claris quondam fiducia rerum
Spem fructus avidæ vita pudenda tuæ
Gratia magna Iovi rapias tam chara licebit
Oscula, nec tenebris mors adoperta caput.
Cum tibi succurrit meritorum oblivia nostro
Amplius in lucro verba notata mero.
Quadrupedes inter rapidi, quot in urbe figuræ
Casus inest illis nec sua verba fide,
Nil adeo fortuna gravis quam gramina pasta
Non honoranda tuis consiliumque fugit.
Est via declivis de tota flumina terra.
Lucifer e cœlis semper amarus erit.
Quid multa? studium calcatis sordibus uvis.
Est pretium parve vulnera cordis ope

---

[10] dicitur] Cf. Ecclesiastæ VII. 1.

[16] *Gelbschnabel.* [19] quond. f. rer.] *Ovid.* V. Trist. VI. 1. [20] Spem. fr. av.] *Ovid.* II. ex Ponto III. 16. vita pudenda suo est: *Ovid.* IV. Trist. III. 48. [21] Gr. m. Iovi] *Tibull.* I. 4, 23. rap. ... lic. Osc.] *Id.* I. 4, 53. [22] ten. m. a. cap.] *Id.* I. 1, 70. [23] Non tibi succ.: *Ovid.* Ep. IX. 67. mer. o. n.] *Ovid.* I. Trist. V. 53. [24] A. in l.] Ibid. III. 68. verba n. m.] *Ovid.* I. Amor. IV. 20. [25] Q. i. rap.] *Ovid.* Art. am. I. 629. [26] Casus inest illic] *Ovid.* Art. am. II. 40. [27] Nil ad. f. gr.] *Ovid.* IV. ex Ponto IV. 5. quam gramine p.] Ibid. VIII. 41. [28] Consiliumque fuit] *Ovid.* Fast. II. 276. Consilium fugiunt: *Ovid.* Trist. V. 32. [29] Est v. decl.] *Ovid.* Met. IV. 432. de clivis *edd. primæ.* de t. fl. t.] Ibid. VIII. 836. [30] Luc. e toto: *Cons. ad Liv.* 407. [31] calc. s. u.] *Ovid.* Met. II. 29. [32] Et pretium plena: *Tibull.* I. 9, 52. vuln. c. o.] *Ovid.* I. ex Ponto III. 22.

Digitized by Google

Quod licet et facile est, quod non licet, acrius urit
Ferreus est si quis compede pulsa sonet
Auctor opus laudat, pariunt absinthia campi
Collaque velocis dira venena manu.
Non sibi respondit, non omnia proloquebatur
Et causam, lævo fixa sagitta pede est.
Dent tibi cœlestes squalentia tela veuenis
Arvaque pugnaci mors habitare sui.
Sæpe fuit nostro quam pro mercede dedisti
Abdita nox splendet sedulitate domus
Scilicet ut fulvum vestras absumere vires
Aspera dum nobis sunt veneranda loco.
Stramine sæpe super quoniam convenimus ambo
Una paret lecto digna puella tuo.
Vellera dura ferunt video delicta meorum
An fortuna mihi crimen inesse rogat?
Quolibet est folio modo formidatus in urbe
Candidus et felix frater honoris erit.
Nec tamen hunc sua mors ad opem luctare ferendam
Nec tardum iuveni prosperiore frui.
Vix illam subito posses intrare fenestra
Nec queritur fuso per sacra verba mero.
Vix equidem credo, nec si mortalia possem
Excidit asperitas voce clientis opem.
Mox etiam pectus candentis frustula ferri
Tunc superat pulchro non minus iste dabit.
Nec tu consulto, nisi tristia mandere sævo
Est via declivis, res habet ista suum.
Tantum ne noceant, venduntur regna labore,
Annuit et studiis, principis esse domum

---

15 *Ovid.* II. Amor. XIX. 3. Quod licet, ingratum est; quod *etc.* 16 F. est si q.] Ibid. XIX. 4. comp. p. son.] *Tibull.* I. 7, 42. 17 A. op. l.] Cf. Ecclesiastici IX. 24. „In manibus artificum opera laudabuntur". par. abs. c.] *Ovid.* III. ex Ponto VIII. 15. 18 C. veloc.] *Ovid.* II. ex Ponto IX. 58. dira v. m.] *Ovid.* II. ex Ponto IX. 68. 19 Non s. resp.] *Ovid.* Fast. IV. 373. 20 læv. ... est] *Ovid.* Fast. V. 398. 21 Dent tibi dii: *Ovid.* III. Trist. I. 23. II. ex Ponto I. 53. sq. t. v.] *Ovid.* Fast. V. 397. 22 Arv. pugn.] *Ovid.* Fast. V. 374. Mars habitare sui: Ibid. V. 553. 24 sedulitate modus: *Ovid.* Art. am. II. 334. 25 Sc. ut f.] *Ovid.* I. Trist. V. 25. 27 Sæpe super stramen: *Ovid.* Ep. V. 15. qu. c. ambo] *Vergil.* ecl. V. 1. 29 V. d. fer.] *Ovid.* III. ex Ponto VIII. 9. vid. d. m.] Ibid. IX. 7. 30 crimen inesse tuis: *Ovid.* III. ex Ponto III. 70. 31 Q. est f.] *Ovid.* IV. ex Ponto III. 33. modo f. in u.] Ibid. III. 39. 32 C. et fel.] Ibid. IV. 18. 33 ad op. l. fer.] *Ovid.* IV. Trist. V. 19. 34 N. t. iuv.] *Ovid.* Ep. V. 33. pr. fr.] *Ovid.* III. ex Ponto VII. 30. 35 V. ill. s. p.] *Ovid.* Fast. VI. 539. intr. fen.] *Ovid.* Fast. VI. 577. 36 Hæc queritur: *Ovid.* Art. am. I. 124. fuso ... mero] *Ovid.* Fast. II. 636. 37 Vix eq. cr.] *Ovid.* IV. ex Ponto III. 27. *et sæpius.* 38 Exc. asp.] *Ovid.* IV. ex Ponto IV. 22. voce cl. o.] Ibid. III. 42. 39 Mox etiam pectus] *Hor.* epist. II. 1, 128. 41 nisi ... sævo] *Ovid.* Met. XV. 92. 42 Est v. decl.] vide v. 11. res habet ista metus: *Ovid.* Ep. XVI. 342. 43 T. ne noceas: *Ovid.* I. Trist. I. 101. 44 Assuetus studiis: *Ovid.* I.

Digitized by Google

Felix qui merult certo vestigia passu
Clara repercusso curva senecta pede.
Quod superest porro regales addere maius
Divitias possum, comprecor semper: Amen.

5.

Arnoldus Schurkam

frater minorum gentium

per decennium tantum salus, quam portare potest Camelus aut Elephas,

optat et vovet

Domino Bartholomæo Lecker

ingenioso et perspicaci Magistro in arte legendi et scribendi.

Non sine maximo animulæ meæ tripudio et saltu, uti scriptum est, sal-
tabat infans in utero eius, vidi nupero die in cista librorum doctum vestrum librum, quem placuistis in mundum mittere, ne essetis servus nequam aut nequaquam, qui libram suam in terra fodiebat, et timuistis merito, ne porro essetis tam nequam, qui declinabilia sunt, et declinant omnem libram, et nolunt aliquid scribere; vos vero indeclinabilia estis post regulam: 'Et utroque numero indeclinabilia sunt nequam, nauci, nihili, mancipi, et cæteri huius sortis'. Et nolo iurare, certe liber vester tam bene mihi placuit, ut non possum dicere. Bonus methodicus estis, et scientifice scitis syrupum ex melle et sacharum ex syrupo, hoc est, ut non nimis alte cum vobis loquar, quæ forsan non intelligitis, bene potestis extrahere bonum ex malo, et bonas doctrinas dare ex eo, quod antea didicistis. Et credo quod vos habetis arcanum illum modum Glauberianum parandi Extracta per liquorem Alkahestinum, qui nihil est aliud quam Sal purgatum, fixatum, et per deliquium solutum. Plus enim potestis extrahere quam menstruum aquæ pluviarum, licet est destillata et rectificata. Quando enim unicum tantum verbum in vestram mercaturam servit, potestis vel tres vel quatuor doctrinas exinde facere, quæ nec diabolus ipse cogitasset, et miravi, quomodo habeatis tam bonam mormoream, ut omnia potestis tam Ordine ponere, melius quam ancilla ollas et patinas et alia coquinaria fictilia potest ordinare: Sed non satis possum mirare super vos, quod tam stultus sitis, et vos timetis pro canibus, qui erga vos volunt latrare, cum tamen habetis bonum baculum, quo vos erga omnes cum invicem potestis defendere, qui vos recontrant. Recordate vos in parvum Davidem, qui magnum Goliath uno parvo lapicio tam vehementer iaciebat, quod caderet in fundum, tanquam tonitru ipsum tanxisset: Et vos habetis maiorem baculum, et benefecistis, ut gladium non portatis, nam David etiam non poterat portare gladium et Sturmhaubam; Ergo sumite illum, et erga tales canes vos convertite, dicen-

---

Trist. V. 74. 46 Cl. rep.] *Ovid.* Met. II. 110. curva s. p.] *Ovid.* Art. am. II. 670. 47 Q. sup.] *Ovid.* Met. IX. 629. V. Trist. I. 23. V. 17. regales add. maius] *Hor.* epist. I. 12, 6. 48 Divitiæ poterunt: *Hor.* l. c.

2 Schurcam *edd. a.* 1689. 24 in merc. servit] *in den Kram dient.* 26 morm.] memoriam. 27.28 conquinaria *a.* 1689.

Digitized by Google

tes, V.V.SS. Si non abis, et me et meum librum cum pace mittis, crasso fune te vapulam, ut te permerdas et permingas; quid valet? abibunt. Potestis enim bonam habere conscientiam, quod aliquid ex aliis libris non exscripsivistis, et quando aliquid exscripsivistis, ut sæpe factum est, fidelissime illud confituistis, iuxta illud: Nihil scribitur aut dicitur, quod non scriptum dictumve sit prius; Ex quo optimissime concluditur, quod vos non male fecistis, quod etiam vos aliquid exscripsistis, quia etiam alii antea vobis exscripsiverunt etiam. Sed habeo adhuc unum vobis dicere, nempe homines omnes, qui vos possunt, dicunt, quod quando libros omnino multos facitis, multos etiam adiutantes habetis, quia quando vos non estis in domo, veniunt ad vestram fœminam, et dicunt: Bonus dies, quid facit vester Dominus, nonne adhuc diligere est? Et illa respondet, rogo vos, ingredite ad me, Dominus meus multum habet facere, et libenter adsumit adiutantem, et tunc vos unum librum super alium edatis in lucem, secundum illud: Tulit alter honores. Pudeatis vobis, quod sitis tam pigrus socius, qui vestros libros non potestis solus componere. Tamen non dubito, quod fiat cum bona vestra voluntate, quia vos tacetis, et Adiutantes vestros pro bonis viris habetis, qui etiam vos pro bono et aptissimo viro habent. Et potestis ergo eo meliorem habere conscientiam, quia fideliter et canditer fatetis, quod non solus vestros libros facitis, quando alii dicunt, quod soli illud faciant, et prædicant, quod suus solus labor est, qui tamen non est, sed etiam habent adiutantes, quæ nesciunt et non possunt. Vehite sic porro, et cum magna patientia laborate, tunc fietis magnus in hoc mundo, sicut iam adhuc magnus estis in vestra domo, ita quod ianuæ omnes sint parviores. Et quando porro libros edare vultis, hoc facite cito post illud:

Non semper æstas erit, componite nidos.

Valete et vos bene habete.

6.

Comestor Pugnantius
superiorum et inferiorum Facultatum
hactenus Studiosus futus valde diligens
Domino Cornelio Moroso,
vulgus Saurtopff,
artium omnium voragini inexhaustibundo
gratulatur bonum diem.

Nondum scriberem ad te, si non necessitas altissima me ad chartam raperet, quemadmodum Angelus olim pro temporibus Prophetam Habacucem apud crines capiebat, et illum in fossam ad Danielem ducebat. Nam postquam redii in Parnassum, inveni illum, quod in omnibus mutatus est. Tibi non est nescius, quomodo Studentes olim fecerunt, et quam bene et hilariter potuerunt

---

[1] V.V.SS] *i. e.* Wss! sibilum, quali fugantur animalia. [2] quid v.] *was gilt's?* [5.21] possunt] *'können' pro 'kennen'.* [11] diligere *omnes. An* de legere? *vom Lesen?* [14] illud] *Verg.* ap. Donat. in vita Verg. c. 17. [21] possunt] *ut supra.* [24] illud] *Hesiodi* opp. et dier. 501 (503). *Οὐκ αἰεὶ θέρος ἔσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.*
[30] futus] qui fuit. [36] Angelus] Cf. Daniel. XIV. 35.

Digitized by Google

vivere, et in studio suo ita potuerunt assumere, ut nihil supra fuit. Sed iam non magis est sic, et miserabilissimus est status cum bonis Studentibus. Potebamus nos prave exercere in bibendo, et schmausando, et quando non ibat sicut nos volebamus, dense nos verberabamus; et ex hoc habebamus hunc fructum, quando volebamus fieri Iuristi, non timebamus pro nostro adversario, et sua acuta penna, et potebamus ipsi in oculis adspicere, quorsum volebat verberare, ut aut per secundam aut per tertiam, interdum etiam per septimam, uti dicitur, Per septimam libenter mentiuntur, exsumebamus verberem. Et quando volebamus fieri Theologi, tunc non stabamus ut lignum in cancellaria, sed brachia poteramus movere tam artificiter, ut omnes homines id mirabant et ridebant. Quando vero Medicus volebamus fieri, tunc bene potebamus adspicere vulneres, et cicatricia, et sanguem: Et quod magnissimum est, quia homo est animal, qui libenter cum aliis circumit, sicut dicit sapiens Apostolus Aristoteles, cantharum unum vel duo cerevisiæ vel etiam vini potebamus cum invicem bibere, et non rixare, quod non feceramus alteri decretum, quia illud bene docueramus in Academia. Super illud etiam Doctori et Præceptori nostri sæpe etiam pro charo sumebant bonum diem, et quando erant fessi bonorum dierum, tunc legebant interdum horam vel dimidiam horam, ita ut quilibet mirabat, quod tam perfectiter potebant legere, et nos credebamus, quod omnia certe sic erant. Inde parcebamus multum in nostra valetudine, et non debebamus caput nostrum tam sæpe frangere super tam multas res. Et nos habebamus unam bonam sectam, quæ omnibus tam bene placebat, ut iurabamus, quod nos apud illam vivere et mori volumus, sicut Turca iuraverit, vivere et mori apud fornacem, et huic sectæ Patronus erat Aristoteles. Etiam non erat malum factum, quando virginem unam vel secundam quærebamus, et cum illa parum loquebamus, multo magis etiam faciebamus, ut intelligabat, quod nos bene cum illa sentiamus et boni Studentes sumus. Ex quo Iuristus potebat docere, quomodo clientem suum potest obviam ire, ut accipiebat, quod libenter habebat; Theologus poterat docere, quomodo potest solare mœstos et tristes meretrices, quando libenter volunt habere virum et non possunt capere; Medicus vero, quomodo potest ægroto in pulsum prehendere, et quomodo ille vapulat, et quomodo unum ex secundo sequitur. In summa, unusquisque potebat cum voluptate et amore docere, quod volebat. Verum proh dolor! omne mutatum est: Dii iam volunt ruinare Parnassum, quia prohibiverunt, ut nemo magis se vapulet cum invicem, et concluserunt, quod omnibus illis volunt dare rubram ceram, vel rubrum regem vel Cæsarem, qui se cum invicem vapulant. Imo tam valde persequuntur bonos Studentes, ut etiam eis volunt caput desecare, et suspendere et rotificare, qui non omittunt vapulare. Quid aliud potest ad hoc sequere, quam hoc, ut stamus sicut patrueles canes, Germanice Hundsvettern, quando adversarium accipimus. Ad hoc venit, quod etiam Doctores nostri nostram valetudinem non tam valde parcunt, sicut olim. Nam legunt nobis fere omnes dies, et volunt, ut nos debeamus respondere, quando nos quærunt; et etiam non sunt contenti, quando dicimus, Asinus non volat, quia id dicit Apostolus Aristoteles, sed volunt, quod et nos aliquid addimus, et dicimus, cur non volat, nempe, quia non habet pennas, quasi vero ipsum Aristotelem non dixisset verum. Et super quo maxime flere debemus, quam mox imus ad cerevisiam vel virginem Catharinam vel Sybillicham, tunc pone

---

13.14 Arist.] Pol. I. 16 Accademia *edd. 2.* Doctori et Præc.] *plur.* 20 parcemus *edd.* 36 exsilium s. q. v. consilium abeundi. 44 cf. Arist. de animal. incessu.

Digitized by Google

nos est Pedellus, qui nos prodit. Quid multa? ad omnes lateres, ad dextram et ad sinistram manum bonus Studens circumdatus est, Satanas mundus et propria caro ipsum impugilant, ut merito exclamat:

O mihi præteritos reddat si Iupiter annos!

Tu autem, mee Morose, tibi gratulare potes, ut studium tuum in feliciore tempore ad finem tulisti. Et ego etiam videbo, quod mox ex Parnasso proficiscor, quia mihi non placet, et illud etiam optimum est. Vale.

7.

Cornelius Morosus Comestori Pugnantio vel potius Abstemio Quieto Amico certo S. D.

Ineptiæ tuæ, mi Pugnanti, prolixiorem responsionem mererentur, nisi tuum mihi ingenium persuaderet, non opus esse apud te prolixitate verborum, qui sanioribus rationibus haud illibenter cedis. Brevitati itaque studebo, sed ita, ne dum brevis esse laboro, obscurus fiam. Et quidem fateor, corruptissimum fuisse Parnassi meo tempore statum: ubi comessationes, iurgia, provocationes et duella erant frequentissima, adeo ut vix ullus dies, ne dicam hebdomas aut mensis præteriret, quo non cives in propria viscera sævirent. Cautum erat legibus, quibus novi Studiosi et iuniores se adstringere tenebantur, ne quis compotationibus interesset, ne quis vociferationibus nocturnis aliis molestus esset, ne quis lapidibus stricto gladio insultaret; ne quis provocaret, aut provocatus in arenam compareret; sed quid si potator, grassator, provocator, aut aliusmodi transgressor harum legum esset aut domesticus aut commensalis, aut utroque modo affinis? Quid si se futurum commensalem aut domesticum mentiretur? Vidi ego, et interfui, quamvis innoxius, ubi noctu, prospiciente tamen e fenestra Rectore, strictis gladiis valvis et fenestris iniuria fieret: Sed ubi audita erat vox unius tantum Commensalis, reliqui omnes impune hoc factum ferebant. Vidi iterum cohortem compotatorum in ipso meridie et fenestris et foribus vim realem gladiis, inhabitatori vero verbalem lingua satis maledica infe-rentem, inspiciente Senatore non infimi subsellii; iurasses, factum carcere, si non cera dignum. Sed quid? commensales erant: Si denunciatum esset, pœna antecedentem scelestum insecuta infelicem reddidisset commensalem, sed infeliciorem denunciantem hospitem. Verendum enim erat, ne omnis relicta hac mensa aliam eligerent. Melius igitur erat cum commodo tacere, quam periuria et malefacta puniri. Sane dolendum est, iuvenes primo statim ingressu in Parnassum, in quo fundamenta Christianismi iacere debebant, iuramento, quod tamen impune violare licet, adstringi, et sic periuriis adsuefieri, et ad illa quasi manuduci. Quid dicam de prostibulis, quibus Apollinis colles, hoc est Musæa conscendere conniventia superiorum permittebat? Quid de negligentia Studiosorum? Regis ad exemplum totus componebatur orbis, negligentes erant Doctores, negligentiores discentes. Novi, quos otii pertæsos non pœnituerit, bis vel ter non dicam in semestri,

---

[4] O mihi] *Verg.* Aen. 560.

[16] brevis] *Hor.* art. poet. 25. sq. [22] cera] consilium abeundi q. v. [40] Regis] *Claudian.* IIII. cons. Hon. 299. sq. „... Componitur orbis Regis ad exemplum ..."

Digitized by Google

sed in anno legere; et ubi lecturi erant, hora dimidia elapsa vix cathedram adscendebant, finita tertia horulæ quadrante discedentes, omnem et moram et festinationem viæ longinquitate pariter, pariter et senectute iam iam appropinquante excusantes: cum tamen prædia sua singulis septimanis, si non singulis diebus absque ulla molestia visitare, agrorumque sulcos perscrutari, expendere et dinumerare possent. Quin cum legerent, obscuritati ita studebant, ut vix decimus quisque (rarissime autem decimus intererat, vix centesimus illos lecturos unquam esse augurari poterat) quid vellent, assequeretur: Idque eum in finem, ut privatim eo maiori cum fructu docere possent. Noli autem tibi persuadere, eos privatim diligentiores fuisse; vix tertio vel quarto congressu pecuniam emendicaverant potius quam exegerant, ubi schedula foribus affixa negligentiam ipsorum non excusabat sed accusabat: Et si quis eorum, gentium minorum Deus, diligentem se in legendo exhiberet, effata eius pro oraculis ex Apollinis tripode æditis haberi debebant: omnem sacræ Scripturæ auctoritatem labefactari patiebatur, modo ipsius et deastri sui Aristotelis auctoritas integra, sarta et tecta servaretur; utpote a cuius sententia ne latum unguem quidem secedere, sed usque ad extremum vitæ halitum eam defendere iuramentum iuraverat, ideoque ut voti eo citius fieret compos, more canum timidorum latratu magis quam morsu adversarios invadebat. Quid plura? gratulari tibi potius debes quam contristari, pristinum hunc Parnassi statum mutatum esse in melius. Gratias agendum est diis, quod pro benignitate sua securitati civitatis suæ prospexerint, et compotationes, iurgia, provocationes et duella prohibuerint; sane officii sui partes vix ullo modo melius explere potuissent, quam hoc uno, quod de incremento Reipublicæ, quod maximam partem in conservatione membrorum utilium consistit, soliciti fuerunt. Gaudere debes, quod tales tibi Doctores invenire *licuerit*, *qui non* vanæ persuasionis œstro perciti, nec propriæ sententiæ tenaces, solum quod verum vereque bonum est, proponunt. Age, commorare paulisper, patientiæ tuæ te non pœnitebit. Vale.

8.

Antus Cantus Hornantius
olim in præsentia duorum testium
Cæsarice castratus Poeta,
nunc lector minorum gentium
aureo suo amico,
Domino Inflanto Baccio,
Magistro maiori in omnibus literaturis
et benedicto ex hoc nunc et usque in secula seculorum
Amen, iterum secundo versificatorice salutem optat:

Perscripsi nuper perpulchram ad te Epistolam,
Quæ mihi non parum ista laboris fecit;
Et ego sperabam, te mox esse responsurum,
Cum scio permultum te habere super me:

---

[14] aciditis *edd. prr.* [30] An 'Andreas Canter Hollandicus?' *adnotavit Fœrstemann.* [35] *Paußback.* [42] habere s. me] magni me facere.

Digitized by Google

Sed cum surrexi hodie, non nihilum vidi
Quod respondere tu voluisti mihi.
Quid tibi persuades? an me tu iudicas Anser,
Cui, quando clamitat, nemo respondet homo?
Inter nos quanta fuerit amicitia semper,
Optime tu nosti, si modo scire velis:
Non poteras edere, non poteras bibere abs me,
Semper ego in oculis, semper in lingua fui.
Memini nos quondam non multis abhinc licet annis
Obdormisse Ketæ, invigilasse Ketæ.
Sed eheu quantum iam es mutatus ab illo,
Dum te dissimulas, non noveris quasi me.
Stulte, quid iam plus es, quam olim egoque fui,
Quod tamen iam non sum, quia superbus eram.
Ego quoque etiam solebam contemnere illos
Qui erant minus, adspiciens neminem;
Turgebat venter vana iactantia semper,
Atque meis malis hamstrificare noram.
Quando mecum loqui vellet antiquus amicus,
'Non habeo tempus' ego dicebam ei.
Brachia ponebam in latera, atque replebam
Per latam viam, quæ nimis arcta fuit.
In meo cerebro tam alta consilia erant,
Quam volat Aquila, cum petit ipse cœlum.
Sed quid iam nunc sum? sum pauper nebulo, quem vix
Salutat lictor, quando occurrit ei.
Ergo sume exemplum in me, et corrige te mox,
Ne post pœniteas, ista quod non feceris.
Et si me amas, olim me sicut amasti,
Proximo tu mihi certo responde die.
Amen dico tibi, si non responderis cito,
Tu ad patibulum pro me imposterum ito.
Hisce dico vale, valetis, uti valebas,
Dum tibi esse bene atque valere piget.

9.

Iohannes Kanocknyx
Professor Fylolavicus
Domino Bartvico Animalio
Collego altissime honoratissimo
bonam benedictionem optat
a Solis ortu usque ad occasum.

Scripsisti nuper ad me, mi College altissime, honoratissime, quod vellem tibi indicare meam sententiam, quam habeo de tuo pulchro libro, quem cito

10 Catharinæ. 18 plenis buccis, ut mus cricetus. 24 ipse *sic. edd.*
36 *Kann noch nichts.* 37 Fylolauicus *edd. scriptum fuerit* Fylofovicus. 38 Bartv. Anim.] *Hartwich Diering?* 39 altissimo *edd. 2.*

Digitized by Google

mox edebis in lumen, prout dicitur, 'gens in tenebris vidit magnum lumen', et ego libenter tibi respondissem, si potuissem, quia in nostra nundina omnes meæ terræ homines me visitabant in magno numero, et ego non poteram illis fieri sors, nisi quando nundina erat finita. Sed quia iam habui duos dies bonum otium, eo cogitantius volui respondere. Et sane profecto gratulor, quia tam audax fuisti, uti dicitur, 'audacia multos in perniciem detrusit', et voluisti simul scribere tam elegans librum, ex quo tot vires docti prorepebunt, quot armati milites ex ventro equi Troiani prorepebant. Nemo enim antea tam accuranter scivit, unde omnes voces huc venirent, et quid est, ad exemplum 'video, edo, bibo'. Et est miraculum, quod homines possunt vivere, qui ista non sciunt: quod 'video' est cum oculo aperto rem aliquem percipio, et 'credo' quod est præsens: quia nonnunquam non credimus illud, quod non videmus; Et quod 'edere et bibere' sit cibum et potum per orem accipere, et per opem linguæ, tanquam spadii vel spatonis, sepelire in sepulchrum stomachi. Ante omnia vero mihi valde bene placet originantia vocium, quas doces, ex quo videmus, quod lingua nostra Germanica est sicut dives penu, ex quo omnes aliæ voces tanquam ex cista claustraria et corno copiarum possunt afferri. Nam quando nos Germanice dicimus 'eine Gurke', tunc Latinus dicit, 'cucumis', quasi 'cucumist, cucumistieri', a Germanico 'Kuhmist', et sic dicitur cucumis, quia cucumes libenter crescunt et fiunt magni in Kumist. Quando autem dicitur 'Kukumis', et bis vice ponitur syllaba Ku, tunc illud pro more sanctæ linguæ significat multitudinem, et quod non debeat omitti fimus vaccæ in illo loco, ubi cucumes debent crescere: Nam quando habere volumus apud tempora cucumes, tunc oportet multum fimum vaccæ addere. Profecto ego suadeo valdissime, ut hunc tuum librum edas, tunc enim apud doctum mundum magnum honorem habebis, et

semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Vale.

10.

Tympana horrendum per plateas Parnassi resonabant, campanarum strepitus omnibus et singulis horrorem incutiebat, Bombardæ maiores in vallo ingentem fragorem edebant, totusque Parnassus ad arma clamabat, currebat, videbanturque ima se miscere profundis: Plato barbam dentibus mordens vultu non adeo blando, lingua tamen facundiore primas sibi præ Aristotele ingrato cucullo debere, vociferabatur, contendebat. Sed 'huc adeste', plusquam stentorea voce audiebatur Aristoteles, 'Quis me maior exstitit? ovum gallina sapientius? En! Politica mea pro lorica, Magna moralia pro scuto, Organon pro machæra anecipiti! Nolite cedere, fortes vos præbete: Non minor enim est virtus, quam discere, docta tueri'. Cato torvo vultu per plateas circumcursitabat, pugno pro gladio usurus, 'Omnes pereant ad unum, nemini parcatur, sive amicus sive inimicus sit', rugiebat; Zeno vero ad angulum plateæ fronte serena perplacidaque consistens, et in sinu gaudens, 'Suis se gladiis periment', intra se ipsum dicebat. Reliqui omnes quo se vertebant, nesciebant, dum Apollo medios inter præsentem se stitit, et quæ istarum turbarum causa, quæ occasio, quæsivit.

---

[8] terr. hom.] *lansmanni* in Epp. O. V. [7] quod *edd. prr.* [8] Tojani *et* accurantes *edd. prr.* [18] Gurcke *edd. s. a.* [27] semper ... manebunt.] *Verg.* ecl. V. 78.
[35] vociferebatur *edd. s. a.* adesse *edd. s. a.* [41] ruiebat. *edd. prr.*

Digitized by Google

Cui cum diu multumque roganti Zeno respondisset, 'Obscuros quosdam viros Parnassum forte ingressos eo audaciæ pervenisse, ut fores primorum pulsaverint, eosque satis contumeliose exagitare præsumserint, 'Apage', inquit, 'ineptias, apage pueriles tumultus, et ad Lacedæmones vos conferte!' Hi quotannis filiis suis servos bene potos sistebant, ut eos intuentes ebrietatem eiurarent: Vos a viris his obscuris discite abstinere ab illis quæ doctos dedecent, et ne maius vobis malum accieatis, agentes gratias ei, qui viros hos obscuros denuo, dum necessitas flagitabat, in Parnassum introducendos curavit, quiescite, tacete!

11.

M. Petrus Zepfelius,
ludimoderator in Ecclesia Collegiato S. Syfridi Metensi,
Millena Salutum.

Quia, Vir illuminatissime et eximinentissime, a parte ante et post colende, me petiisti, ut tibi meum novum metodum, quem in Schola mea utor, et ante omnes alios, qui ante me fuerunt, et post me sequentur, est facilissimus, deberem revelare, ecce hic est ille: ita soleo pueros meos in Grammathica informare, et sinere coniugare:

Iuvo, as, are, vavi, atum, est verbum regens Dativum.
Supplico, as, are, cui, icitum, regit Accusativum.
Frango, as, are, avi, atum.
Linquo, as, are, avi, atum.
Transfero, as, translare, avi, atum.
Vivo, is, ere, ivi, vitzum.
Indulgeo, ui, ulsitum.
Peperio, ivi, itum.
Mugio, unxi, munctum, etc.

Sic possunt mei pueri coniugationes facile capere. Si vis etiam scire meum metodum in declinando, super cras tibi mittam, iam enim habeo paucum tempus. Quapropter vale ut cervus, alacriter, qui super montibus et vallibus salire solet. Sed heus, me oportet tibi etiam specimen facere in Dyalectica, quam meis Primanis ingero. Proponavi nuper iis unum Sylogissimum, qui ita sonat:

Mulier genuit te vel Asinus,
Sed nulla mulier genuit te,
Ergo Asinus genuit te.

Mei Primani non potuerunt respondere, et ego ipse non statim potui me recordari; interrogavi ad consilium alios doctos Clericos et Phylosophos in nostra civitate, qui dixerant, quod ita debeat responderi, quod tota Disiunctiva sit

---

10 Cf. inscript. seq. ep. 11 Collegiato *sic edd.* 17 canjugare *edd. s. a.* In quodlibeto De fide meretric. (cf. adnot. ad seq. ep.) sic est: „.. Fuit quidam amori deditus et licet omnium litterarum ignarus, sicut Stilpho, scholas tamen regendas assumpsit, docens pueros per omnia ex Isidoneo germanico [Wimphelingii] ... Docuit insuper eos coniugare verba: Iuvo ..." *etc.* ut supra legitur, nisi quod *liquo, as, are, avi atum,* et post *vitzum* habet: *voveo voves ere votzi votzum, indulgeo es ere indulgui indulsitum, reperio reperivi,* reliquis omissis. 26 unxi *sic edd.* 36 Philosophos *edd. s. a.*

Digitized by Google

falsa, quia mulier non gignit, sed parit. Placet mihi ex parte hæc responsio, sed tamen manet adhuc unus scrupulus, quem mox tibi scribam. Et quia tu es valde scientificus Vir, peto te, ut mihi scribas, quid tu respondere velles ad hunc Syllogismum:

Asinus habet pedem,
Tu habes pedem,
Ergo tu es Asinus.

Ego puto distinguendum esse inter pedem rationalem et irrationalem. Sed expeto tuum iudicium. Vale amicorum cervale, et tempore Ægidii alacrem te præsta, interea vero me recommenda apud Theologissimum vestrum Abbatem, ut me velit promovere ad pinguiorem officium, nam et si suam Scholirega pro nunc, tamen non habeo inde multum interere et mordere.

12.

Hanc Epistolam discipulis suis imitandam proposuisse fertur
Magister Petrus Zepffel,
alias Hiltebrandt
pro nunc didascalon
in Ecclesia collegiato sancti Syfridi Metensi,
discreti nec non scientifico iuveno
Alexius de Mentz
amico maximissime adamato.

Salutem meam apertam. Dilecte socie charissime, ego mitto te scire, quod ego nuper insteti pro uno gubernamine, et ex Dei gratia factus sum Scholirega Ecclesiæ collegiatæ sancti Syfridi Metensi et bene sto, quia habeo multum scholares et parvus et magnus, pauperes cum divitis; ego vellem quod tu veneris apud nos, quia posses mecum multum prodesse, ego vellem singulariter apud te respectum habere, et vellem te discere casualia et temporalia, et tu posses etiam a me docere facere versos, quia incepsi nuperrime tertiam pars Alexandri, et sum a primum ibi 'Distinxere pedes'. Discipuli iam mei sciunt fabricare versos. Unus hæri apportat mihi unum bouum, scilicet:

'O intemerata mons super sydera ferret';

item alter

8.9 expedo *edd. prr.* 1 suam] *pro* sim. 12 interrere *edd. s. a.*

13 Hæc epistola (12.) desumpta est ex Iacobi Hartliebi Landoiensis De fide meretricum Quæstione quodlibetaria Heidelbergensi, repetita a F. Zarncke Die Deutschen Univv. im MA. Lpz. 1857. 8°. p. 78. In sqq. adnott. *Z.* hanc quæstionem significat. 18 collegiato *edd.* Metensi] Argentinensi *Z.* 19 iuvene *Z.* 20 Alexius de Mentz. *Z.* Meniz *ed. a. 1689.* Menitz *edd. s. a.* 22 appertiam. Delicte *Z.* 23 gratiam *Z.* 24 colligiatæ *edd. s. a.* Syfrydi *edd. s. a.* 24 Met.] Argentinensi *Z.* 25 et *ante* parv. *om. Z.* 27 resp. ap. te *Z.* 27.28 nup. inc. *Z.* discere *et* docere, *lernen* et *lehren* olim pomiscui usus fuerunt, sed h. l. scurriliter consulto permutantur. 29 Alexandri] capituli X. de quantitate syllabar. v. 12. „Distinxere pedes antiqua poemata plures". Discipuli mei iam *Z.* 30 hæri *sic edd.* 31 ferret] veruere *Z. et hoc* veruere *conveniret si puer voluisset* montem intemeratæ

Digitized by Google

'Iorius stissus est presbyteri clepores';
item tertius unum pulchrum Epitaphium ad sepulchrum lapidem:

'Iohannes est mors, quod fecit mihi væ,
orate pro sibi, Deus habet suum anima'.

Sin autem non est luxuriosus, id est lûstig ad versos, sed etiam ad prosos dictaminas, ego proposui eis modum dictandi, ex quo statim erunt facere epistolas. Cum hoc occupo me cum eis apud Oratoribus et Poetis. Lexi enim huc usque Vergilium super Lucam, Ciceronem super Marcum, Quintilianum super Iohannem, Plautum de beata Virgine et Horatium de S. Catharina. Et lego eis multum bona circa impedimentas Alexandri semper super duos versos viginti quattuor Arguitur. Et modos significandi Iohannis de Garlandria, in quibus discipuli mei multum crescaverunt: sic et tu posses in brevi crescare super omnes socios tuos, etiam si solveret eis collum eorum. Et eris scribere unam pulchram litteram ad avunculum tuum, Dominum Iohannes Lappenhauser, plebanus in Weidlich. Et eris ei persuadere, quod te mittat semel trahere ad unam altam scholam, sicut et ego steti in Universitate Getschwellensi. Valete fœlicis. Datum raptim Basiliæ 2. Kal. Martialis. A. Christo mille quadringento nongentesimo nono.

Item legit eis parva naturalia et inter cætera pronunciavit eis ad pœnam: sic advertate, quod vinum est triplicis naturæ. Primo facit bonum sanguis. Secundo facit corda lætiæ. Tertio proiicit rusticus ad merdum.

---

virginis nomen gerentem, ☽ Jungfrau, cum veru (veru, verueris, *pro* cacumine) super sidera. *sed fortasse magister amens* mons *pro* mens *legerat.* [1] Iorius = Georgius (Jöreš) Stissus *nomen familiæ esse videtur.* clepores = κλέπτης, fur, *ut diceretur* Georgius Stissus presbytero furtum fecit'? prespiteri *Z.* clepotes *alii.* [2] ad sep. lap. *om. Z.* [4] Deus habet suum anima] Sic et in Elsæ epitaphio ap. Olearium de fide concubinarum (ed. Zarncke. p. 93.):

Hoc iacet ingenuæ formæ Elsa sepulchro.
Grata fuit Elsa manecultello *[dem Frühmesser]* semper,
Quæ dum vixit, in rufa tunica ixit:
In rufa tunica: Deus habet suum anima.
Qui orat pro secum, debes comedere mecum.
Et si suntis mille, omnes oratis pro ille. Amen.

suum an.] *Gallicus hic fuisse videtur:* son âme. [5] est] es *Z.* versus *Z.* etiam] potius *Z.* prosos et ad d. *Z.* [8] Virgilium *Z.* [9] Ioannem *Z.* sancta Katherina *Z.* [11] Et ... Garlandria *om. Z.* [12] mei disc. *Z.* [13] tuus *Z.* [14] Ioannes *Z.* [15] Wytloch *Z.* (fictum nomen obscœnum). [16] Getschwellensi. *edd. et Z.* Puto 'Kirchweilensi' a vico prope Landaviam. [71] Basiliæ] Argentina *Z.* [16] nongentesimi *Z.* [19] Sequentia a superioribus quasi novum caput linea interposita separavit Münchius, sed ubi revera novum caput incipit nosque numerum 13. superscripsimus, ille cum edd. primis verba in eodem versu posita continuat, sic „ad merdum Monachus quidam" *etc.* pennam *Z.* Prima *edd. prr,* [21] lætia *Z.* læditiæ. *edd. s. a.*

Digitized by Google

13.

Monachus quidam
Magister Balthasar Schlaug
Magistro Ortvino Gratio
Roma Coloniam misit
Salutes centum millia sestertia, secundum novam grammaticam, cum summa veneratione a parte ante.

Venerabilis Domine Magister, Epistola vestra solatiosa est mihi præsentata in festo Michaeli, et volo pro nunc vobis respondere. Sed rogo vos præcordialiter et charitative, quod velitis mihi, quando nuncius iste de via revenit, in una saltem parva cedula notescere, quomodo transit vobis, præsertim in illa lite cum Reuchlinus et Pfefferkorn, qui habent ambo nequam post aures et faciunt magnas guerras. Reuchlin dicit grossa verba et non intelligibilia. Ego audivi quod mox abibit ad fiendum Doctor, quia vult esse bene lectus in Biblia, quod non est. Audimus hic tot de illo, quod non possem ad viginti arcus Papyri scribere, et causa sua erit malam finem acquirere. Tenuit vos sæpe pro stulto, et tibisavit vos, quod non debetis eo sic mittere transire. Magister debet tenere se sicut Magister. Omnes dicunt quod eritis lux mundi fieri. Vos bene manebitis præ ipso.

Quæritis, quomodo mihi vadat, et non possum vobis clam habere, quod adhuc in Roma vitam traham, et plane depauperatus sum: habeo aliquando vix siccum panem et in nocte utor mala lectisternia. Rarissime fio vinificatus, quia vocor ad nullas convivalitates. Ego ivi nuper pro caseis et per decem dies non plures quam quindecim collegi: dixit mihi heri una antiqua vetula, quod unus sacerdos ruralis oportet venire de pastoria sua: ergo sperem habeo, quod post illum venire possim. Habeo ibi multas aucas, iuvenes et senes gallinas, antetas, ganzas, bona piscalia, bona coqualia; habet etiam vinum Cos, etc.

Tunc volo sedere in stuba mea et studere, ut possim rusticis prædicare in sermonibus Parati vel discipuli vel etiam in Biblia, ita quod ero habituatus ad prædicandum. Interim adhuc audiam Magistrum Thomam de Walleis qui legit Logicam et concordantias inter sacram Scripturam et fabulas Poetales.

Compilavi unam epistolam carminalem seu metrosam, quam volo mittere imprimere. Sed peto quod mihi de hac prius dicatis sentimenta vestra. Valete lætius quam apis in thymo, vel piscis in undis. Valete adhuc semel.

Datum in urbe Roma, ubi sunt mirabilia poma,
Quæ rustici ibi vendunt et per libram bene pendunt,
Sicut ego vidi et per experientiam didici. Amend.

---

[1] Tota fere hæc ep. ex diversis genuinis Epp. O. V., quod verborum index facile demonstrat, consarcinata est, e. gr. [6] Ep. O. V. II. 1. [7] Ep. O. V. II. 10. [8] Ep. O. V. II. 47. [13] Dial. nov. et mire fest. §. 59. [14] Ep. O. V. II. 55. [15] Ep. O. V. I. 47. [17] eo] *i. e.* ei. Ep. O. V. II. 23. [18] Ep. O. V. II. 62. [26] Ep. O. V. II. 48. [30] cf. Ep. O. V. I. 28. [34] Ep. O. V, II. 44. [35] Ep. O. V. II. 2. i. f.

Digitized by Google

14.

Magister Zepfelius
supradictus
ad quondam Priorem
inter alia ita scripsit:

Quia vestra reverentia vult scire, qualia vocabula et dyalogos meis pueris proponam, volo brevibus unum et alterum specimen hic dare. Nuper talem dyalogum proponavi:

Matth. Bone dies, frater Ieremies.

Ier. De gratzes, frater Mattes.

M. Quo ambulare?

I. Erphordare.

M. Quid portare?

I. Calceare.

M. Quid intus?

I. Feder et Dintus.

Profecto mei pueri hoc colloquium pulchre disciverant, et possunt secum eleganter loqui. Et quia vocabula ex Cicerone sunt nimis vetera, conavi ea innovare, v. g. ita doceo:

Ein Juriſt, Iurista; ein Burgermeiſter, Burgimagister; ein SchulRector, Scholirega; ein Capellan, Capellanus; ein Poet, Metrista; ein Küſter, Campanator; ein Buchdrucker, Pressor; ein Künſtler, Artista; ein Bildſchnitzer, Statuificus; ein Schuſter, Calcifex; ein Barbir, Criinifex; ein Töpffer, Tornicator; ein Bauer, Burista; ein Henker, Suspensor, etc. Sic puto me propius ad res venire, quam vetus ille Cicero, et alii veteri Salbaderi.

Non possum hic reticere novum inventum, quod inveni ego ipse, et nullus ante me: dum explicavi dyalecticam, dixi hoc vocabulum derivari et componi ex δύο, duo (vides, Prior doctrinalissime, quomodo in Græcis acutus sim,) et lectica eine Senffte, quia duo Opponens et Respondens in lectica ex opposito sedentes disputare solent. Rogo te, Pater viscerosissime, ut hoc Collegio vestro communices, et aliis Canonicis, forte id servit ad meam promotionem, volo enim libenter ex meo pulvere Scholastico exire, ubi me non possum saturum edere, etc.

FINIS.

---

[1] Hæc in qaæstione De fide meretr. non leguntur, sed sunt eiusdem farinæ. [3] SVBRA|dictus *edd. s. a.* [10] De gr.] Deo gratias. gratzer, *edd. s. a.* [24] proprius *edd. s. a.*

Digitized by Google

EMENDANDA.

Pag. 10. *vers.* 18. *corrige:* magistrum nostrum Remigium
„ 14. „ 11. „ Ecclesiastę IIII.
„ 25. *rubric.* „ 16. (*pro* 11.)
„ 35. *vers.* 26. „ ardescit'.
„ 61. „ 23. „ terram
„ 75. „ 38. „ merdunt
„ 86. „ 33. „ *hierosolomitanos*
„ 94. „ 9. „ *Obsequiosa* et adde notam: [9] Obsequia *1. sed in* Beſchyrm. Obsequiosa
„ 99. „ 21. „ *Obsequiosa* et adde notam: [21] Obsequia *1. sed in* Beſchyrm. Obsequiosa
„ 100. „ 1. „ *Obsequiosa* et adde notam: [1] Obsequia *1. sed in* Beſchyrm. Obsequiosa
„ „ „ 14. „ *tot* (*pro ut*) et adde notam: [14] tot] ut *1. sed in* 'Lima totius operis' *est* tot
„ 131. „ 25. „ *devia etiam et scienter*
„ 133. „ 34. „ *ipse prȩsens et*
„ 148. *adde notam* [36] impatoıe *sic 1.*
„ 155. *vers.* 26. *corrige: Olympię* et *ult. not. corrige* olympie *1.*
„ 156. „ 3. *adnot. corrige pro* 1513. *sic:* 1514. pagg. h sqq.
„ 157. „ 4. *et* 12. *adnot. corrige* 1514. (*pro* 1513.)
„ 158. „ 3. *corrige: ac* (*pro et*)
„ 159. „ 11. „ *meque* (*pro neque*)
„ 163. „ 17. „ *nunc ad propositum*
„ 167. „ 16. „ *sub* (*pro sibi*)
„ „ „ 17. *adde ex ante eodem*
„ 170. „ 18. *corrige: probita-* (*pro pravita-*)
„ 172. „ 9. *adde in divinis ante histrionica*
„ 174. „ 29. *corrige: quoque* (*pro quomodo*)
„ 175. „ 10. „ *revo-* (*pro invo-*)
„ „ „ 18. „ *prosecutio*
„ „ „ 19. „ *ſpe.* (*pro ipse*)
„ 188. *adde notam* [12] Colœnia *4.*

Digitized by Google

Pag. 190. *vers.* 1. *corrige:* doctorem (*pro* doctorum)
„ 191. „ 14. „ Murner *et adde infra notam* [32-33] ſcribire *4.*
„ 193. „ 11. „ quid (*pro* quod)
„ „ „ 25. „ greçum,
„ 194. „ 9. „ patria (*pro* poetria) *et adde ad notam* [9] ego *omis. 4.* patria] poetria *4. 5. et recentt.*
„ „ „ *ult.* „ tiſ *4. 5.*
„ 197. „ 37. „ pronunc (*pro* nunc) *et adde ad notam* [37] ꝑnūc *4.* nūc *5.*
„ 203. *in inscript. corrige:* Kuckuk
„ 214. *vers.* 12. *corrige:* unam (*pro* unum)
„ 221. „ 3. *notar. scribe* [9] Qm̄ *4. 5.* michi
„ 242. „ 6. *corrige:* expellant *et adde notam* [6] expellant *4. 5.*
„ 262. *vers.* 18. *corrige:* habebo *et adde notam* [18] habeo *5.*
„ 265. „ 3. *notar. adde post* theplogia *5. sic:* philophia *4.*
„ 270. „ 19. *corrige:* etiam (*pro* eiam)
„ 277. „ 30. „ concluderent contra omnes *et adde notam* [30] contra *4.* ſimul *5.*
„ 280. *adde notam* [13] diſputare *4. 5. sed legendum* desperare
„ 298. *vers.* 2. *corrige:* lepus (*pro* unus) *et adde notam* [2] unus *5. sed videtur legendum* lepus
„ 303. *adde ad marginem versus* 18. §. 1. *et ad marg. v.* 23.°§. 2.
„ 305. *vers.* 15. *corrige:* viderint *et adde notam* [15] uiderunt *2.*
„ 309. „ 24. *adde* sic *ante* rideret
„ „ „ 29. *corrige:* istud (*pro* istuc)
„ 311. „ 14. „ qui (*pro* quod) *et adde notam* [14] quod 2.
„ „ „ 25. *pone . pro* ?
„ 362. „ 2. *notarum corrige: sequuntur*
„ 372. „ 32. *corrige:* studia (*pro* studio) *et notam* [32] *sic: Hor.* sat. I. 2, 24. „.. stulti vitia, in c. c."
„ 387. *not.* [32] i. e. *Federwisch*, diabolo.
„ 409. *vers. antepenult. adnot. post* alloq̃ntꝫ *pone* 2.
„ 440. „ 29. *corrige:* Consultissimo

Digitized by Google

ADDENDA
AD VOLVMINA I. II.

Ad indic. bibl. Hutt. p. 12.*

IX.

1.

Die hier aus Panzer mitgetheilte Notiz ist unrichtig: die Exclamatio in sceleratissimam Pepericorni vitam ist nicht beigefügt dem von Panzer ungenau angegebenen Drucke von 4 Bll. 4°., deren letztes, so wie die Titelrückseite leer ist, und welcher keine Angabe des Druck-Ortes und Jahres, sowie auch keine Signatur, Seitenzahlen, Columnenüberschriften od. dgl. hat. Der Titel ist:

¶ BAPTISATI CVIVSDAM IVDEI | Iohannis Pepercorni Hallis oppido Magdebur-|genſis dioceſis : ante arcem diui Mauricii : in Coe|miterio iudeorū lento igne aſſati Et dū ad carnifi|cinā traherēt: ignitis a carnifice forcipib9 in ipo iti|nere cruciabiliter (ſed merito) lācinati atqȝ cōcer|pti hyſtoria : cū ppetratorū & ꝓfeſſorū ab eo ſceleꝛ|breui & uera narratione.

Roher Holzſchnitt: Pfefferkorn inmitten zweier ihn ergreifender Häſcher, hinter welchen je ein anderer Mann, links an einem Thurm ebenfalls ein Häſcher, rechts an einem entſprechenden Gebäude eine obrigkeitliche Perſon (?) ſteht. Breite wie hier bezeichnet, Höhe gegen 4".

¶ Ad lectorem.

¶ Hic diras ſcelerū formas: funeſtaqȝ narrat
Crimina : ſubtili cōmoditate : liber
Que Pepercornus : recutite gentis alūnus:
Sed baptiſatus : fecit : & igne luit :

Den Text dieſer hystoria gebe ich in den unten folgenden Addenda ad vol. III. Die Originalausgabe der huttenischen Exclamatio ist laut vorstehendem nun gänzlich unbekannt.

Zu b ebendaſelbſt.

Die in vol. IV. p. 683 unter b genau beſchriebene Ausgabe ſcheint neuer zu ſein als folgende (auch in der Wolfenb. Bibl. ſich findende), von welcher ſie den nur etwas roheren und etwa eine Linie breiteren Holzſchnitt entlehnt hat, aber in der Orthographie vielfach abweicht:

Digitized by Google

*b.

Die geſchicht vñ bekēt|niß deß getaufften Judē Johannes pfefferkorn genant zu Hal|le vor ſant Moritz burgk vff dem Juden kirchoff gebraten/ vñ | zuuor mit gluenden zangen zuriſſen

Holzſchnitt derſelben Zeichnung wie b. Höhe etwa 5″, Breite wie dieſe Einfaßung.

4 Bll. 4°, wovon das letzte gleich der Titelrückſeite leer iſt.

Bl. 2, ſigniert A ij, beginnt ℭ Nach Chriſti vnſers lieben herren geburt Tauſentſonf

Bl. 3. ſchließt über der Mitte: Magdeburg gut brieff vnd ſigel vñ eyn ſchottiſcher Pfaf|fe hat yn getaufft

b*.

Außer den unter a, *b und b bezeichneten Separatdrucken der deutſchen 'geſchicht Pfefferkorns' beſitze ich eine gleichzeitige Abſchrift auf 2 Quartblättern, deren erſtes beginnt:

Die geſchicht vnnd bekantniß des getoufften
Juden Johannes pfefferkorn genant / zu Halle
vor ſant Moritz burgk gebraten vnnd
zuuor mit glügend, zangen zerriſſen/
Noch Criſti vnnſers lieben Hᵉren geburt Tuſent

Die Rückſeite des zweiten Blattes ſchließt:

ſigel vnnd ein ſchottiſcher pfaff hat Inn getoufft
Getruckt zu Mentz
durch Johann ſchöffer

Die 12 Artikel ſind mit ſ.g. arabiſchen Zahlen je am linken Rande der Anfangszeilen bezeichnet.

*Ad. pag. 33**.

XIX.

Statt der beiden zunächſt folgenden Zeilen ſetze:

Das von Hutten durchcorrigierte Exemplar, in Nr. 4 nachläßig benutzt, hat ſich wieder gefunden, und eine Vergleichung desſelben mit der Ausgabe in vol. V. p. 99. sqq. iſt nun in vol. III. pagg. XX. sqq. zu finden.

*Ad pag. 34**.

Unter N°. 4. ſetze 'wiederaufgefundenen' ſtatt 'nicht mehr ausfindigen'.

*Ad pag. 35**.

Zu num. XXX. 1. nach 'u. ſ. w.' ſetze: d. h. per Lottherum iuniorem, wie IOHANNIS FRANCIS|ci Pici Mirandulæ Opuſculum de ſententia excōmu-|nicationis iniusta, pro | Hieronymi Sauona|rolæ viri prophe|tæ innocētia. | Vuittembergæ. | 4°. 24 Bll. letztes leer. Vorderſeite des vorletzten: Impreſſum Vvittenbergæ per Lottherum | Iuniorem Anno domini .M. D. XXI. | Menſe Decembri. | Vgl. auch Strobel Neue Beiträge z. Lit. II. S. 113.

*Ad pag. 68**.

Zu N°. 9. füge hinzu: und wiederum in: Handbuch der Weltlichen Beredſamkeit, von D. L. B. Wolff. Lpz. 1848. 8. S. 136...145.

Digitized by Google

Ad pag. 81.*

Statt 1522? setze: März? 1521. und zu I. füge hinzu:

Daß dieser Druck ein Wormser von 1521. sei, läßt sich aus Bucers Schreiben an Spalatin vom 21. März 1521. (s. unten N°. CCXXVII*.) entnehmen.

Hiernach ist auch die Stellung der Schrift sowol in dem Index bibliogr. Hutt., als in der Ausgabe selbst (vol. II. n. CCLXXXXII. pagg. 130. sqq.) zu berichtigen.

Ad pag. 100.*

Nach N°. 71. ist hinzuzufügen:

71*.

A | TRIBUTE | TO THE MEMORY OF | ULRIC OF HUTTEN, | CONTEMPORARY WITH | ERASMUS AND LUTHER; | One of the most zealous Antagonists, as well of the Papal | Power as of all Despotic Government, and one of the | most elegant Latin Authors of his Time;| TRANSLATED FROM THE GERMAN OF GOETHE, | the celebrated Author of the Sorrows of Werther: | By ANTHONY AUFRERE, Esq. | Illustrated with Remarks by the Translator, | WITH | AN APPENDIX | Containing Extracts from some of HUTTEN's Per-|formances, a List of his Works, and other explana-|tory and interesting Papers| | LONDON. | PRINTED FOR J. DODSLEY, PALLMALL.| | M. DCC. LXXXIX.

XVI und 138 Seiten klein 8°. Signatur a und B bis K.

S. V...XII. Preface of the Translator, datiert Stuttgardt, 10th June 1788.

S. XIII...XVI. Einige Belobungen Huttens aus Erasmus, Melanchthon, Thuanus, Brunfels, Maimburg, Pirckheimer, Cochläus, Struve und v. d. Hardt.

S. 1...52. Uebersetzung der herderschen Abhandlung, welche damals allgemein Goethen zugeschrieben wurde, mit erläuternden Anmerkungen des Uebersetzers.

S. 53...130. Appendix, enthaltend Auszüge aus Briefen Huttens, aus der päpstlichen Bulle gegen die Epp. O. V. und dem Schreiben an den Erzbischof von Mainz, die erste Rede gegen Herzog Ulrich, und vier Dunkelmännerbriefe.

S. 131...135: List of the works of Ulric of Hutten, unchronologisch, unvollständig, und die Pseudohuttenica, sowie die gesammten epistolas obscurorum, von welchen die Londoner Ausg. von 1742 allein angeführt ist, Hutten zuschreibend.

Ad vol. I. p. 28.

?(STECKELNBERGÆ??) **XIII*.** D. 16. FEBR. 1513.

[Ulricus Huttenus Dietericho Hutteno.]

Dittrich liber vetter Ich Seck dir hie ein Schrift die hat mir friderich| mein bruder gestert zugesecht, vnd dar bey geschriben wie du v'nemen | würst, nü Sthet mein Sach Izo der mas das Ich vff den dag | nicht komen kan, Ich wil aber mit meim bruder redt das er | vff den dag reiden Sol, oder aber eitteln

*seck] schicke.

**

Digitized by Google

mein vettern mit | vnſer volmacht, die weil nü die Zeit So kortz das der dag | ſtoben zu v'kunden nicht iſt, doch wo es Sein mocht, So | wer es gudt, da richt dich Selber Im beſten nach, wo du | nü den dag Selbſt perſonlich auch nicht beſuchen, mochgſtu | Herr ludewig mit zuſeckung des briües, oder aber fri-derich | mein bruder dein meinugk Schreib, ob du bey gemeiner | Ritterſchaft bleip wolſt, oder was dein gemüdt, dan Ich wil nicht | von Ir nit Setz— es geh dar nach was got wil, das alles hab | Ich dir In gudem nicht wollen verhaltten, ſſ gutlich bitten | mir zu meim dag gein Sluchter vff Sonntag Reminiſcere | den abent ein zukomen ye nicht auß zubleiben, In Solchem | finſtu mich dir mit ſrunt-zoſt wider gewelget, So wurſtu | mein bruder auch da finden, woln wir vns allerlei mit einander | vnderreden, vnd Seck vor allen dingen Herr ludewig den | briüe zu datz eilns dinſtag nach Inüogaüit anno ꝛſ riij | Ich Ich hab mit meiner fruntzaſt ein geleidt zu ſluchter vff | dem dag wolt Ich dir auch nicht verhalt—

Vlrich vom Hutten
zu Steckelnberg.

[Inscriptio:] Dem erbern vnd veſten
ditterich vom Hutten meim
ſſ liben vettern.

XIII*. Ex archio Hutteniano Wirceburgensi (N°. 3. fas. 34. Lit. JJ.) epistulam ipsius Hutteni manu scriptam transcripsi. Ad marginem inscriptionis supra exhibitæ recentior manus adscripsit: Ulrich vom Hutten zum Stackelbergk ſchreibt | Brief halb H ludwig zu ſchicken vnd bey | ihm vfm tag zu ſchlucht' zu erſcheinen | Anno 13 vnd ob ehr bey d' ritt'ſchaft | pleiben wolle Zſt aber Dietterich vom | Hutten von d' Ritterſchafft nitt gewichen ſond' feſt | plieb—

?(STECKELNBERGÆ??) D. ? MAI. A. 151.?

[Ulricus Huttenus Dietericho Hutteno.]

Mein ſſ dinſt zuvor ſſ liber vetter du wurſt auß eingelegter | coppeien vornemen was ſtoben Herr ludewig vnd mir | geſchriben, vnd mocht leiden wor zu du nicht fug daſtu | dich des Selben enthildeſt als Ich mich auch vorſe du | thun werdeſt wolt Ich dir Im beſten nicht v'halt— dan dir | zu din wer Ich wellig datz metwochen nach vrbanus anno | rv^c^vdo

Vlrich vom Hutten
ſſ

[Inscriptio:] Dem Erbern vnd
veſten ditterich vom
Hutten meim ſſ
liben vettern

---

[6] nicht] mich corrigere debebat. Ir nit Setzn *MS.* [8] Sonnt. Remin.] 21. Febr. [32] amo *MS.*

Digitized by Google

Ex eodem archio (N°. 5 Lit. J.) hanc schedulam Hutteni manu scriptam edidimus. Fortasse cum superiore epistula ad eandem causam pertinet: anni autem numerum qui sic scriptus est  fateor me non intelligere; si annus 1513. significaretur, non conveniret 'metwochen nach vrbanus', nam Urbani dies a. 1513. in ipsum Mercurii diem (25. Mai.) incidit.

Ad vol. I. p. 28.

? XIII**. D. 31. DEC. A. 1513.

[Huttenus Principi . . . . . .]

Hochgeborner fürſt vnd herr e ſſ gſ Sey mein gantz | wellig dinſt alzeit mit welligem fleis zuuor | anbereidt gnediger herr, e. gſ Schreiben Sampt | eingelegter copey hab Ich vornomen, vnd wo e gſ | mein zu Solchem begern mit zureiden, vnd | mir dor vmb vorweßung meines Soldes thün | wil Ich gern mit vir pferden mit e. gſ oder | den euwern reiden, doch alſo das mir ein Jar vff vir pferdt ander halp hundert gulden werden | gedraw auch mit helff des almechtigen dy vor | dem gemein wo es zum brauch quem zuuor | diñ ꝛc vnd wo e gſ etwas dar vmb gemeint | wil Ich mich vff e[ſ] gſ Schreiben bey e gſ finden | vnd nach notdorft der Sach beſliſſung entpfang | des bit Ich e ſſ. gſ gnedig antwort geben vnder | meim Inſiegel datꝛ Sampſtag nach dem heiligen | criſt dag Im xxij Jar.

Vlrich vom Hutten
ꝛſ

XIII**. Exemplum ipsa Hutteni manu scriptum in chartophylacio principis Alberti Anglorum reginæ coniugis adservatum post optimi principis obitum gratiosissimus frater Ernestus dux rogatu humanissimi viri Ioachimi Marquardti mihi edendum permisit. Unde loci hæc epistula data sit, cum non indicetur, neque inscriptio extet, coniectura tantum adsequor, eam Erfordiæ Alberto Brandenburgensi, d. 31. Aug. a. 1513. in locum defuncti ducis Ernesti Saxonici Magdeburgensis archiepiscopi administratorisque Halberstadiensis electo scriptam esse.

Ad vol. I. p. 33.

ERFFORDT. XX*. D. 22. AVG. A. 1514.

[Huttenus Alberto Moguntino.]

Hochgeborner fürſt e. ſſ gſ Sey mein vnderthenige gantz welliger dinſt | alzeit zünor gnediger herr, Ich hab e ſſ gſ ſchreiben endres den heſtern | belangen, alles Inhalts vornomen, fug dor ann e. ſſ gſ vnderthenig | weſſen, das Ich leiden mocht das er ſolcher ſeiner beſchwerlichen | geſenckns enthoben, die weil ſich aber der handel ſeiner | perſon halber, die peinlich clag zu Im, ſo diſ gewirckt, vnd | von eim erbern Radt zu erffort offentlich, meiner erwirdigen | vnd gnedigen hern des thum cappittels vnd Stiftes mentz | gericht zu erffort vber antwordt,

---

[14] Utrum helff an holff scriptum sit hæreo. [16] fnden *MS.* [32] euer fürſtliche gnaden. [33] De hoc Andrea incarcerato vide Erphurdianum Antiquitatum Variloquum vol. I. p. 32. cit., passim. — Vocabulum heſtern pro parte evanidum factum est in *MS.* [34] weſſen] wißen, zu wißen.

Digitized by Google

vnd vorgeſthelt, vnd alſo | vmb ſein bekenden Recht zuſprechen, vnd erghen laſſen| begerdt, weiß Ich e. ſſ. gſ begern vnd geſennen nach, kein | Sonder, verdroſtünge vor In zu bitten zuthun, noch wenger | mich In Solchem ſal bey Imant des Ich wol geneigt zu | erkunden, Ich wil wol gloüb das e ſſ gſ auch ander villeicht | mein, Ich hab hie zu erſſort vil folg ꝛſ das wil Ich bey | der erfindung Izo pleiben las, mocht Ich aber e ſſ gſ vnder-|thenigen dinſt vnd wellen erzeygen. wer Ich wellig, hab | Ich e ſſ gſ In antwordt nicht wellen verhaltten, datꝛ erſſordt | dinſtag vnſer liben frauwen würtzwei dag aññ ꝛſ xiiij° |

Vlrich vom Hutten
zuꝛ Stekelnberg

XX*. Cum XIII** ex eodem principis Alberti chartophylacio mihi transmissa est hæc epistula sine dubio Alberto Brandenburgensi nuper archiepiscopo Moguntino facto [cf. vol. III. p. 353.] scripta, cuius inscriptio non extat.

[5] ꝛſ] etc. [6] ꝑſei vix legi potest in *MS.* [8] würtzwei dag] Mariæ assumptionis.

Ad vol. I. p. 45.

Ad § 56.] Postquam quae habere debeat universitas plena exposuit Mosellanus, ita pergit:

> Quanquam autem Gymnasium eiusmodi, minoris negotii est describere, quam usquam invenire, ad præscriptam tamen imaginem accedunt hic in vicino sitæ, LIPSIA & WITTENBERGA. Nec ERPHVRDIA cuiquam est aspernanda, Vt nec BASILAEA. Super omnes vero trium linguarum professione floret LOVANIVM, schola vel hoc nomine omnium fœlicissima quod magnum illum et sapientiæ et eloquentiæ principem habet ERASMVM. Et summum illud ecclesiasticæ dignitatis ornamentum ALBERTVS cardinalis, magnum quiddam Moguntiæ suæ molitur. Quod si processerit, erit quo se Germania exteris hominibus venditet.
>
> PETRI MOSELLANI PROTEGEN-|ſis PÆDOLOGIA, iam iterum, vna| cum ſcholiis in loco appoſitis edita, | adiectis inſuper DIALOGIS | duobus *etc. In fine* Lipſiæ, ex officina Melchioris Lottheri. | Anno dñico M. D. XX. 4°. pagg. E 4. sq.

Ad vol. I. p. 252.

EX TIGVRO.

CX*.

D. 10. MART. A. 1519.

[ZVINGLIVS BEATO RHENANO.]

..... Dedit idem Sanderus hisce diebus orationem nobis hominis cuiusdam ἀνωνύμου, docti tamen adprobe et festivi, verum descriptoris ignorantia improbe scriptam, quam aliundeque missam et per quendam illatinum omnino, non modo ignarum scriptam, cum Myconio restituere nitimur cuidam integritati. Quod ubi factum fuerit, ad te mittetur; placebit supra modum, adeo est referta scommatis: κατὰ τοῦ ἱερέως καὶ τῶν καρδιναλίων ἀργυροφιλτάτων. ὁ δὲ καρδι-

[34] Sanderus] Michael, I. V. D. decanus Vratislaviensis. orationem] Si Hutteni fuit, Zvinglius de exhortatoria ad principes (vol. V. p. 101. sqq.) scribere censendus erit, cuius inscriptionem Hutteni auctoris nomen aperte exhibentem descriptor omiserit.

Digitized by Google

νάλιος σηδουναίων εἶπε πρὸς ἐμὲ ἄγχι σχὼν κεφαλήν, 'cura ut prematur per Frobenium'. Hoc igitur ubi aliquantisper repurgabitur, tibi mittetur: inde tu facies omnia arbitratu. Quidam dixit Sandero esse Hutteni . . . .

CX*. Ex inedita epistula biblioth. Sletstadiensis, data 'VII. Idus Mart. a. 1519. ex Tiguro' humanissime mecum communicavit rev. vir Ioh. Guil. Baum theol. D. et prof. Argentoratensis.

[39] et [1], i. e. 'in sacerdotem (papam) et in cardinales argenti amantissimos. cardinalis autem Sedunensis [Matthæus Schinner] dixit mihi prope admoto capite.' In apographo mihi transmisso Græca sic scripta sunt: κατα τον ἱερεος καὶ τῶν καρδιναλίων ἀργυροφιλτάτων. ὁ δε καρδιναλιος σεδουνήων εἶπε ἐμε ανχιοσχων κεφαλην. [1] ἄγχι σχ. κ.] Homer. Od. I. 157.

Ad vol. I. p. 262.

[TIGVRI.] **CXVIII*.** D. 24. APR. A. 1519.

[ZVINGLIVS BEATO RHENANO.]

. . . . . Phalarismus nondum pervenit ad nos, Febriculæ autem tantum unum exemplar. Si potestis aliquo modo, plura exemplaria mittatis . . . .

CXVIII*. Ex MS. bibl. Sletstad. a viro cel. Baumio mihi transmissæ epistulæ pars.

Ad vol. I. p. 354. sq. num. CLXX.

Hanc epistulam ante me ediderat Sotzmannus in ephemeridibus a Rob. Naumanno editis, quibus 'Serapeum' inscriptum est (VIII. *Jahrg. Leipz.* 1847. 8°. p. 12. sq.); exemplum quo usus est, non Hutteni, sed amanuensis manu scriptum esse ille quidem opinatus est, sed neque ipse quicquam Hutteni manu scriptum viderat, quam Ghillanii errore (cf. vol. II. p. 65. v. 14...21.) deceptus inelegantem rudemque fuisse putavit, neque omnia exempli bona et bene exercitata manu ('*einer guten regelmässigen Schreiberhand*') scripti verba recte legisse videtur, ut ex his utriusque editionis discrepantiis adparebit:

	edit. nostr.	edit. Sotzm.
p. 354. v. 15.	FVRSTENPERGK.	Fürstenpergh.
„ „ „ 17.	nunquam.	numquam.
„ „ „ 18.	te curæ involvo.	te curae innobis.
„ 355. „ 1.	Iohannis de Hatsteyn.	Iohis de Harsteyn.
„ „ „ 4.	Fürstenbergk, Patricio Francofurdiensi.	Fürstenpergh Patricio Francofurdiano.
„ „ „ 6.	viro innocenti sal.	Viro Innocenti.

'*Der Brief*' (addit Sotzmannus) '*ist in kleiner Briefform zusammengelegt und mit dem Hutten'schen Pettschaft von nachstehender Gestalt und Grösse versehen:*



Ad vol. I. p. 365.

versu 24. *scribe* qui *pro* quæ.

Digitized by Google

Ad vol. I. p. 369.

[ARGENTORATI?] **CLXXXV*.** D. 29. AVG. A. 1520.

[OTHO BRVNFELS BEATO RHENANO.]

..... Si nihil aliud, hoc certe tibi argumento esse poterit quod sponte me dedi discrimini, neque meum nomen prostituerim quemadmodum Huttenus, etenim alium pereclitentur mea studia, maluissem in omnem vitam ἄμουσος esse quam connivere ad scelera operantium iniquitatem et qui ex domo Dei faciunt speluncam latronum ....

CLXXXV*. Ex Mss. bibl. Sletstad. Baumius v. cl. transcripsit.

[5] prostituer.] Hoc nisi ad persecutiones Romanistarum referendum est, non intellego.

Ad vol. I. p. 400...402. comparato exemplo Hutteni manu scripto sic emendanda esse sequentia humanissime mihi scripsit doctiss. Baumius:

pag.	400.	vers.	5.	lege:	demandaverit
,,	,,	,,	8.	,,	obnoxius illi es
,,	,,	,,	10.	,,	et crudelem conciliaturus
,,	,,	,,	14.	,,	bonos mores adfecti,
,,	401.	,,	2.	,,	aliquando dolorem dissimulando.
,,	,,	,,	4.	,,	ab humano consortio,
,,	,,	,,	6.	,,	fui sedulus. Quis
,,	,,	,,	7.	,,	ad vincula etiam Romam
,,	,,	,,	9.	,,	uno ictu proiecturus simul omnia
,,	402.	,,	16.	,,	cordi Decimo Leoni,

Ad vol. I. post p. 422.

[SLETSTADII?] **CLXXXVIIII*.** D. 8. NOV. A. 1520.

[BEATVS RHENANVS BONIFACIO AMERBACHIO.]

..... Ulricus Huttenus bullam pontificis qua Lutherium diris devovet pulchre traduxit hoc est scholiis salsis et mordacibus exposuit irrisitque. In frontispicio libelli insignibus pontificiis hunc circumposuit versiculum: Astitit bulla a dextris eius in vestitu deaurato circumamicta varietatibus. Nihil unquam legisti mordacius. Nam ut scias pontifex Huttenum execratus est et principibus quibusdam scripsit ut illum aut interficerent aut apprehensum Romam adducerent. Hinc invectivarum acerbitas ista ....

CLXXXVIIII*. Ex MSS. antistitii Basiliensis transcripsit Baumius.

cf. vol. V. p. 301. sqq. et vol. I. numm. CLXXII. sqq.

Ad vol. I. p. 427. sqq. numm. CCII. CCIII.

'Ex archetypo in Arch. seminar. Protest. asservato has enotavi emendationes'. BAUM.

Digitized by Google

p. 427. v. 5. ignes
„ „ „ 8. non ratam fore
„ „ „ 14. Franc^{s} arbitratur apud Carolum esse
„ „ „ 15. etiam qui (*non* qui et ipsi).
„ „ „ 18. generis atque ordinis
„ „ „ 21. rem fuisse.
„ „ „ 30. Tiloninum (*non* Tilonium)

Ad hoc nomen Tilonii posita adnotatio delenda est. Tiloninus hic est ille Euricii Cordi adversarius poeta, Thilemannus Conradi Gottingensis, quem sub variis etiam nominibus (Thilonis, Tilmanni, Theonis, Philymni, Philoeni, Thielli, Telamonis s. Telamonii) ille exagitavit. cf. *C. Krause* Euricius Cordus. Marb. 1863. p. 32. sqq.

Eundem Tiloninum sæpius in litteris Melanchthonianis memorari (c. gr. Melanchth. Opp. ed. Bretschn. I. n^{o}. 104. i. f. n^{o}. 107. init. n^{o}. 128. med. adnotavit Baum.

pag. 428. v. 12.: tantum fidei
„ „ „ 19. sq.: Tiloninum apud primum
„ „ „ 24.: Tiloninus.
„ „ „ 25.: si qua vis
„ „ „ 29.: nunc e (*pro* meis e)
„ 429. „ 3.: cum Vormaciae inveniat, curare huc mihi, ne qua sit
„ „ „ 4.: quæ aiebas
„ „ „ 7.: reliquum si quid posse
„ „ „ 9.: mitte Spiram
„ „ „ 9.: sciet ubi
„ „ „ 12.: literis ad me indicem

Ad p. 429. adnotationem adde: Cf. infra ad vol. II. pag. num. *CCXVIII. d. 7. Ian. a. 1521.

Ad vol. I. post pag. 432.

MOGVNTIÆ. **CCVI*.** D. 4. DEC. A. 1520.

[CAPITO AD LVTHERVM.]

„Epistola extat impressa, sed perquam vitiose, in Bibl. Bremens. class. IV. p. 429. sqq. Ibi inter alia:

Classicum dedisti tuba toties et Huttenus nobiscum cecinit Bellicum, mox armis pereclitaturus." *(Ex epist. Baum. ad editor. scr.)*

Ad. vol. II. p. 3.

BASILEÆ. ***CCXVIII.** D. 7. IAN. A. 1521.

[BEATVS RHENANVS BONIFACIO AMORBACHIO.]

„Epistolæ Bonif. Amorbachii [cf. vol. I. p. 429. adnot.] Röhrichius particulam solummodo publici iuris fecit eandemque mancam: Quæ desunt in vol. I. l. c. hic addam. Versu penultimo post v. 'īcēderentur' sequuntur hæc:

nemine spectante præter pauculas mulierculas olera atque hoc genus nugas vendentes.

Hæc præterea insunt de tuo Hutteno nominatim:

Franciscus a Sickingen et Ulricus Huttenus, *imo nobiles* universi huius causæ patrocinium susceperunt. *(Ex epist. v. cl. Baum ad editorem data.)*

Digitized by Google

Ad. vol. II. p. 10.

EBERNBVRGI. **CCXXVII*.** D. 21. MART. A. 1521.

[BVCERVS] SPALATINO.

.....Huttenus te rogat ut a bibliopola illic petas quantum excusit Apologiæ suæ Germanicæ sibi ut mittas, teque resalutat. Plane enim fessus est laboribus, scripturus proximo. — — — Allatum est Hutteno Commentariorum quidquid Basileæ excusum est in psalmos Lutheri. ω̃ divitiæ o delitiæ.

CCXXVII*. Mss. Bibl. Basil. publ. (Bucerus) Spalatino 21. Martii 1521. absque subscriptione sed manu certissima Buceri. data est Ebernburgi ad Spalatinum Vormatiæ agentem. BAUM.

[4] excusit] *sic MS.* [4] Apologiæ] i. e. Entſchüldigung etc. vol. II. n. CCLXXXXII. p. 130. sqq. quam itaque falso anno 1522. adscribendam esse conieci. cf. supra ad p. 81*.

Ad. vol. II. p. 46.

EBERNBVRGI. **CCXXXIIII*.** D. 28. MART. A. 1521.

BVCERVS CAPITONI.

.....Responde certum per hos Schryckeri nostri ministros et per Christum te obsecro responde te venturum. Id a te expetit Franciscus, id filii, id mirum in modum Huttenus qui nunc in Spanhem vacat rebus divinis .... Melchiorem meum cum venerit, fac duci ad Thiloninum quem pro eo oravi .....

CCXXXXIIII*. Ex Mss. Bibl. Basil. publ. Baumius transcripsit.

Ad vol. II. p. 47.

EBERNBVRGI. **CCXXXV*.** D. 6. APRIL. A. 1521.

BVCERVS RHENANO.

.....Huttenus scribet proximo, iam non vacavit, salutat autem te....

CCXXXV*. Ex Mss. Bibl. Sletstad. idem Baum.

Ad vol. II. p. 55.

(EBERNBVRGI.) **CCXXXXI*.** (MED. M. APRIL. A. 1521.)

(BVCERVS .....)

.....Traductas illas epistolas quum meæ sunt et nondum revisæ ab Hutteno, qui excusioni eas parat, in manu mea non est mittere. Verto nunc illam ad sacerdotes. Aegrotavit Huttenus die quo congrediendum erat cum Confessore pro Luthero, quia ille nihil quærit quam ut Lutherus posset defendi ..... Cave autem de adventu ad nos Lutheri quidquam adhuc invulges, levitatis enim non modo Huttenum, qui de eo ad te scripsit, sed et Franciscum, ut de me taceam, infamares....

[30] illam ad sacerd.] Invectivam n. CCXXXI. vol. II. p. 21 sqq. exhibitam. [31] Confessore] Cæsaris Glapionem *recte adnot. Baum.*

Digitized by Google

CCXXXXI*. „Inter MSS. Bibl. Basil. publ. schedula absque inscriptione, subscriptione, die et consule, sed certissima Buceri manu conscripta et ad med. Aprilem a. 1521. referenda inter alia haec habet.' BAUM.

Ad vol. II. p. 65. versu 22. scribe cognatus *loco* patruelis

---

Ad vol. II. p. 66.

BASILEÆ. **CCXXXXVIII*.** D. 8. MAI A. 1521.

VALENTINVS CAPITONI.

.....Præterea ab Hutteno magnifice sum exceptus, sed parum iam intelligo erga eum preces nostras profecisse, subdifficilem se præstabat in Quintiliano credendo asserens necessarium fore ut ipse aliquot capita conferret, eo tamen pervenit tandem, si vellet eum edi, brevi me eius copiam esse habiturum. Ita discessi, civiliter denegata (opinor) eius libri copia. Mittat an non plane dubius hæreo ....

CCXXXXVIIII*. Ex MSS. meæ biblioth. BAVM.

---

8 Valentinus] Curio, Basileensis typographus. 10 Quintilian.] cf. vol. II. p. 446. v. 16. 11 credendo] i. e. commodando.

Ad vol. II. p. 67.

EX VANGIONIBVS. **CCXXXXVIIII*.** D. 22. MAI A. 1521.

BVCERVS BEATO RHENANO.

..... Huttenus Ebernburgo, quod arx illa Cæsari obnoxia sit, discedet. Nam hodie stipendium Cæsari abnuntiavit, contra curtisanos fortasse designaturus aliquid ....

CCXXXXVIIII*. Ex MSS. bibl. Sletstad. Baumius exscripsit.

Ad vol. II. p. 81...83. num. CCLX.

Collationem cum archetypo has prodidisse varias lectiones adnotavit v. cl. Baumius:

p. 81. v. 14.: variis erroribus, cum
„ „ „ „ ego lateam.
„ „ „ 21. sq.: pœnitere magnique emptum velle qui te Phorcæ, cum postridie quam tu eo accesseras, illo mittente secutus essem, invenissem, certo enim
„ „ „ 23.: te commonerem nihil dum de pristina erga te voluntate immutatam sibi,
„ „ „ 25.: conditionem istic acceptam
„ 82. „ 4.: Nicolaus illi a sacello, qui
„ „ „ 6.: Franciscus hoc audito aliud
„ „ „ 8.: ut hoc ageremus. vix usquam posses
„ „ „ 10.: et tibi perfacili sumptu vivere licet. tum domus
„ „ „ 11.: impetrare atque huc accedere

Digitized by Google

p. 82. v. 13. sq.: Christo) erupero hinc. Latendi causa est valetudo
,, ,, ,, 15.: aut Tiloninum disces
,, ,, ,, 16.: sed cras puto
,, ,, ,, 17.: cottidie uritur Lutherus
,, ,, ,, 18.: audio. Cæsarem cogit
,, ,, ,, 27.: Lovanienses aut Colonienses
,, ,, ,, 28.: animi iudicium pecunia
,, ,, ,, 31.: concredidi sycophantæ illi
,, ,, ,, ,, sq.: prodidisse eum galerito suo. O perfidiam haud in loco! hanc
,, ,, ,, 36.: illi amicorum ubique receptaculis (ita persequuntur illi) foveo.
,, 83. ,, 1.: quam se pecuniariis
,, ,, ,, 2.: legere epistolam potes.

Ad vol. II. p. 83.

(ARGENTORATI?) **CCLXI*.** (M. OCT.) A. 1521.

OTHO BRVNFELS SAPIDO.

.....Ab Hutteno literas accepi hesterno die, in his sic scribit ut iubeam bene sperare amicos, esse enim in foribus nescio quid, atque instructa præsidia quibus convellatur hæc tyrannis quæ nunc passim regnat. Hanc consolationem tibi communico ut et ipse bene speres, cum ad summum excreverit malitia, necesse est ut desinat tandem. Ait quoque arsisse Lovanii Erasmi Paraphrases cum magno spectaculo. ect. ect.

CCLX*. Ex MSS. Bibl. Seminar. Protest. Argentorat. absque subscriptione. BAUM.

Ad vol. II. p. 91. i. f.

(TIGVRI.) **CCLXX*.** D. 25. DEC. A. 1521.

ZVINGLIVS RHENANO.

.....Dono misit mihi superioribus diebus Ioh. Frobenius Hutteni querimoniam, hominem apostolicam (homo enim bulla est). ect. quæ ad alia spectant eiusdem officinæ ....

CCLXX*. Ex MSS. bibl. Sletstad. excerpsit BAUM.

[17] querimoniam] Clag und vormanung? vol. III. p. 473 sqq. [18] bulla] cum Hutteni glossis? vol. V. p. 301. sqq.

Ad vol. II. p. 113. num. CCLXXVIII. adnotandum est:

'Hoc epistolium ad annum 1521. pertinere coniicio: 1) latitat enim Bucerus apud Maternum Hattenum Spiræ, ut ex epistola Buceri d. 30. Ian. a. 1521. ad Capitonem data patet atque altera d. 7. Febr. eiusdem anni ad eundem. 2) postulat Huttenus ut certis argumentis rescire possit, Alcandrum fuisse Iudæum. Aleandrum dico, in quem mense Martio eiusdem anni 1521. Invectivam in lucem emisit. Omnia, si quid video, bene quadrant.' BAUM.

Digitized by Google

Ad vol. II. p. 130.

Versu 10. pone pro [1522.?] *sic:* [m. Mart.? a. 1521.] *et adnota:*

Cf. Buceri ad Spalatinum epist. d. 21. Mart. 1521. scriptam, cuius partem supra [num. CCXXVII*.] exhibuimus. Itaque huic Apologiæ suus in vol. I. locus dandus est.

Ad vol. III. p. 349.

¶ BAPTISATI CVIVSDAM IVDEI | Iohannis Pepercorni

Hallis oppido Magdebur-|genſis dioceſis : ante arcem diui Mauricii : in Coe|miterio iudeorū lento igne affati Et dū ad carnifi|cinā traheret : ignitis a carnifice forcipib⁹ in ip̄o iti|nere cruciabiliter (ſed merito) lācinati atq; cōcer|pti hyſtoria: cū ꝑpetratorū & ꝑfefforū ab eo ſceler⁹ | breui & uera narratione.

Pictura.

¶ Ad lectorem.

¶ Hic diras ſcelerū formas: funeſtaq; narrat
Crimina : ſubtili cōmoditate : liber
Que Pepercornus : recutite gentis alūnus:
Sed baptiſatus : fecit : & igne luit: ||

Virginei partus Anno ſupra milleſimū quingenteſimum decimoquarto: poſt (p. 3.) Egidii die Mercurii ꝓxime ſecuta Hallis non ignobili oppido Magdeburgenſis dioceſis : ante arcem diui Mauricii : ipsi prope oppido coniunctā : in cœmiterio iudeorū : atroci quidē (ſed merito tamē) affectus eſt ſupplicio : baptiſatus quidam iudeus : nomine Iohānes Pepercornus : Ab ipſis ſtatim tribunalibus : uſq; ad ſupplicii locū : ignitis repetitus a tortore forcipib⁹ : uſtulatus : laniatuſq; eſt: Deinde in Cœmiterio iudeorū lento igne : & paulatim adurēte excoctus : propter hec adſcripta inferius horrenda dictu ſcelera : Que niſi eſſemus parū prouidi quandoq; : ſatis documēto nobis eſſe poſſent : ne nimium in iudeis baptiſatis ſpei aut fiducie poneremus.

¶ Primo igitur cōfeſſus eſt : ſe ſacerdotē falſo adſimulaſſe : & ita creditū: (1.) ad annos ferme uiginti cōtinuos : oībus officiis ſiue muneribus ſacerdotalibus perfunctum miſſam : et reliqua oīa diuina in morē ueri : iuſtiq; ſacerdotis celebrādo: cōfeſſiones fidelium audiendo: euchariſtiam adeūtibus etiā ipſo ſolēni & ſacroſancto die paſche miniſtrando.

¶ Preterea idem peruerſus homo : tres particulas uenerabilis euchariſtie (2.) clam ſe cōfeſſus eſt ſurripuiſſe Earum unā ſibi retinuiſſe : & eo uſq; ſtilis cultriſq; ī ſolo loco remotis arbitris cōfodiſſe : quoad ubertim cruor inde miraculoſus profluxerit. Quo uiſo crediderit : uerū deum & hoīem eſſe ſacramentū hoc. Reliquas aūt duas particulas uendidiſſe iudeis : ſimili crudelitate atq; ſeuicia (quis dubitat) in eas etiā debacchaturis.

¶ Inter cetera & hoc quoq; eſt faſſus : ſe illuſtriſſimū & reuerēdiſſimū in (3.) chriſto dn̄m : dn̄m Albertū Marchionem Brandeburgēſem : nunc Magdeburgenſem ep̄m : nec non fratrem eius Ioachimū principem electorē : cū | tota utriuſq; familia : toxico aggreſſurū fuiſſe: neq; multum abfuiſſe : quī deſtinatū iam animo parricidiū confeciſſet : eoq; nomīe aureos centū : *ſe a iudeis* accepiſſe.

Cf. Ind. bibl. IX. 1. cum Addendis ad Ind. bibl. p. 12*. *supra descriptis.*

Digitized by Google

(4.) ¶ Idem ſe Meſſiam eſſe : & aquam in uinum cõmutaſſe : mortuoſq3 ad uitam poſtliminio reuocaſſe inter credulos gloriatus eſt.

(5.) ¶ Etiã plagii crimen confeſſus ſe eſt cõmiſiſſe . Vtputa q duos *infantes* furtiue interuerterit atq3 amolitus ſit : quorũ alterum iudeis a ſe uenditum ipſe una cum eis excarnificauerit : graphiiſq3 totum confixerit : quoad omnem *illum* roſeum laticem pueri : e vulneribus cunctis profluentem ad ſuos uſus exciperent ſanguinarii canes Alterum : quia capillicio ruſſo erat : & ob id fortaſſe ad iudeorum pharmaca improbatus : illeſum et citra noxã iterum dimiſerit.

(6.) ¶ Et ut nihil ſceleris intẽtatum maneret omnino : ſibi etiã medici perſonã accomodauit : ſeq3 apud ignotos medicum paſſim profeſſus eſt: quũ ſit in nullo mẽdatio maius periculum Sed opere precium eſt ſcire quid egregius noſter iſte medicus egrotantibus preſtiterit : pro medicamẽto : preſens uenenũ porrexit: pro expectata ſalute repentinum funus deceptis attulit Atque ita ſubditicia huiuſmodi ſalſaq3 medici perſona egrotos non minus tredecim ſe occidiſſe palã in queſtione cõfeſſus eſt.

(7.) ¶ Vltra ſupradicta ſcelera hãc quoq3 illum queſitoris vrna ſubegit fateri perfidiam Qũo vndecim alios nebulones ſibi adiunxiſſet : ip̃eq3 in eo collegio duodecimus & uelut prefectus quidã extitiſſet : atq3 his ſociis ſceleriũ ciuitates cõplures oberraſſet : tali cõmento incautis illudens Vnũ aliquẽ de vndecim illis reliquis : iubebat ſe leprosum adſimulare . deinde ſi quã adituri eſſent ciuitatẽ
(p.5.) ipſi : eo illum precedere : & pro ualuis eccleſie : ad quam || maiore populũ frequẽtia cõuenire obſeruaſſet : ualetudinariorũ more procũbere : ſtipẽq3 a preteritibus corrogare. Que dum exequeretur ille : interim iſti ad ciuitatem (ut caſu ueniſſe crederes) perueniebant. Eũq3 quẽ premiſerant ita ut cõuenerat inter ipſos inueniebãt. Tũ iudeus hic baptiſatus : quaſi totius facti inſcius illuꝫ ibi grauiter (ſicut uidebat) affectũ diſſimulanter accedens uelut de celo ſoſpitator ſubito oblatus : bene ſperare : & bonum animũ habere eum iuſſit : apprehẽſumq3 hominem (ut apparebat ſtultis qui aderant) continuo curauit Qua fraude magnã pecunie vim ſibi pepererunt

(8.) ¶ Idem neſcio cui magiſtro : & ſacerdoti apud francos agenti : demonẽ quendã familiarẽ ſe furatũ: illoq3 miniſtro complura maleficia exercuiſſe ſe cõfeſſus eſt : ac eũdem ſpiritũ poſtea : ubi uſus eo iam ſatis ſibi uideretur rurſus: alteri harũ rerũ curioſo aureis q̃nq3 abalienaſſe

(9.) ¶ Quid ? q̃ conſtituta ſibi a iudeis certa pecunia iureiurando *illis* promiſerat in dioceſibus Magdeburgenſi & Halberſtatenſi oẽm populum ueneno ſe interfecturum & vna cum rebus ſuis oĩbus ſiue in agris illas : ſiue in villis ſiue in oppidis continerẽt quoquo pacto poſſet combuſturum.

(10.) ¶ Preter hoc : iudeis & illud q̃dq3 iurauerat : ſi quando (ut maiori ſue fraudi uiam ita preſtrueret) vnum aliquẽ interdum chriſtianũ (nam medicũ ſe profitebatur etiã) curaſſet : loco illius quindecim alios ſeſe contrariis medicamentis uita priuaturum.

(11.) ¶ Sed longe ſceleratius hoc : q̃ idem Perlini in aula arcis vbi cibũ capere aulici conſueuerũt : ad imaginem diui Chriſtophori depictam illic in pariete : ſe blaſphemãdo ad hunc modũ dixiſſe cõfeſſus eſt. Quid tu hic adſtas ſtaturoſe nebulo : geſtans in humeris meretricis filium | Mater eius eſt meretrix & ſedet in fornice.

(12.) ¶ Colonie quoq3 dedicatã quandã ſtatuam (incertum cuius ſancti) & impenſe cultã : omnibus ornamẽtis deſpoliaſſe : & orariũ inde corallinũ : laminaſq3

---

[29] pecuuie *1*. [45] hnmeris *1*.

Digitized by Google

argẽteas abſtuliſſe : ſeqȝ in eo ſacrilegio deprehẽſum & ob id dextre auricule ima parte mulctatũ : eamqȝ ita abſciſſam circumfuſe ibi turbe a carnifice mõſtratam eſſe ꝓfeſſus eſt.

¶ In ſupplicio tamẽ fidem chriſtianã quã ſuſceperat ad vltimũ ſpiritum conſtantem ſeruauit . fuerat enim baptiſat⁹ olim a quodaȝ Scotice nationis preſbytero e fonte quodam montis quẽ diue Catharine uocãt : in Haſſia ꝓpe Eſchuue, cuius rei ſatis certa adhuc extant litteraruȝ monumẽta penes reuerendiſſimũ epm Magdeburgeñ.

¶ FINIS.

---


[2] cir|cmufuſe *1*.

Ad hunc libellum præcipue pertinent quæ Coloniensis Iohannes Pfefferkorn in Germanica sua Beſchwꝛmung Johannes Pfefferkorn | (den man nyt verbꝛant hat) *&c.* quæ sine loci annique indicatione Coloniæ a. 1516. in 4⁰. prodiit, foll. l², lj. contra epistolas obscurorum virorum sic conquestus est:

Wie ſy [die Reuchliſchen mit yꝛen laſter ſchꝛifften] mir auch in dẽ tittel des buchs angezeigt vſſgewoꝛffen haben . ich ſolt verbꝛant ſyn woꝛden . vnnd yetzund dar geben vnd ſagen wie es meyn bꝛuder gheweſt ſey . Nu iſt vil menſchen kundig . das ich ein eyngeboꝛn ſon meyner mütter byn Auch ſo iſt vngehoꝛt das eyniger jůd in menſchlicher gedechtnys Criſten woꝛdẽ wer . den man Johannes pfefferkoꝛn geheiſchen het alleyn ich . dar auß mag der Reuchliſchen vnrecht vermerckt werden Das man aber wyſſen mag wen mã zů Maydburg [immo Halis Saxonum] verbꝛant mag haben . hatt ſych Pfaff Rapp genant . eyn geboꝛner Chꝛiſt vnd keyn pꝛieſter ſunder eyn leychtfertiger ſchalcks narre geweſt . vnnd wan er vnder die jůdden komen iſt ſoe hat ers mit jnen gehalten . vnd wan er vnder den chꝛiſten was ſo hat er || ſich fur eynen getaufften jůden auß geben . vnnd pflag wyder die jůden zů pꝛedigen . vñ vff dem marckſchiff von Franckfurt gen Mentz iſt er gheмeynlichen hyn' vnd heꝛwyder gheſaren . wie dan da ſelbſt allen menſchen wol kundig iſt . den ſelbigen pfaff Rappen den hat man vmb ſeyner begãgen miſtat verbꝛãt . Nu haben die Reuchliſchen mier zů ſmach . bücher daruon gedꝛuckt . als ob ich d' man geweſt wer . Das acht ich aber gar nyt . vnd will es gern vmb gots willen leydẽ . *etc.*

Digitized by Google


Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

